14. 17. P. 11
1

OPERA MAGNI

Baſilij: Per Raphaelem Uolaterranum Nup in latinum conuerſa.

Cum Solito Priuilegio Pontificio.

Ne quis audeat hinc ad decennium hec opera imprimere. Siquis contra fecerit: Anathema ſit: noxamqꝫ Jacobo Mazochio Bibliopolae pendat.

Sancte Marie de Scala Urbis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

RAPHAEL VOLATERRANVS MARIO MAFÆO VOLATERRANO FRATRI SALVTEM.

QVm ante hos annos me grauior ętas receptui iam canere: & ſtudii ac
propoſiti prope alterius admoneret: rebus romanis/theatroq; illo non
expectato fabule fine ſalutem potius dicendam cenſui q̃ in his que nõ
ſatis probaueram uſq; ad extremum oſcitabundus deprendi. Ex quo non in Se/
plaſiam aut baias/ſed in nidulum orridum ac patrium tua & amicorum uenia
me conieci: non tam ut eius amorem ſicut Vlyxes immortalitati q̃ ut rebus om/
nibus immortalitatem latitando & ęquo tantum comitatus animo pręferrem.
Vbi nihil antiquius habui q̃ quem prius laudabam lectitabamq; ethicorum de/
cimum uitę inſtituto/ ac animi exercitatione complecti. Verum quoniam is de/
mum indicis potiuſq̃ doctoris eorum que agenda meditandaq; forent partes ha
beret ad ſacra uolumina confugi. Queq; meo prius rancidula ſtomacho ſunt ui
ſa apto quidem pharmaco excuſſi purgauiq;. Nec lectione ſatis cõtentus ad ſcri/
ptitandum quocunq; modo quãuis opicus animum adieci partim ut ea que ip
ſe ſentirem cum cęteris comunicarem: partim ut ipſe quoq; que mente prius per
cepiſſem hoc exercitatiõis genere deguſtarem. Res admodum mira ut ſicuti qui
nummos poſſident quanti commutentur/niſi erogando: negotiandoq; nõ ſatis
intelligunt: ita niſi doceant aut ſcribant pleriq; que ſane ſciũt/neſcire proculdu
bio uideantur. Nec ea ſunt omnes felicitate ut ſecum ipſi tãtum loquendo quẽ
admodum de Africano Tullius ſcribit: nullis ſimilibus ad animi pabulum ege/
ant adminiculis. Quamobtem plura me in hoc genere cogitantem ad conuer/
tendos demum magni Baſilii ſermones tanta ſum cupiditate incenſus ut non
toto uertente anno rem prorſus abſ[illegible]rem. Res in his narię ut ipſe facile perpẽ
des & ſtilo patrio ideſt aſiatico [illegible]q; conſcriptę. Morum ipſe pariter ac di
ſciplinę Chriſtianę nouus tu[illegible]bilis cenſoe. Ob eloquium ſingulare
ſeueriuſq; uitę inſtitutum. Ma[illegible]tus ut ipſius uitam in fronte poſitam
percurrendo deprendes. Vn[illegible]e Gordio martyre ſermonem a Gaſpa
re Volaterrano preſule Auxi[illegible] doctiſſimo conuerſum ubi multa & de
leta & ſuperaddita/nec plane ab[illegible] uidebantur meo modo conſcripſi inter/
polauiq;. Tu autem qum prima ętatis rudimenta ſtudiis pręſertim philoſophię
dicaueris ſi hec probas: & ad ſtomachum faciant tuam Chriſti domini mihi pa
cem in principis apoſtolum Baſilica/cuius geris curã pro talibus expoſce. Vale.

LEMMATA SERMONVM SEV TRACTATVVM MAGNI BASILII.

Monodia Gregorii Nazianzeni in magnum Baſilium.	carte.	iii.
In Pſalmum primum Beatus uir.	cart.	xx.
In Pſalmum ſeptimum. Dñe deus meus in te ſperaui.	cart.	xxiiii.
In Pſalmum.xiiii. Domine quis habitabit.	cart.	xxvii.
In Pſalmum eundem contra feneratores.	cart.	xxx.
In Pſalmum.xxviii. Adferte domino filii dei.	cart.	xxxiii.
In Pſalmum.xxix. Exaltabo te domine quoniam ſuſcepiſti me.	cart.	xxxvii.
In Pſalmum.xxxii. Exultate iuſti in domino.	cart.	xl.
In Pſalmum.xxxiii. Benedicam dominum in omni tempore.	cart.	xlv.
In Pſalmum.xxxvii. Domine ne in furore tuo.	cart.	li.
In Pſalmum.xliiii. Eructauit cor meum.	cart.	lv.
In Pſalmum.xlv. Deus noſter refugium.	cart.	lx.
In Pſalmum.xlviii. Audite hoc omnes gentes.	cart.	lxiii.
In Pſalmum.lix. Deus reppuliſti & deſtruxiſti nos.	cart.	lxviii.
In Pſalmum.lxi. Nonne deo ſubiecta eſt anima mea?	cart.	lxx.
In Pſalmum.cxiiii. Dilexi quoniam exaudiet dominus.	cart.	lxxiii.
In Pſalmum.cxv. Credidi propter quod locutus ſum.	cart.	lxxv.
Sermo i diuites auaros ſup illđ Luce. Hoīs cuiuſdā diuitis ager.	cart.	lxxvii.
Sermo in diuites auaros ſup illđ Mathei.xix. Magr̄ bōi qd boni	cart.	lxxx.
Sermo in diuites ſup illa ſcripture uerba in fame & ſqualore.	cart.	lxxxv.
De ieiunio in celebritate quadam Quinq; dieȝ ieiunii.	cart.	xc.
De ieiunio pridie diei cineris.	cart.	xciiii.
De ebrietate & luxu qbus die paſce populum adfectū uidit.	cart.	xcvi.
De inuidia.	cart.	c.
De ira.	cart.	ciii.
Super illa Moſeos uerba Attēde tibi ipſi ubi multa preclara narrā tur ſup his que p cogitationem admittuntur.	cart.	cvi.
Quod deus non eſt auctor malorum.	cart.	cx.
De agendis gratiis.	cart.	cxv.
In Martyrē iulittā De q̄ ſupiore ōrone de agēdis gratiis reſtabāt.	cart.	cxviii.
De Fide.	cart.	cxxiii.
In uerba illa in Principio erat uerbum.	cart.	cxxiiii.
In principium prouerbiorum Salomonis.	cart.	cxxvi.

In humanam chriſti generationem. cart. cxxxiii
Super uarios ſcripturę locos de uariis diſſerit uitiis. De acceptatione perſonarum. Ira Inuidia Auaritia. cart. cxxxvi.
Ad nepotes quomodo ex gentilium libris proficiant. cart. cxl.
In xl. Martyres. cart. cxliiii.
In Gordium Martyrem militem Cęſarienſem. cart. cxlvii.
Exhortatio ad baptiſmũ: q̃ ad penitẽtiã quoq; quadrare uidet. cart. cli.
Q̃uo qd ue inſtruẽdi: monẽdiq; ſunt ad baptiſmũ ueniẽtes. cart. clv.
Inſtitutio illoꝝ qui uitam cupiunt ducere perfectam. cart. clvi.
Quod alterutrũ uitę genus optandum his q deo placere ſtudent quomodo deus orandus. cart. clvii.
De inutilibus animi cogitationibus ante oĩa cõprimendis. cart. clviii.
Quod corpus & eius actiões ac iſtrã ſũt aię lõge utilia ſi bñ regãt. cart. clix.
Quod Xp̃i omnino exemplum uiro perfecto imitandum. cart. clx.
Quod caſtitas uitę ſpiritalis omnino fundamentum. cart. clx.
Quod uir ſpiritalis ſiquid paruum admittit acrius a uulgo cẽſet quamobrem non omnibus ſe credere debet. cart. clxi.
Quod uiro ſpiritali loca minime uitãda niſi graui de cauſa. cart. clxi.
Q̃uo amittim⁹: q̃uo ue recupam⁹ imaginẽ dei: & de uera uirginitate. car. clxii.
Ad Chilonẽ diſcipulũ in ſolitudine agẽtẽ p̃cepta de uita ſolitaria. cart. clxii.
Ad Gregorium Nazianzenũ de uita ſolitaria ac pfecta. cart. clxiiii.
Inſtitutio uitę religioſoꝝ q̃ ſimul uiuũt/ac primũ de laudib⁹ eoꝝ. cart. clxvi.
Pręcepta generatim uitę relligioſorum. cart. clxvii.
De obedientia q̃ neceſſaria relligioſo. cart. clxviii.
Quod ambitio religioſo uitãda nec pręeſſe cupiẽdum. cart. clxix.
Ne relligioſi p̃pinquos curẽt/aut cũ illis aliquomodo cõuerſent. cart. clxix.
Quod peregrinatio mutatioq; locorum frequens ſponte ſuſcepta multos de ſtatu pacis deicit & inquietos reddit. cart. clxx.
Quod occaſiõe ſanctius agẽdi nemo cõgregatiõe ſcã diſcedat. cart. clxx.
Ad Monachum qui caſtitate exciderat caſtigatio. cart. clxx.
Quod mandata preterimus tam ea que precipiuntur omittẽdo: q̃ que prohibentur admittendo. cart. clxxi.
Quomodo ex Apoſtoli ſententiã cum operibus infructuoſis communicandum. cart. clxxii.

¶MONODIA GRAEGORII NAZIANZENI IN MAGNVM BASILIVM PER RAPHAELEM VOLATERRANVM CONVERSA.

CVM MAGNI BASILII VIRI
ſanctiſſimi preconiis mea pene omnia ſcripta
ſint referta: ipſumq; dum uiueret & admirari
& in honore ſūmo habere nunquā deſtiterim
hoc ſane tempore quando exceſſit uberiores
a me laudes expoſtulari proculdubio uidētur
qum defunctorū memoria prẹſertim excellen
tiſſima uirtute prẹditorum non ſolum ab ami
cis ſed etiam alienis commendari maxima ſit
pietas. Ardua quidem res & meis non ſolum impar uiribus qui ab hac di
cendi exercitatione iamdudū abſtinui: ſed his qui nihil aliud agunt totūq;
huic arti tempus ac ſtudium tribuunt: & inde laudem ſibi uindicare contē
dunt ſane difficilis. Qui ſi profecto ad ſummum ſeſe in dicēdo experiri uo
luerint ex omnibus omnino materiis unam hāc ut potiorem quemadmo
dum nobiles pictores ex omnibus exemplaribus unum cẹteris prẹſtantius
ad effingendum ſibi potiſſimum deligēt. Ego uero ſi hac uti facultate ullo
unq̃ tempore debeo: neſciam profecto ubi melius aut religioſius ſiue opor
tunius q̃ in huius laudibus uires meas omnis intendam. Quod officiū tri
bus omnino de cauſis mihi adſumendum duxi. Primum ut amiciſſimi
ac mei amantiſſimi pietatis hoc munus quando aliud nequeo: extremū im
pendam. Deinde ut omnibus bonis & illius uirtutem colentibus atq; admi
rantibus rem gratiſſimā faciam poſtremo quod exitum qualemcūq; ſortia
tur oratio feliciter eueniet. Nam ſi prope ad eius meritorū narrationis me
tam peruenerit: id potiſſimum quod optamus adſequemur noſtra dictio
magnopere commendabitur. Si uero longe infra ſpem remaneat huius ma
xime ſancti cōmendationi adcedet: quod eius laus ac uita omni ſit cōmen
dationi ſuperior. Virtus namq; encomii illa demū eſt: quemadmodum ea
quẹ laudantur omni ſint oratione ſuperiora oſtendere. Ego autem ſi poſtre
mus omnium ad hoc officium ueni qum & Gregorius Nyſenus & Am
philochus Iconiēſis prẹſules ac nonnulli alii de eo luculentiſſime dixerint

ueniam iure precabor ab eo primum de quo agimus. Nam & ipſe dum ui
ueret me ſępe meaq; ſcripta ſiquid errafſem emendare ſolebat/ neq; id me
pudet quādo eius uirtutē pro lege fere omnes habuerūt. Non enim per ne
gligentiā aut contemptum tātę neceſſitudinis officio defui: neu quod aliis
potius q̄ mihi hoc munus conuenire exiſtimarem ſed ut uerum fatear: quē
admodū quidam anteq̄ ore ac animo purgati ſint ad ſacra adcedere ueren
tur. Sic ego niſi longa meditatione & animo preparato quicq̄ de ipſo dice
re ſum ueritus: pręſertim qum me corpore debilitatū & articulorum mor
bo confectum uideam: eum attingere qui pręter naturam omne corporis
pōdus ac iniurias pręcelſitudine animi minime ſētiebat nō ſum auſus. Sed
iam ad rem ipſam uenio/ac primum quemadmodum Iſaac & Iacob deū
ob ingentem uirorū uirtutem dicimus ſic item Baſilii deum imploro: ne ſi
ultimus ordine: ſaltem facundia poſtremus ad eum laudandum ueniam.
Quod ſi ęque omnes laudabimus: eius attamen meritis inferiores cūcti ap
parebimus ueluti qui ſolem adſpiciunt: quanquam alter altero plus minuſ
ue omnes tamen uidendo deficiūt. Ego igitur ſi a maioribus ipſius ordiar
& exiſtimem in hac parte qua terreni homines humana tantum ſentientes
maxime commēdantur extolli debere: nihil profecto apud Homerum he
roum illorum catalogum admirabimur. Nouum hunc tantum Baſilii pro
genitorum ſuſpiciemus. Nam & priſcis illis clariora hec geſta & quod po
tiſſimum ueriora cōſpicias: qum illa fere ſint omnia fabuloſa. Igitur pater
Helenopōtū num genus ex Helenopōto Ponti oppido claro uenit: de qua regiōe mira
multa a poetis ſimulq; hiſtoricis ut Apollonio Xenophonte Polybio cō
ſcripta reperiūtur. Maternū uero e cappadocia patria itē mea quę & iuuē
tutem pulchre educatā & gētem equorum generoſam admodum profert.
Quorumdam enim genealogię ac proſapię priſcorū gręcorum plus tumo
ris ac uanitatis q̄ uerę glorię aut ueritatis habent quarum nonnullas bona
cum uenia audientiū narrare breuiter uacabit ut plane uideamus nihil in
his forte ſublime: magnum ſed eo nomine omnino indigna: ac uirtute in
Pelopidę. feriora inueniri. Hi ſūt Pelopidę Cecropidę Alcmeones Aeacidę Heracli
dę & alii q̄ plures. Pelops Tantali fuit filius Phrygię regis qui bellum cū
Ilo. Ilii conditore gerens qum belli exitum formidaret filio mandauit in
continentem ſe cum facultatibus reciperet/ac cōditione ſi uiueret rurſus in
Phrygiam remearet: ſi ſuccumberet remaneret in Europa Pelops itaq; ſu
ſtantiam ferens omnem in greciam uenit in partem que tunc Apia uoca
batur ubi Oenomaus regnabat filiam habens Hippodamiam/quem qum

equeſtri certamine ac curſu Pelops ſuperaret filiam promeruit. Ex quo locum habitans poſtea a ſuo nomine Peloponeſum uocauit. Ex eo deinde deſcendentes Pelopidę ſunt dicti ut Atreus Thyeſtes Agamemnō Menelaus poſtremus omnium Oreſtes: & hoc quidem de Pelopidis Cecrops rex fuit Athenarū biceps deſcriptus quod duas teneret linguas grecā & Aegyptiacā. Nā fama eſt Athenienſes Aegyptiorum colonos eſſe e Saienſe ciuitate quorū dux is fuit cecrops unde & cecropidę dicti Alcmęon Atheniensium unius uir inſignis qum Piſiſtrati tyrannidē odio proſequeretur patriãq; libertati reſtituere cuperet uenit delphos oraculū ſuſcitaturus unde accepit lacedęmonios athenas liberaturos: quo facto illi ad delendā ex Athenis tyrannidē ſunt poſtea impulſi unde Alcmęon magnam eſt hac ſapientia laudem adſecutus: Aeacus Iouis filius per ſiccitatē gręciæ rogatus ut ex patre imbrem ſupra terrā impetraret magno deinde fuit apud populos in honore: Peleum ſuſcipit & Telamonem is Aiacem: ille Achillem genuit. Hercules itē ioue natus ex Alcmena Amphitryōis uxore ex quo Hyllus pluresq; alii fuerunt liberi lacedęmoniorum reges omnes Heraclidę appellati. Et demum græci nihil ex proprio genere pręclarum gloriari habentes ad fabulas ſe cōuerterunt dicētes eos eſſe ſibi progenitores quos deos facerent: quis enim iouē ſanus mente dixerit deum/omni libidinis genere contaminatum: Si autem dicis hominem nec propterea corruptioni obnoxiū ac mortalem: magnū eſſe quendā & maleficis hoc ad ſequi artibus eſt neceſſe: Quamobrem ad id quod inſtitui dicere reuertar: Si ex progenitoribus magnum Baſilium laudare uellem multa ex eius nobilitate generis dicere haberem uerum ipſe non ex maioribus ſed ex ſeſe ac propria uirtute nobilitatem potiſſime ſumendam duxit. Qum ſit imprimis turpiſſimum colores & formas & equos non aliunde q̄ ex ſe ipſis probari. Nos uero ornatū ac pulchritudinem extrinſecus ab aliis quęrere ac mutuari. Quid enim queſo ad nos maiorum uirtutes ac bona ſi nos ignaui fuerimus ac ſecordes: Vnū igitur & alterum factum in eius proſapia cuius relligio pietas iuſtitia conſtantia domum fouile totam illuſtrauit recenſere ſaterit. Vigente ſiquidem illa Maximiani ſęuiſſimi tyranni in orbe toto inſectatione cedes ubiq; ac ſtrages ubiq; terror ac fuga chriſtianorū cōſpiciebatur Baſilii auus ſimulq; reliqui: tunc ſanguine coniuncti parati pro chriſto pati: legem martyrii minime preterierunt. Lex autem preceptumq; ſeruatoris neminē ſeſe morti ſponte offerre: aut iugulum petenti prebere cogit: ne aut placendi deo cupiditate in effundendo ſanguine: proximum contra id facere preceptum co

Cecropidę.

Alcmęonidę.

Aeacidę.

Heraclidę.

Nota martyrii legem.

gamus. Ne occidas: aut nobis ipſis mortem inferre uideamur. Tempore ue
ro nos uocante ad certamen: alacriter fateri ac legitime pugnare oportebit:
ſeſe namq; inimicis ut interficiatur tradere: audacis nimium eſt: deprehēſū
uero minime chriſtum fateri aut refugere: timidi atq; ignaui. Igitur Baſilii
progenitores hoc recte intelligētes in quandam montis ſpeluncam in Pon
to cum paucis miniſtris tyrāni ſeuitiam fugiūt: in quo ſane ſeceſſu quis nō
longi temporis eorum patientiam mirabitur? qum hic annos ſupra ſeptem
commorati ſub dioq; agitantes tantum pane uictitarunt reliquis uſui ne-
ceſſariis deficientibus: nec ullam propterea ut olim hebrei in deſerto lamen
tationis uocem emiſerunt. Sed tantum hec ſecū. Duremus & noſmet rebus
ſeruemus ſecundis non deerit prouidentia. Quod ſi deus in Eremo iudeos
manna & coturnice pauit & alia prodigia edidit: nobis item hodie cibum
pręparabit pro pietate laborantibus: in hac itaq; cogitatione exiſtentibus
mira dei benignitate ecce obſonia impreparata atq; improuiſa aderant cer-
ui pingues ad illos nemine perſequente uenientes e quibus quot erat opus
pro tempore interficiebant: reliquos dimittebant: ac quodam modo uolū
tarios impromptuario uſui futuro conſeruabāt. Hec eorum uenatio longe
Orion. felicior q̄ Orionis & Actęonis quibus dianā iratam ferunt: alteri quod eā
Actęon. tentaſſet: ſcorpiū immiſiſſe: Alterum Actęonem quod nudā eam lauantē
uiderit in ceruū conuerſum a canibus ipſius diſcerpi iuſſiſſe. Felicius itē hic
Iphigenia. ceruina carne diuinitus ſuſtentati q̄ Iphigenia illa apud aulidem a morte p
ceruā liberata: que qum ſi uera eſt tabula: pietatem ex diana inuenerit non
reddidit tamen: ad aram ſcythicam in thauris tranſlata ubi hoſpitium ſan-
guine placatur. Illi uero dei beneficio longe alacriores facti pro eius nomi
ne demum ſupplicium conſtantiſſime tulere. Parentes eius perpetua cōcor-
dia deuincti in mediocri ac bene parta ſuſtantia per ſancte ac pie uixerunt
pauperes nutriendo: hoſpites excipiendo partem ipſius deo conſecrandoq;
cęteris omnibus eiuſdem ſtatus exemplo fuere: Magiſtratus uero & hono
res quos uulgus admirari potiſſimū ſolet: in patria ſunt oēs fere adſecuti
Ego uero optimum ex eorum uirtute iudiciū facio quod prolem optimā
ediderunt: adeo ut ad obtinēdum celebre nomen ſatis per ſe etiā ſi tales nō
edidiſſent filios ſufficerent. Rurſus uero talium extitere filiorum parentes
ut ſi ipſi per ſe minime clari extitiſſent: filiorum attamen preſtantia: ceteros
meritis antecellere potuiſſēt. Quod ſi inter natos omnis unus aut duo tan-
tum preſtarent hoc plane naturę potiuſq; parētibus adſcribi potuiſſet. Ve-
rum quando oēs ferme ſumma uirtute prędit fuere: palā profecto uideri

poteſt hoc parentum ſapientię ac educationi diligenti referri oportere: Sunt eni hi Macrina Baſilius Gregorius Petrus Naucratius. Ex his tres Celibes ac idem pręſules fueri Baſilius Cęſarez. Petrus Sebaſtę Gregorius Nyſę. Hic enim Baſilii pater Baſilius itē appellatus & ſi matrimonio ſe uinxit: ita tamen in eo uixit ut nihil propterea ad perfectam uirtutem ac philoſophiam conſequendam impediretur: & in ſtatu coniugali uitam ac ritum ſeruauit ſacerdotalem. Ex quo tria hec caſtitas matrimonium ſacerdotium que diuerſa ſolent uitę genera conſtituere/nequaquam in hoc pugnantia fuere/aut uirtuti ullo modo offecerunt: Eamq; pene ſolus eſt felicitatem adſecutus quam patres optare ſolent: qum ipſe ceteris uirtute preſtaret: a filio facile uictus eſt. Mater Eumelia appellata re nomen hoc promeruit: Eumeles enim hoc eſt prudens ſagax atq; ſolers in rebus agendis una fuit omnium aptiſſima nec minori inter mulieres quam uir eius in ſuo ſexu uirtute fuiſſe apparuit. Quamobrem iure id quidem ac naturaliter contigit ut ex bonis bonus admodum ederetur fructus. Venio nunc ad ipſum ac imprimis de ipſius oris dignitate: uiribus ingeniuis: ſtaturę proceritate corporis totius pulchritudine nihil dicam: non quod in ipſa iuuenta dum adhuc carnem abſtinentia non corruperat aliquid non laudatum habuerit: ſed ne mihi ut paleſtram exercentibus eueniat qui robur ac uires fruſtra cum aliis experiēdo ac prędudendo abſumentes atq; atterentes qum ad ueram poſtea ueniunt pugnam: ac corona palmaq; expectatur inferiores inueniuntur. Hec tantum laudabo que dicendo non ſuperflua narrare/neu extra ſignum iaculari uidebor. Prouerbium namq; qum ea que ab initio intendimus minime ſequimur. Exiſtimo eni apud omnis qui ſapiunt iam eſſe in confeſſo quemadmodum eruditio ſeu diſciplina primum eſt omnium bonorum non ſolum chriſtiana quę non dictionum pulchritudinem ſed rerum ſenſum & intelligentiam ſequitur ucrum ea que extra fidem eſt: quam ue chriſtiani non nulli uelut a deo ſeparatam odio habuere: male quidem iudicantes. Si enim quoniam quidam ex philoſophia aliena noxam cōtraxerunt/ac in errores uarios inciderunt ea de cauſa deſpiciunt: eodem modo & hi cœlum terramq; & omnia que in eis continentur odio poterunt habere: quando plures inueniuntur qui hec deos conſtituunt/aut his alias abutuntur. Similiter autem & ignis & elementa cętera & cibus ipſe que interitum ac perniciem male utentibus ferunt: ab omnibus ut mala uitabuntur. Verum contra conſpicimus quod non ſolum ea que de genere ſunt mediorum ſed omnino peſtifera & uitāda interdum ea probe adcomodantes iuuare inueniantur: Iāq; ex uiperę carne ſingulare morbis remedium inuentū quod Theriacā appellant. Sic igi. ex gręcis

Baſilii fratres ac pater.

Eumelia mr.

Paleſtrę ſimilitudo.

Prouerbium ἔξω τοῦ σκόπου βάλλειν

Scientię oīs cōmendatio.

doctrinis quecunq; ad naturę cognitionem/morumue inſtitutionem faciunt edi-
ſcamus que uero ad errorem & ſuperſtitionem ea uitabimus. Non enim ex eo-
rum dogmatis ad dei cultum parum proficimus. Quomodo inquis? Si no-
ſtra cum illis conferamus ac comparatione ut ſancta pura integra uera: Illis pro-
broſis impuris ineptis longę preſtare noſcamus. Non itaq; ulla deſpicienda di-
ſciplinę cognitio qum de genere bonorum ſcientia ſit omnis: quin potius ipſam
ſpernentes & ruſticos & plane ignauos exiſtimare debemus: qui libenter omnis
pariter ignaros eſſe uellent ut ipſorum ignorantia in comuni latens minime de-
prendi aut ab aliis taxari ualeat. Iſtorum itaq; opinione confutata quid Indolis
aut diſciplinarum in Baſilio fulxerit uideamus. Prima ętatis rudimenta a patre
optima quidem in Ponto accepit Baptiſmi/magis autem morum regeneratio-
nem quam diurnam Dauid uocat dicens. Dies renouabuntur: Eſt enim uitę re-
normatio luce ſimilis: nocti contraria ueluti ſordidę ac tenebroſe pura ſplendida
q;. Sub patre inquam educatus non ut ſub chirone Achilles uenari equitare: ci-
Achilles un-de dicit. tharizare didicit. Quáobrem Achilles ideſt ſine cibo dictus Chilos enim cibus
ac ſuccus eſt. Nam crudis tantum ferarum artubus paſci adſuetus erat. Sed gram
maticam imprimis edoctus que cyclica dicitur ſcientia quod circa eadem uoluię
ac uertitur nec ſolum hanc ſed morum ac pietatis ſtudia que ſiquis nō ambo ac
ceperit ſimilem monoculo dixerim cui altero carere lumine magni incomodi lo
co eſt. Qui autem in utroq; legitime inſtructus fuerit ut una cum moribus ſcien
tiam dicendiq; facultatem habeat. Is iam in hac uita beatus uiuere incipit & qd
futurum pollicetur ſeculum: ſecundum naturam iam poſſidet. Hec itaq; Baſili-
Compatio us probe retinens ex patrio & domeſtico exemplo accepit: in quod reſpiciens ue-
luti equirius pullus ſtatim natus circa matrem alacer generoſitatis inditium lu-
dendo & hinniendo prodit: uelut etiam imago ab egregio pictore antequam ſit
abſoluta lineamentis ac umbris quibuſdam ducta ſatis quantum ſit egregia fu-
tura oſtenditur. Sic ipſe ante legitimos ętatis annos uirtutem indole adhuc im-
maturam futuri temporis prę ſe tulit: Poſtquam uero ad ętatem uirilem perue-
nit melioris occaſionem frugis & laboribus alios addere labores cupiens & dicē-
di ſtudio incēſus ut in eo magis proficeret. Cęſaream Cappadocię metropolim
Cęſarea uenit que tunc litterarum gloria & ſtudioſorum frequentia in aſia tota florebat
In hac breui tempore adeo contendit ut in omni fere diſciplina ęqualis omnes
ſuperaret unde magnum apud eos populos eſt nomen adſecutus. Nam & do-
ctrinam ſupra ętatem & morum grauitatem ſupra doctrinam oſtendebat. Om-
niaq; iam adſecutus que & philoſopho & oratori & ſacerdoti opus erat qum in
his honoris ac profeſſionis de more inſignia poſſet accipere facile deſpexit ac ſu-

peruacua putauit ut qui non faleras ſed ueram ex his doctrinis utilitatem ſuſci-
peret: quibus tãtum operam dedit ut eas theologię dogmaticę noſtro ueluti mi-
niſtras & adiutrices haberet. Quoniam qui ea que probe recteq; intelligit: ora-
tione prodere nequeat ſimilem dixerim ſiderato qui quamuis conetur ſeſe ta-
men mouere nõ poteſt. Opus itaq; futuro ſeruo dei philoſophari & ab hoc mũ-
do ſecedere & cum deo uerſari & his demum mortalibus adminiculis uitam cõ-
ſequi cœleſtem. Poſt hec Cõſtantinopolim petiit ſtudiis item litterarum admo- Cõſtantinopolis.
modum celebrem ut magis ac magis in his proficeret. Poſtremo Athenas con-
tendit doctrinarum omnium ac diſciplinarum procreatrices: quas ego aureas ap- Athene.
pellare ſoleo quod multa mihi tribuerint bona. Hic namq; magnum Baſilium: Saulis pulcra
longo melius ac felicius quam doctrinam primum noui. Simile quiddam Sauli ſimilitudo.
Regi adſecutus. Is enim patris aſinos queſitum miſſus quum de his Samuelem
prophetam percuntaretur: rerum ab eo declaratur ac ungitur. Ex quo parergum
hoc eſt non ab initio queſitum aut excogitatum pluris longe quam quod antea
querebat extitiſſe uidit. Aſinos enim ueſtigans: regnum inuenit. Sic item ego do-
ctrinam ac dicendi facultatem ſequens magnum Baſilium repperi. Ego enim quũ
eius laudes celebrare inſtituerim quandam mea cauſa digreſſionem hic facere co-
gor ut plane referam que initia noſtrę beniuolentię in hoc loco fuerint. Quod
ſi longiuſculus fuero in eo erga illum amori ac deſiderio danda eſt uenia. Nam
nec oculus a ſpectaculis nec item lingua a narrationibus poterit dulcibus retine-
ri. Adfectus quidem honeſtus: quem minime pati pœnam potius ac damnum
is qui ſapit exiſtimabit. Igitur nos athenę habuere ueluti fluminis fluxũ ex uno
uenientis fonte. Quemadmodum inquam aqua ex eodem ſcaturiens fonte ac
in duo diducta rurſus in unum coit. Sic & nos ex eadem patria exeuntes ac poſt
ea diducti. Ego quidem Alexandriam Baſilius uero Byzantium profecti ſumus
rurſus athenis conuenimus: quo prius ego: poſt me ſtatim ille adceſſit magna
quidem expectatione ut cuius iam fama celebris eſſet. Quamobrem quiſq; do-
ctorum excogitauit operamq; dedit quemadmodum eum ſibi diſcipulum ad-
ſciſceret. Hic ego rem nouam ueluti ſentaculum curioſis interponendo parum-
per digrediar. Athenis iuuenes circa ſuos ſophiſtas inſaniunt. Nam quemadmo- Mos athenis
dum hi qui curſus equorum in circo curant in diuerſas diuiſi partes a coloribus diſcipulis.
cognominatas ſedent/ac loco equos flagello uerberandi aera palmis cedunt di- Siſitudo circi
gitos mouent ac indicant equos iungunt ac dextrum ad ſiniſtram: medium ue
ad ſummum tranſponunt: & re uera nullius exiſtentes domini non equi non

aurigę:alteri dicunt parti commitemus:uos ueſtros ſimul & aurigas & magiſtros nobis date. Nos autem noſtros uobis concedemus ac otius uidebitis quantum uos curſu ſuperabimus: Et hec dicunt homines qui nec in craſtinum habent qd edant: Sic & Athenis inuentus certatim ſtudet ut plures ipſi condiſcipuli ſint & ſuos doctores ex hoc fere locupletiores reddant. Res quidem abſurda ſimul & inepta. Nam pars nulla eſt Athenis neu in tota grecia quam non ipſi preoccupent & ubi exploratores non habeant: ut eos qui ad diſcendum ueniunt ad proprios deducant magiſtros. Quando itaq; aliquem ſunt nacti ſiue uoluntarium ſeu inuitum hunc retinent. Ridiculum ſane: quomodo enim exagitant aut deludunt. Primum ueniens ab aliquo deducentium hoſpitio recipitur qui maxime in ſophiſtica precellere uideatur ut magiſtris lucrum adferant: quamobrem ab ipſis magnopere diliguntur quod huiuſcemodi diſcipuli queſtuarii ac illis nouos adducentes iuuenes loco magnę mercedis habentur. Hunc itaq; hoſpitio ſemel exceptum ut eius faſtum & adrogantiam ſi quam fortaſſe habet extinguāt & humanum ac facilem reddant uerbis prouocare ac plane interrogare per contentionem quidam audacter & incompoſite: nonnulli uero cum ratione ac dialectica ſolent. Quod ſane factum his qui rem hanc & conſuetudinem neſciunt metum incutit. His uero qui norunt iucundum & ludi inſtar. Oſtentatio quidem ſola timorem habere uidetur res uero minime. Poſt hec in Balneum p forum eum ducunt. Adpropinquantes more furentum ſaltant ac clamant: Vox hec eſt Balneum prohibetis nec nos recipitis ſimulq; portas calcibus confringunt: ut uox ac ſonitus hoſpitem eo deductum perterreat & ex hoc ſane appareat an is intrepidus & firmus an mollis & inconſtans exiſtat. Deinde in Balneum introducunt & ab omni liberant metu & in reliquum tempus ut unum ex eis habent: His demum nugis illa iuuentus oblectatur. Vt igitur ad Baſilium reuertar Tunc ego illum non ſolum noui: ſed apud eos qui minime niſi forte ex fama nouerant mea commendatione effeci ut in honore perpetuo haberetur. Ex quo inſanam illius ludi conſuetudinem. Vnus effugit ut non nouus iam aut nuper aduena ſed ex ueteranis uideretur: Hic itaq; cum eo mihi amicitię initium/ quā ut alii quoq; ſeruarent operam dedi. Deinde res euenit huiuſcemodi. Erant ibi

Armeni. Armeni uafrum genus ſcopulis marittimis comparandi poſſunt: qui aqua opti atq; ignoti maximū nauigātibus piculum adferunt. Qñ igitur Baſilius athenas uenit, Armeni huiuſcemodi qui eius ſotii ac condiſcipuli in ſchola patris fuerant cum conuenerunt amicitiam priſtinam / ac beniuolentiam ſimulantes

re autem uera ei quod honore ab Atheniēſibus magnopere preferretur inuidē tes eumq; non ordine aut ratione interrogauere ſed contētione atq; audacia fre ti queſtiones propoſuere:hoc ferme modo illum ſibi ſubiicere:ac humilem red dere exiſtimantes. Non enim ſecum bene agi exiſtimabant ſi ipſi qui iam ache nii philoſophi nomen & habitum ſumpſiſſent. (Nam philoſophorū habitus tritus & colore tetro ac mœſto erat) preterea ſcientię ſermoniſq; faſtū pręſefer rent:hoc nuper aduena longe inferiores haberentur. Ego uero me tunc deceptū eſſe nec inuidiam malignitatemq; eorum deprehendiſſe fateor. Quamobrē eo rum diſputationi ad ſtipulator ſuffragatorq; fui quum iam ceſſuros eos ac plane ſuccumbere uiderem:ne ex hoc Athenienſium ſtudium ac gloria quam impri mis amore proſequebar peſſundaretur. Nam in huiuſcemodi diſputationibus parua quidem additio breueq; auxilium magno eſt ad uictoriā momento. Itaq; ut ait poeta pares ceruices pugnę prębui hoc eſt pares eos cum Baſilio differēdo reddidi. Vbi uero illorum noui iniquitatē:(neq; enim quod intus erat diu cę lari potuit) tunc demum uiro ſanctiſſimo adſtiti: ruſuſq; ad uictoriam he teralcam hoc eſt in alteram partem pariter inclinantem contuli: puppimq; mo/ ui Prouerbium eſt hoc in eos qui iter retractant iam ceptum ex nauigantium ſi militudine qui quum ſe ad iter aliud conuertunt puppim remis agitant. Baſilius uero me ſibi adſiſtentem conſpiciens magnopere gauiſus ſpiritus adſumpſit ex quo illos & ſyllogiſmus & arti dialecti ori confundens atq; abſterrens ab ſe hu miles dimiſit. Quę quidem res ita me ſibi beniuolum rurſus reddidit:ut amoris igne immortali continuo mihi adficeretur. Igitur hoc modo Armeni illi ma gna cum uerecundia uicti abſceſſerunt:ſuum damnātes conſilium quod tam te mere uirum talem eſſent aggreſſi:pręterea mihi irati ac maledicentes quod non ſolum eorum ſed Athenarum honorem meo in illū ſuffragio prodiderim. Ma gnus uero Baſilius dolore quidem attamen humano tāgebatur. Nam ſi forte magna quedam ſperamus deinde longe infra ſpem conceptam ea eſſe comperi/ mus adfligimur. Sic ille Athenas nemeus plurimam putabat inuenire ſapientiā ac morum diſciplinam:ubi uero Armenorum in quos primum incidit inſolen tiam deguſtauit magnopere admiratus eſt:quapropter fruſtra beatas eſſe Athe nas appellatas dixit. Ego uero eum conſolari conatus adducebam quemadmo dum mores hominum occulti eſſent nec cito ſed tempore deprehendi:neu diſci plina quid profecerint ſubito dignoſcimus:his itaq; uerbis eum ad ſpem atq; ala critatem reduxi:procedente autem tempore nos & philoſopia & bonorum ſtu diorum concertatio magis ac magis conciliauit. Ego quidem dum omnia que ſi mul geſſimus cupio narrare:oratiōis modum me uideo pretenire. Verum me cō/

Habitus phi loſophorum Athenis.

Prouerbium

Polypodis ſuntitudo.

Aureę colũ. que ſint ſecũ dũ pindarũ

Gigis anulus Mydę aurũ.

Abaris ſagitta.

Equus Bellorophontis.

tinere nequaq̃ ualeo ne hec quidẽ perſequar dum ſiquid pretereo melius mihi q̃ que dicta ſunt continuo uideatur. Quod ſiquis prohiberet & a ſerie eorum que dicere cupio abſcindere conetur mihi ut Polypodi eueniet. Hoc enim gẽus piſcis ſiquis e cubilibus trahere per uim uelit quod acetabula ſaxis herentia te/neat aut e petris aliquid auellet: aut certe e carne ipſius petris infixum aliquod relinquet. Siquis enim mihi circa omnis laudes late uagari cõceſſe ne habeo quod uolo ac quęro. Si minus anxius quidem & cum moleſtia & ſi uult aliquis & ſi non uult narrabo que uolo. Sic itaq; inter nos habuimus ut rerum pulchrarum fundamẽta proculdubio que pindarus aureas columnas appellat iaceremus. Nã ſiquis domum munitam edificare uoluerit ſi bona ac ualida ponat fundamen/ta proculdubio pulchram claramq; reddet: ſic & nos ad noſtram edificationem ſimul pulchrum hoc amicitię ſtudiorumq; comunium exordium cępimus per quod iter poſtea ad ulteriora fecimus: profecimuſq; pari namq; ſpe ac indole diſciplinas continuantes citra inuidiam zelo tantum mutuæ cõcertationis incenſi contendimus. Duæ nobis erant notę uiæ una quidem precipua quę ad dei templum ac in eo preceptores deduceret: altera uero inferior dignitate que ſecularis ſcientię ac prophanarum doctrinarũ magiſtros oſtenderet. Alias uero uias aliaq; inſtituta aliis prorſus relinquimus. Cumq; diuerſas quiſq; appellationes & nominum adoptiões honoris gratia ſeu ex maioribus uel ex ppriis geſtis ſtudiiſq; ſumptas ſibi adſciſceret. Nos tantum in nomine domini Ieſu Chriſti gloriabamur: Chriſtianoſq; appellari & cenſeri loco ſummę dignitatis & honoris eſſe putabamus: multo nos magis q̃ Gyges ille i anulo uel mydas in auro feliciores propterea exiſtimantes: Fama eſt Gygem anulum inueniſſe quem quando uideri nollet intra digitum uertebat quod cum aliquando faceret clam in lydorum regiam inuadens regem cępit ſeq; regem conſtituit. Mydam uero Phrygie dicunt regem ita auri cupidinis ut quecunq; attingeret in id cõuerti optaret: quo facto qum & cibus ipſe in aurum uerteretur fame periiſſe. Dicũt & Abarim hominẽ genere hyperboreum apud ſcythas ab apolline ſagittam accepiſſe quam iaculãs ſimul ipſe cum ea ferebatur ſicq; velociſſime populos circumiens reſponſa per eã dabat. Ferunt item pegaſum equum alatũ a Minerua Bellorophonti dono datũ in quo inſidens ille per aera ferebatur. Non igitur hæc tantum cito mouebãtur quãtum nos dum alterum alter incitat: ad deũ per uirtutẽ tollebamur. Quodq; etiam mirum nos Athenienſium ſuperſtitio ad quam preclara ingenia ſeſe quãdoq; conuertebant: quod difficile ſic ab his abſtinere: que apud eos quibus cum uiuimus magnopere laudantur: nunquam contaminauit. Ego uero quãdo cępi ſiquid mirum in orbe terrarum reperitur ad noſtrę amicitię comparationem ad

ducam. Vt eſt Alpheus fluuius qui ex Archadia Pelopõneſi ad amatũ Arethuſę fontem in Siciliam per aquas marinas ingreditur nec propterea ex eius dulcedine quicq̃ cõmiſcendo amittit. Item Salamãdram lacertę magnitudine animal tanta dicunt frigiditate naturę ut in ignis medio qui omnia domat non ſolum lętetur & uiuat ſed eum omnino extinguat: ſic & nos in omni athenis ſocietate ac conuerſatione fidei dulcedinẽ inuiolatam atq; incontaminatam in media hominum ſuperſtitione atq; infidelitate ſeruauimus. Nec ſolũ in igne perfidię deũ uerum colendo incolumes uerſati ſumus: ſed eum potius noſtra profeſſiõe atq; conſtantia ſuppreſſimus. Quin & ſocietas quędam ac collegium hominum non ignobilium circa nos erat qui ſibi Baſilium ſtudiorum ſuorum ducem ac magiſtrum conſtitueret. Erat enim non ſolum Athenis ſed etiam apud extremas nationes preclara de nobis fama adeo ut qui nos deſpicere uellent cum ſtomacho loquerẽtur ea ex quibus uiris Athenę laudantur: apud tales & noſtra iuuentus commendatur. Et demum eo amicitię nomen uenimus ut Pyladem & Oreſtẽ ſuperare uideremur. Sed ego dum Baſilium extollere contendo in meas imprudẽs incidi laudes qui nec ab alio laudari facile paſſus eſſem. Verumtamen non mirũ ſi ex illius amicitia uiuentis admodum profeci & ad uirtutem inſtitutus fui. Sic & dum mortui memoro laudes dum inclita facta recenſeo: iuuare proculdubio ſpero. Ego enim ab eius alioquin ingenii celſitudine ac uelocitate tantum diſtare me fateor quãtum pedites a Lydio curru. Sunt enim currus lydii uelociſſimi Pelops namq; lydius cum ſocero Oenomao contendens curru eum ac curſu ſuperauit. Sed & oratio noſtra iam ad inſtitutum reuertatur. Quis enim tãta prudentia ſapientiaq; ante ętatem preditus unq̃ ut Baſilius fuit? quoniam Salomõ ſenectutem canoſq; ſapientiam appellat ac definit non capillorum canitiem intelligens ſenectus namq; pretioſa & grauis non annorum numero ſed moribus ac diſciplina cenſetur. Quis enim coeuorum ęqualium ue uel etiam ſeniorum adeo uenerabilis fuit? Quis utrunq; adeo retinuit ut orationis facundia & morum diſciplina omnino probaretur? Sic omnis probe doctrinas edidicit ut ſuni tãtum uacauiſſe crederes: ſic ſummus in cunctis apparuit ut ſi forte illum tãquã oratorem interrogares tantum nouiſſe Rethoricam uidebatur ſic item reliquas Nec mirum qũm nature ingenioq; excellenti diligentiam ac curam uehementẽ adhibuerit: quibus ſane duobus proficere magnopere ſolent in ſcientiis homines. Nam eo fuit ſtudio ac labore ut ſat ei circa naturam ad conſequendas omnis artes diligentia fuerit. Rurſus uero ita celeri uelociq; preditus natura: ut ſtudio uehementi ac cura non multum indiguerit. Quis enim Rhetoricen ignis furorem ſpirantẽ ut Homerus de chymera dicit tam probe nouit? Chymera nãq;

Alpheus.
Arethuſa.
Salamandra.

Prouerbium
ὥσ πεζοὶ πρ
δίον ἅρμα·

monſtrum e tribus compoſitum Anteriora Leo eſt:poſteriora draco media ca/
pra ſic item Rhetorice in tria diuiſa genera. Deliberatiuum iudiciale demon/
ſtratiuum.Quis in quam ea melius eſt uſus? Non ut mos plerumq́ oratorum
ad accuſationem maledicentiam adſentationem eſt uſus non improximos mor/
dax:non in rebus petulans aut ſcurilis:non in conſulendo uafer aut callidus: de
niq́ ab his omnibus uitiis quibus alii facultatem hanc habentes abundant pror
Grammatica ſus alienus.Quis item ſimilis in grammatica? quę hiſtoriā eſt apta deſcribere rē
humano generi admodum utilem:ac neceſſariam:planeq́ ad ſapientiam uiā per
uaria pręteritorum exempla monſtrantem. Eſt item ars grammatica eorum que
apud poetas & hiſtoricos ſcribuntur iudex ac directrix poemata taxat:linguas ac
catalectos interpretatur:etymologias ueſtigat:analogias tradit: Philoſophię late
bras omnis penetrauit que ad mores naturamq́ ac contentionem pertinerēt. Ex
aliis mathematicis Aſtrologiam primū q̄tum ſobrio ac plane chriſtiano fas erat
ut planetarum curſus ac rationem teneret:reliqua hoc eſt apoteleſmata & aſtro/
rum effectus ac figuras per quas eis credentes ac perſuaſi prouidentiam tollunt
penitus ſpreuit.Ingeometria qum figuras omnis planas ac ſolidas earūq́ rationē
noſſet in nullam hac de cauſa ſuperſtitionem uenit nec errauit ut quidā qui cir/
culari cœlum forma:nec circuli principium aliquod adſpicientes in opinionem
facile uenerunt:mundum hunc ſine principio eſſe:numeros ac proportiōes pro/
be tenuit rebuſq́ recte adcomodauit:ut quemadmodum ſe octo ad quattuor ita
quattuor ad duo: At numeris diuinam noſſe naturam ut pythagoras putauit
& deum per ipſos multa agere & omnia fere eorum ratione euenire deliramen/
tis ſimilia putabat.Ex quo magnopere laudandus Baſilius qui ex artibus cūctis
que potiora eſſent delegit:que uero minime tenenda:minime curauit. Que au/
tem ad corpus pertinerent:& ipſius uitę exordio uſq́ ad extremum tenui fuit ua
litudine & ex epatis morbo continuo laborauit.Quamobrem neceſſariam ei cō
tinua ualitudo medicinę ſcientiam fecerat cuius theoricam ac rationem facile p
philoſophiam quam tenebat inuenit:practicā uero & empireticam laboris dolo/
Corporis debilitas ad philoſophiam facit. riſq́ tolerantia fecit.Nam & adphiloſophię cognitionem ſimul & obſeruantiā
corporis debilitas & ualitudinarium eſſe ut ait plato non parum faciunt. Impii/
mis igitur ſeſe ac proprium malum curando in huius artis habitum uenit: nō rā
ea que ſunt artis manifeſte curam & experientiam exquirens q̄ rei huius & mor
Prouerbium borum cauſam ad philoſophi ueſtigationem pertinentē perſcrutans:ut cuiuſli/
ἐπέκεινα γαδείρων ἀπέραντον κἀδιόδευτον. bet rationē accidētis reddere ualeret. Vir itaq́ ſanctus poſtq̄ omnis adeptus erat
diſciplinas ut ultra gades trāſire non poſſet.(Prouerbium hoc Pindari in his q̄
ad ſummū peruenerunt quod ultra gades non ſit tellus penetrabilis.) de reditu

in patriam cogitauit ad rerum meliorũ occaſiones captandas ſicuti ambo conue nimus. Aderat dies qua ex Athenis nobis digrediendum erat: ac ſtatim amico/ rum ac ſotiorum tum etiam pręceptorum turba nos circunſiſtunt: orantq; nul lo modo diſcederemus: non precibus nõ inſtantię locum ullum ſolitum ab his fieri qui a cariſſimis ſe diuellunt dimittebant. Hic enim me ipſum potuiſq; Ba/ ſilium qum audax ſit facinus eum taxare accuſabo. Is qum cauſas eius neceſſarię peregrinationis adduceret meq; propterea relinquere oportere. Athenis ego mi/ ſer ab eo proditus & laſſus & debilis & eger remãſi: me namq; dimittere: nequa quã eum dimittere uolentem credidit. Hoc enim factum circa nos fuit ueluti ſi corpus unum in duas ſcinderetur partes & ambę ſimul interitent. Vel quemad modum duo prituli ſimul educati & ſub eodem iugo adſueti diſiungerentur: ac mugitu lamentabili omnia complerent. Sed nõ diu hęc ſeparatio fuit. Neq; om nibus interea gentibus noſtrę diuiſionis rationem ſeu excuſationem reddere ſu/ ſtinui. Itaq; me ingens deſiderium uincula omnia eorũ quę me retinebant abrũ pere iuſſit & ad meum Baſilium properare equm illum homericum imitando: qui preſepe dedignans: uinculaq; abrumpens fremit: in campũq; ruit ac ſublata ceruice iubas quatiens ad proprium ac relictum gregem facile reuertitur. Poſtq̃ igitur ambo in patriam reuerſi ſumus: mundo quidem ueluti theatro cuidã ali/ quantulum ſatiſfecimus. Nam ut in theatro & ſcena quadam exiſtentes palam familię amicis propinquis eo uſq; uerba fecimus ut eorum deſiderio & caritati erga nos ſatiſfaceremus qui nos interrogare ac adſpicere quantum in litteris ac doctrinis profeciſſemus magnopere cupiebant. Nos uero qum minimũ oſtenta tioni dediti eſſemus. minimũq; dilatare philaterias cuperemus breuiter in ſtatũ priſtinũ noſtrum reuertimus. Qumq; in uirilem ueniſſemus ętatem: generoſio rem longe chriſti cauſa prouinciam agreſſi ſumus non tamen ſimul. Nam & ma lus dęmon per inuidiam nos diduxit. Et magnum Baſilium Cęſarea ut Recto/ rem & inſtitutorem: ſimulq; pręſulis adiutorem babuit: qui ubi me reliquit pere grinationes multas ac eius propoſito quod iuſtituerat neceſſarias ſuſcepit. Nam ſtatim ſeleuciã ad beatę Teclę templũ ſiue ſeceſſus & quietis: ſeu potius uoti & ſupplicandi gratia profectus eſt. Me autem ab eo meorum pietas parẽtum & cu pido ſenectutẽ eorũ nutriendi Deinde domeſtica calamitas ſeparauit. Nam ea forte tempeſtate mea ſoror Gorgonia defuncta eſt: & ante hanc bonus Cęſarius exceſſit cuius diuitias ac ſuſtantiã multi rapere uolebant. Ego autem & patri adſi ſtere & rapaces prohibere cupiens in multa incidi mala exiſtimoq; quod a uiro ſancto diſceſſerim nec me uia dei ut plane animo inſtitueram relictis omnibus exercuerim: hec omnia incomoda mihi eueniſſe: ſed mea facta quocunq; deus

Similitudies.

Gorgonia
Cęſarius.

omnipotēs iuſſerit ferantur. Illum uero dei diſpēſatio per ſacerdotii gradus illuſtrem ac notum omnibus fecit ac inter preſbyteros conſtituit non attamen ſtatim nec preter ordinē ſed p gradus uiceſq; paulatim deductus ac ꝓmotus. Nec enim hos laudo qui ſine ordine ſtatim in eccleſia promouent̄. Quin potius nautarum morem laudauerim. Nam illi gubernatorem nō ab initio nec ſubito faciunt: ſed cū primū p omnia nautica exercent ac experiuntur officia. Remigē prius uidere uolunt. Deinde in prora conſtitutū uentos noſſe atq; ediſcere petras inſuper ac ſcopulos probe uitare adſueſcentem. Poſtremo in omnibus exercitatū muneribus in puppi collocant clauumq; in manu tradunt & gubernatorem conſtituunt. Similiter & in bellica diſciplina. Primū miles efficitur: deinde ordines regit: poſtremo dux efficitur: eadem & medici & pictoris ratio: ut hic ante profeſſionē canones multos ediſcat multoſq; uideat ac tractet morbos. Ille coloras cōmiſcere ac temperare prius: deinde delineare: ad extremum abſolutas coloribus figuras reddere ſciat. Epiſcopum autem res ridicula: tumultuarie: confuſeq; nec ordine nec rite fieri uidemus: non item ex uirtute ſed uitio & aſtutia non qui dignus ſed qui potentior fuerit. Nam nec prius exercitatus ſed rerum eccleſie ignarus: rudiſq; adeo & a ſeculari uita recens promouetur. Vt gigantes apud thebas: Cadmus enim apud thebas Boeotias qum draconis dentes ſeruiſſet: nati ſunt ſubito armati pubetenus gigantes & ſic inter ſe bella gerentes eadem die interierūt Sic item nos eodem die pręſules facimus & nihil diſcentes credimus eſſe ſapientes qui nullo prius muniti ſunt gradu non uirtute non eloquentia: nullū pro iuſticia laborem: nihil demū pro eccleſia ſunt paſſi. Ille namq; qui diuina tantū meditatur: & corpus ſpiritui ſubiugat: ut quandoq; loco cœleſti ſit dignus: locū inter homines libenter retinet humilē atq; inferiorē. Ignorans uero & abſq; diſciplina: elatus ac ſupinus ſupra meliores extollitur: nec boni aut humilitatis exemplo mouetur: ſed omni ſtudio tantū honores querēs ex poteſtate ſibi ingenium ac prudentiā pollicetur. Ex quo uerū illud Demoſthenis. Rem preter dignitatē felicirer adſequi ſtultis male ſentiendi aut cogitandi eſt occaſio. At noſter Baſilius quemadmodū relique uirtutis eius ſic ſacerdotis & ordinationis eccleſiaſtice norma & exemplū ceteris efficitur. A primis enim in amabilis munerū ſacerdotaliū paulatim creuit ut non dedignaretur. Lector ſacrorū uoluminū ꝓrſus: deinde interpres & enarrator fieri: ſicut ait Dauid ex cathedra ſeniorū laudent dominū: ſic demū Epiſcopus effici meruit quē locū neq; ipſe unq̄ queſiuit: aut optauit unq̄ ſed diuinitus oblatū ac uenientem cepit. In quo quidem ſtatu ineūdo que illi cōtigere uideamus. Fuit enim aduerſus eū contentio quedā Euſebii Cęſarienſis ante ipſum epiſcopi uiri alioquin cetero admirabilis tum pro pietate ac

Non laudandi qui ſtatim ad magna in eccleſia promouentur.

Prouerbium Gigātes apd thebas.

Demoſtenes

Euſebius eps Cęſarienſis.

nominis Chriſti confeſſione cõſtantiſſimus ut in ualentis principis inſectatiõe ſatis oſtendit. Verumtamen inuidię quę dęmonis impulſu magnos interdũ ſolet euertere uiros reſiſtere non potuit quin & humanum aliquid ipſe pateretur. Nam magno Baſilio uerbis factiſq; palam aduerſabatur:eũq; omnino ab eccleſia repellere conabatur. Aduerſos tamen habuit Nazareos ideſt qui dei cultui dicati erant. Item Aſcetas ideſt qui uita ſanctione ſeſe in uirtute perfecta exercebant quorũ caput Baſilius erat quanq̃ & Nazareus etiam ipſe. Quoniã itaq; hi Baſilii in pręſulatus electiõe repulſam. Nec Euſebio laico poſthaberi nullo modo patiebãtur eccleſiã in partes ſcindere decreuerũt. Quod tribus admodum de cauſis facile fuit. Primum quod magnus Baſilius cuius ſpreti gratia uehemẽter exacerbati ſunt:ſumma & auctoritate & ueneratiõe apud omnis erat:ut illis magnam ad id faciendum tribueret audaciã. Deinde quod de Euſebio multi nõ recte ſentiebãt qum nec canonice nec rite ſed per uim quodammodo ac tumultũ ad hoc officiũ tractus eſſet. Tertio quod ex urbe Roma lucifer & Euſebius Epi Cęſareã ad rem ſedandã miſſi fuere. Quid igitur Chriſti diſcipulus in tanta turbatiõe faceret? Nam nec paci aut quieti ſeſe opponere ullo modo ſtatuit:nec ſue ſanctitatis erat decertare:nec in eccleſia tunc ab Arrianis oppugnata ſciſma omnino aliquod introducere. Quãobrẽ nec Euſebii partibus aduerſarii:neq; Nazareorũ quos ꝓpitios habebat fauore uti cõſtituet. Igitur me auctore:atq; adhortãte mecũ in ponto in Coenobiũ ſeceſſit:tutius in ſolitudine ab his periculis poſſe liberari ac conſcientię paci cõſulere cogitãs q̃ cũ Euſebio de ambitione contendere. Qui quidẽ ſeceſſus qum omnibus admirationi eſſet ut ſic repente e Cęſarea omiſſis omnibus abſcederet mirabilior tamen eius reditus inuenietur. Res enim ſic ſe habet. Quo tempore nos in ponto requieuimus fuit ualens Imperator Cęſarec. Is enim non apoſtata quidem ut Iulianus extitit nec a Chriſti cultu omnino abſceſſit:uerumtamen non minori impietate incomodoq; ueris chriſtianis fuit qui unam atq; eqnalem in tribus perſonis naturam fatentur:nec ſabellis errorem unicam trium eſſe perſonam. Nec Arrii tris diuerſas in trinitate naturas ponentem ſecuntur in ſaniã. Ex quo qum Arrius a Marte nomen trahat diſcordia peſtilenti eccleſiam omnem referſit. Valens itaq; ab hac bellua perſuaſus catholicos ꝓſules oĩs partim in exiliũ miſit:ptim ſuppliciis adfecit. Cęſareã quoq; expeditionẽ barbaricã nõ tã terrena fragiliaq; ędificia q̃ rurſus inſtaurari poſſũt uaſtaturus ſed eccl̃iã dei & miſeroꝝ aĩas ęterne dãnatiõi ac morti traditurus Arrianoꝝ itẽ ẽpõrũ alius in eo tractu erat exercitus:in quos eccl̃ię diuiſe erãt queãd modũ iudeorũ regnũ ĩ q̃ttuor herodis filios. Hi uero aliã qdẽ eccleſiarũ iã tenebãt/aliã iã adibãt/aliã deniq; h̃re ſperabãt. Impatoris iniq fauore & auxilio freti

Nazarei. Aſcetę.

De ualẽte & Arrii ſecta.

Illius namq; poteſtas alios quidem ſubuertit quibuſdam minabatur. Itaq; Arriani Baſilii & Euſebii contentionis occaſionem nacti & ipſum Euſebium nondũ ſacris initiatũ uidentes: audentiores facti: ad oppugnandum tempus comodum eſſe cogitantes in ciuitatẽ irruerunt. Aderant quidem noſtri prompto magis aio ꝙ potenti reſiſtere: pugnaq; propterea debilis: quod magnum bellatorẽ & athletã uerbo & ſpiritu munitiſſimum Baſilium non haberẽt. Miſſus namq; ſum ad eũ rogatum ut ſi eccleſiã ſaluam eſſe uellet uenire maturaret. Ille roganti ſtatim obtemperauit ac pulchre cogitãs priuatam Euſebii cum eo diſcordiam magno eſſe Aereticis fauore & uniuerſali boni & comunis eccleſię periculi uitãdi gratia omni ſtudio Euſebium ſibi conciliare contendit. Deinde ſe totum contra comunes hoſtes conuertit: arma ſpiritalia ſumpſit: meq; adiutorem pulcherrimę huic pugnę habuit. Itaq; populum in fide dubium ad officium reduxit: illos qui bene ſentiebant in officio continuit ad ſpem exhortans ne ab aduerſariis perſuaderi paterentur: ac demum amicis ſe munimentum prębuit: hoſtibus uero enſem ſecurim ignem intentans: eos qui in fide errabant quatiens fomenta quoq; ac omne in aridam materiam malignantium ignem in eccleſia dei incendere aptã omnino remouẽs. Dicta inſuper a prophetis Dauid & Hieremia in medium adducens: quorũ alter ait. Non ne ſicut ignis ecce ſermones mei dicit dominus & ut ſecuris incidens petras Dauid uero Circũdederunt me ſicut apes fauum & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis. Quemadmodum enim Paulo Barnabas olim ad manifeſtandam Euangelii ueritatem & comunę fidei certamen adfuit: ſic ego Baſilio tunc meo in Arrianã pugnam ſotius adceſſi. Audi epiſtolam per quã me uocauit. Adcinge te cura me in preſenti pugna liberare ac nobiſcum his qui nos omnino euertere cupiunt occurrere: quorum audaciam ore tuo tãtum frenabis cauſaq; fueris ne res pugnę noſtrę ab illis peſſundentur ſciẽtq; propterea omnes quemadmodum unus ipſe dei gratia noſtram congregationẽ regas & omne os impium ac contra deum loquentium inſolentiam facile contundas. Aduerſarii tandem & Epiſcopi omnes a ualente miſſi magnam paſſi uerecundiam ſic rebus infectis abierunt ac didicerunt non ita facile cappadocas ut reliquas gentes potuiſſe contemnere: quos circa plures obſeruant populi ueluti centrum circulus circunſcriptus non ſolum ob rectam fidem ſed etiam ob datam eis a domino cõcordie gratiam. Ex hoc enim quod de trinitate bene ſentiunt ac eam uerbis req; contra impugnantes tuentur ipſi ab ea magnopere defenduntur & magis ac magis apud deum gratia conualeſcunt. Vnde maius ſane adiumentum ex ea recipiunt quam ipſi preſtent. Vt igitur ad inſtitutum ſupra redeam ſermonem Baſilius Cęſaream reuerſus nihil potius habuit quam expugnandę cauſa

Epiſtola Baſilii ad Gregorium.

Aereſeos Euſebium placare:illi tãtum ſeruire atq; in omnibus que ex deo eſſent preſto eſſe ut cunctis palam oſtenderet quemadmodum omnia que paſſus ex il-lo fuerat inſtigatione diabolica prouenisse:ut comunibus fidei hoſtibus maior graſſandi comoditas eſſet ipſe autem qum obedientię uitęq; ſpiritalis leges pro-be noſſet illi cunctis in rebus aderat audiendo conſulendo agendo ſpiritalem ſe-dulamq; operam Epiſcopo nauabat:& ut uno dicam uerbo tantum ad illius ad-ceſſit beniuolentiam quantũ prius ab ea procul uidebatur. Quamobrem Euſe-bius quidem primas in eccleſia ut epiſcopus tenebat. Penes Baſilium uero eccle-ſię poteſtas & auctoritas erat. Ille tãtum pręſidebat:hic omnia obibat. Erat enim ſingularis admirabiliſq; concordia alterutrum ſe uiuentibus & uires inter ſe ac-cipientibus Epiſcopus quidem ex Baſilii conſilio atq; ingenio conualeſcendo. Baſilius uero ex epiſcopo auctoritatem ſummendo. Et demum epiſcopus popu-lum habebat. Hic uero Epiſcopum: & quemadmodum is qui Leonem curat cum eo ſit uiribus inferior arte quadam lenit ac manſuefacit/quo ferme modo ferę impetũ atq; ferocitatem ſopit & emollit:ſic & magnus Baſilius circa Euſebi-um ſe geſſit ille namq; qum nuper laicus & rerũ eccleſiaſticarũ imperitus ad hãc dignitatem adſumptus eſſet uigente pręſertim flama tunc Aereſeos arrianę:hu-ic ponderi non ſatis idoneus uidebatur exquo ductore/atq; adiutore Baſilio in-digebat cuius maxime uirtute res feliciter ac probe ſuccedere ſpes erat. Itaq; non ut quidam exiſtimant Baſilius ſub Iuliano principe:ſed poſt ualentis mortẽ epi-ſcopus fuit. Vbi autem regimen & adminiſtrationẽ eccleſie Cęſarienſis ſub Eu-ſebio pręſule accepit. Diſcordias omnis ſedauit:ſimultates abſtulit mores conſti-tuit non ſolum uerbis ac pręclaris ſermonibus abeo editis:ſed etiam uite exẽplo ſpiritu namq; & corpore iuuare populũ conatus eſt:opera exercitationeq; corpo-re curãdo quoquo uerſus ambulando:benigne faciendo:inopibus opitulando Spiritali uero docendo monendo:omnibus uitę modũ inſtitutaq; dãdo. Mona-chis item quomodo ſe exercerent ſcribendo. Omnia deniq; excogitauit ac fecit que ad dei plebem ędificandam facerent. Inter hec unum eius ac potiſſimũ fa-ctum non ſilebo. Ciuitas enim Ceſarienſis & omnis ei ſubiecta regio fame quã-doq; laborabat: ne mali ullum erat remedium. Nam loca marictima & que in ora ſunt poſita:huiuſcemodi calamitatem atq; penuriam facile tolerant ob mer-catorum adnauigantium & que ſunt uſui neceſſaria uendentium comoditatem. Nos autẽ in mediterranea & procul a mari collocati nec uendere ęquã ſi forte abundamus:nec ſi egeamus ob mercatorũ ad nos minime proueniẽtiũ penuriã ea comparare nequaq̃ ualemus. Quodq; longe peius famis tempore hi q̃ poſſidẽt ſine pietate ſunt ac plane inſatiabiles quęſtu. Huiuſcemodi nãq; difficultates ob

Similitudo Leonis pul-cherrima.

Que geſſit Baſilius ſub epiſcopo ad-miniſtrator eccleſie Ceſa-rieñ.

De fame que Cęſareę fuit.

Cõtra hos q̃ famis tpe pro-ficiunt.

ſeruant/alimenta non ſtatim proferunt:aut hominum uſui ſubueniunt ſed quo
ad poſſunt tempore prorogantes malum hoc augent & demum eſurientium ca-
lamitatem queſtumq; agriculturamq; ſibi fructuoſam faciunt:dum uberiores red
ditus ex fœnore & iniuſtis mercaturis ac negociis excogitant Salomonem mini
me audientes dicentem Deo fœnerat qui pauperis miſeretur. Hec itaq; hi qui
frumentum negociantur agunt/lucroq; huiuſcemodi ſordido dant operam. At
magnus Baſilius quid? Quando tempus miraculorum non erat (Nam ſigna &
prodigia ob eos qui non credunt ut ait ad corinthios paulus.) non pluit man-
na ut per Moſem in deſerto:nec uaſa per helię uerbum apud mulierem ſarrepte
nam impleta ſunt. Neq; quinq; panibus tot milia per dominum epulo excepta
Sed ſuas ipſius poſſeſſiones ac facultates in medium ponens ac pecuniam ad cō-
parandum frumentum prebens toto famis tempore: populo laboranti ſuffecit
undecunq; confluentes etiam Iudeorū pueros nutriēdo. Sed & creatione quoq;
Hebręos etiā famis tēpore a Baſilio nutritos.
& adhortatione ad populum diuites ad orrea comunicanda & aperienda facile
induxit. Ex quo illud Eſaię fecit. Frange eſurienti panem tuum: Item illud Da-
niel. pauperes ſaturauit panibus & nutriit eos in fame. Deniq; quod in cantico
dei genitricis ſcribitur. Eſurientes impleuit bonis. Sed quo modo Baſilius hoc
egerit uideamus. Coegit enim omnis ętatis ſexuſq; miſerorū uulgus famē faucia
tum. (Nam Hieremias quemadmodum fames nō minuſq; enſis uulnerat oſtē
dit.) Coegit item omnis generis cibaria: ollas & lebetes frequētes cum opſoniis
poſuit. Hec erant legumina ſaſſa ut faba cicer & his ſimilia cū ſale. Deinde diſcū-
bentibus ipſemet ex ſuo miniſtrabat. Atq; hoc modo non ſolum corpora pauit
ſed etiam animas pauperū honorauit ut utroq; exemplo faciles eos hoc eſt ſanio
res redderet. Hunc igitur ego ſecundū Ioſeph uite dixerim/ac longe plus eo pre
ſtitiſſe. Ioſeph enim uenienti fami per frugum prouidentiam occurrit. Qum.n.
Ioſeph.
annonę caritatem preuideret ex pharaonis inſomniis qui ſeptem pingues boues
totidemq; macie confectas uidit. Ex quibus copiam: deinde ſubſequentem penu-
riam ſignificari dixit. Ex toto tractu frumēta in multos annos coegit quō ferme
modo Aegiptū omnē in ſeruitutem cū hoibus redegit. Eū nāq; Aegypti adeū
tes dixerūt heu nobis nō amplius q̄ ꝓpriū corpus & terra hec relinquitur. Ne igi
tur moriamur & noſtra tellus deſolata remaneat oramus nos poſſeſſioneſq; nr̄as
ꝑ frumento habe. Ex quo Ioſeph quanquā miſericordia motus eis ſubueniret.
Ita tamen ſubuenit ut Aegyptū una cum colonis ueluti ſeruus Pharaoni ſubi-
geret. Magnus autē Baſilius nō mercatura uſus aliqua ſed gratis populū pauit ut
ex benignitate hac ſua dei benignitatē in ſe pararet. Et ut per cibū corporeū abs
ꝑbitū cibo ipſe ſpiritali nutriret. Ait.n. ꝓpheta Panē angelorū māducauit hō

quanquam ille Manna hunc intelligeret Theologus dei uerbum hoc exiſtimat quo animę humanę cibo nunquã deſituro nutriuntur ut apud Ioannem domi nus ait. Quo item diues erat noſter Baſilius frumenti prębitor omnium hominũ alioquin pauperrimus q̃to minus pecuniam extimauit. Poſt hec autem Euſebio in eius manibus decedente eccleſię ſucceſſit: patrie tamen principibus ob inuidiam magnopere reſiſtentibus cum quibus peſſimi apud Ceſaream uiri cõſpirabant. Verumtamen ſanctus ſpiritus uicit ac Ciuitatis prefectum mouit ut preſules nonnullos creari iuberet inter quos ipſum Baſilium Ceſareę & magnũ Euſebium ſamoſatis. Mecum inſuper patrem qui quod iam ſenio confectus & inualidus uiribus eſſet lectica ferebatur ſpiritus tamẽ qui ex ſemimortuis uiuos & ex ignauis ſtrenuos ac ſolertes reddere ſolet promptus admodum erat. Ad capitis tactum tantum electus. Baſilius igitur ſic ad preſulatum promotus opinioni omnium non ſolum reſpondit: ſed eam longe ſuperauit: nihil rerum que ad ſanctum pertineret paſtorem pretereundo. Quodq; mirum in arduis huius officii negociis & adminiſtratione philoſophiæ theologiæq; ſtudia in quibus nutritus erat: nunq̃ deſeruit: qumq; in omni uita cęteros uirtute ſuperauerit ubi factus eſt epiſcopus ſeipſum ſuperauit. Exiſtimabat enim homines quidem comunes & Idiotas ſatis ad uirtutem ad cedere ſi non improbi eſſent uel mediocriter boni. At ſiquis in dignitate & adminiſtratiõe ſeu imperio fuerit in preſulis officio preſertim: uitium omnino putauit ſi non omnis alios uirtute antecelleret & tãtum ea q̃ tum dignitate preſtaret. Nec enim populos aliter uel ad mediocrem uirtutẽ niſi ipſe in ea abſolutus longe ĩter ceteros emineat trahi poſſe. De huius itaq; uitę in hoc ſtatu ſanctitatis id dici poterit quod de ſeruatore lucas teſtatur: quemadmodum ſapientia apud deum & homines proficiebat. Non ut augumẽtum aliquod accipet qum abinitio dominus gratia ſapientiaq; abſolutus eſſet: ſed quod hec hominibus ignaris paulatim apparerent. Sic itẽ Baſilii uirtus in hoc officio minime quidem creuit qum ſummus etiam uir antea fuiſſet: ſed ex opera & exercitatione populo maniſeſtior apparuit. Me uero ubi primũ eſt eius audita promotio putabant omnes ſtatim diſcedere: ac ad eum iturum paremq; cũ illo poteſtatem habiturum: tantam inter nos amicitiam ac beniuolentiam nouerant. At ego qum inuidiam fugerem ne uiderer eorum loca qui prope aderant occupare: ſimulq; ne Baſilium falſe iudicare poſſent me priuata amicitia ſuſceptũ aliis proculiſſe quo adpotui me continui ac ſuperſedi qum plus rationi q̃ appetitui cuperẽ ĩ hac parte tribuere. Ille uero me uocare modo queri de mora non ceſſabat. Rurſus meam cauſam & excuſationem in bonam accepit partem. Demum aliquot poſt diebus ad eum ueni. Qumq; me ſupra cęteros ingradu collo

De geſtis Baſilii poſtquã preſul eſt factus.

Mos ad ſenſus uelociſſimi in electione caput tangere.

Nota Gregorii modeſtia.

Protopꝑſbiter

re ac Protopreſbyterum creare uellet:abnui ſtatim honoriq; ex eadem quam ſupra narraui cauſa protinus ceſſi:hoc eſt ne plus beniuolētię q̄ iudicio tribuere uideretur. Ille uero non ſolum non queſtus eſt ſed ut ingenioſus & ſagax meam deprehendens mentem magnopere laudauit. Quamprimum uero hanc adminiſtrationem iniciit nihil prius habuit q̄ eos qui aduerſus eum inſurgebant omni ſtudio placare: Itaq; illis citra adſentationē uſus in omnibus que ſecundum deū eſſent obſequebatur contumaces ſimili modo ad officiū reduxit. Qumq; ut ait Demoſthenes multi in manſuetudine ignauiam:& in grauitate atq; conſtantia ſeueritatem audaciam accuſent. Ita utrumq; coniunxit ut humanitati iudicium & iuſtitia:ne languidus aut mollis, Auſtentati uero placabilitas ne peruicax & crudelis uideretur:non deeſſet. Que aut iſocrates non acerbitate aut poene metu ſed clementia ac uirtutis amore ad obtemperandum induxit unicam oſtendēdo in obedientia ſalutem unicumq; rurſus in contumacia & contentione periculū nec ab eo tales ſed a deo potiſſimum alienari. Quibus artibus effecit ut omnes quos ſuſpectos habebat ad eius procumberent pedes:ueniā pręteritorū petētes: ac ſeſe omnino excuſantes. Poſtquam res domi ordine ac in ſtatu felici cōpoſuit utrūq; omne abſtulit:ad alias dirigendas eccleſias animū cōuertit. Nam alii quidem Epiſcopi proxima tantum reſpiciunt ac ſatis habent ſua ſibiq; credita curare & ſic ſecuros agere:ſi ſua tantum reſpicere nec aliena quicquā extimare ſecuritas ſit. At magno Baſilio non hoc ſatis ſed continuo cunctarum eccleſiarum curam ęque ac ꝓprie cepit. Itaq; uniuerſi orbis multitudinē quę euangeliū iā receperat uidit diuerſis ſectis ac Aereſibus contaminatam pro qua dominus noſter Ieſus Chriſtus ſanguinem ſuum fudit:quam ue ad imperium ac regale ſacerdotum elegerat quēadmodū in exodio ad Iudęos dicitur. Euas mihi regale ſacerdotum:& gens ſancta. Vidit etiam quemadmodū aſſyrius uelut aper iudęos illos ex Aegypto in paleſtinam migrantes ut uineam quandam euertit ſicut ait:Pſalmus uineam de Aegypto tranſtuliſti & que ſecuntur. Sic chriſtianorū multitudinem diabolus ut ſingularis aper deuaſtauit ex tenebroſa infidelitate ut ex Aegypto migrantem ac in fidem ut in terram promiſſionis tranſpoſitam & in hac adeo auctam & dilatatam ut montes ac ualles operiat:hoc eſt eos qui prius altiſſimi propoſito ac ſpiritalem odorē pręſe ferre uidebātur uirtute abſcondat atq; tegat. Hanc itaq; per figuram uineam appellatam:magnus Baſilius ſic laceſſitam conſpiciens corrigere:quo ad potuit cogitauit. Itaq; non conniuendum:aut ullo modo dormiendum ſed precibus lacrymis orationibus monitionibus iurgationibus omni ſtudio inſtādum cenſuit:eo magis quod malum cōmune iminebat. Nam uno homine bene uel male agente nihil admodū ad reliquos attinet : nec

propterea cęteri contaminantur. Publicum uero ad omnis ſpectat & eo demum priuatim quiſq; morbo quo ſocietas fere omnis laborat. Hec itaq; die noctéq; cogitans minime quieſcebat illudq; ſoue patiebatur q ſiccato ex ſole capitis uertice debiliſq; factus uitam ſpreuit dicens. Bonum mihi magis mori q̃ uiuere: paſſus item & illud Dauid dicens. Non dabo ſomnũ oculis meis:nec palpebris meis dormitationem & requiem temporibus meis donec inueniam locũ in tabernaculo deo Iacob:hoc donec inueniam locum in quo dei templum ædificetur. Sic item diuus Baſilius curis eſt abſumptus:ut ſi quid carniũ ſeu corporis ipſius ex abſtinentia continua ſit relictum uel totũ a curis eſt abſumptum:quouſq; calamitatis huius ſolutionem repęriret:ut autem intelligas quanta uir ſanctus animi anxietate teneretur:ex eius uerbis de ſe ſcribentem audi. In uitam heri uenimus que & corpus meum omnino conterit & animam conturbat:quod impares huic ponderi uirtute reperiamur. Corpore namq; toto iam fere nullus ſum ad eam deduxit me cura debilitatem. Attamẽ auctore deo durabimus ac donec hos ſpiritus regat artus hanc chriſto diligentiã debebimus:ut his que ad dei eccleſię ędificationem facere cognoſcimus nihil relinquamus. Igitur omni ſtudio & opera ad reſiſtẽdum Aereticis paratus nihil potius habuit q̃ ſacrorum uoluminum arcana fibraſq; omnis ueſtigare ac in mediũ adducere:ac hoſtibus ut bonus chriſti miles bellum internecinum mouere. Et quemadmodum in bello arma ſũt que cominus offendunt:ut enſis & gladius. alia uero que eminus hoſtem feriunt ut haſta & ſagitte ſic & Baſilius accedentes propius & ei congrediẽtes Aereticos lingua ſermoniſq; eruditi acumine uelut enſe feriebat:eos uero qui procul erant litteris & epiſtolis ſicuti ſagittis ac iaculis uulnerabat. Quę epiſtolę nõ uſq; quaq; illis tabulis quas accepit Moſes ignobiliores erãt. Neq; de cibis aut ſacrificiis ſeu purgationibus que ad corpus attineri ut iudeis tantum precepta traduntur: ſed uniuerſi orbis hominibus de rebus fidei maximis:ac altiſſimus ſcribuntur. Deinde que ſcripſit aut docuit:exemplo uita moribus oſtendebat:quando neutrum ſiue alterutro prodeſſe cognoſcebat. Nam que ſuaſeris niſi facias ipſe:parum alios mouebunt:nec mouere niſi que ſentis aut agis docere cõmodis uerbis:& oppugnantibus etiam ſi opus reſiſtere ualeas ſatis poterunt. Quamobrem alios ipſe quidem hortatũ ac monitum ibat:per alios uero nonnullos:quoſdam etiam ad ſe ultro uocatos cogebat. Populos aliter publico:priuatim uero alios aliter admonebat ut errantes in fide ac moribus omnis pro medicina & natura cuiuſlibet ad ſanitatem & officium reduceret. Et demum quemadmodum ille Beſeleel e diuerſa materia tabernaculum ſibi conſtruxit ſic & is eccleſiam ante opera uerbiſq; diuerſis excitauit. Interea Valẽs Impator Cęſareã uenit cũ apparatu plurimo qd

Baſilii uerba.

Cominus ac eminus pugnare.

Beſeleel tabernaculũ.

non amplius res erat ei cum Euſebio uti prius:ſed cum magno Baſilio lõge fortiore. Quamobrem maioribus ſe uiribus adcinxit ut priorem pugnam inſtauraret:magnum ſibi dedecus futurũ exiſtimans ſi qum tot dominaretur gentibus & omnis circa catholicos ob impiũ dogma euerterit:ab uno tantum Baſilio & una urbe Cęſarea uinceretur:ac deniq; non ſolum apud Aereticos pręſules qui cum impellebant:ſed omnis homines riduculus eſſet. Rex quidem Perſarum Xerxes ut ſcribit Herodotus cum multis milibus contra Atheniẽſes ueniens nõ ob hoc ſolũ eſt in adrogantiã ſuperbiãq; effuſus quod magna ſibi ac uaſta polliceretur:quodq; tanto cõfideret exercitui ſed longe magis quod Athenienſes maximi nominis uiros per terrefaceret. Quamobrem heleſpontum nauibus iunxit ita ut ponto tranſiri poſſet. Athos montis cacumẽ diuidens uelificauit. E retriẽſes ex improuiſo euertit. Nam miles quilibet dextram ſiniſtrę alterius complicãs ac iungens more ſagenę. E retricenſes omnis incluſos abduxere. Item quoniã põtẽ prius in heleſponto cõſtitutũ maris impetus euulſit firmiore rurſus cõſtituto: iuſſit pelagus haſtis more ſerui uerberari. Quã omnino inſaniã timidi nempe orruerunt:audaces autem ac firmi riſerunt. Valens uero his longe peiora fecit: maior eius ſtultitia:maior ad rogantia aduerſus etiam maiorem & inuictiſſimũ & eum penitus nihil curantem uirum uanarũ uirium oſtentatio apparuit. Nam ut ait Dauid iniuſtitiam in altitudinem locutus eſt: poſuit in cœlo os ſuum & lingua eius pertranſiuit in terra. Hoc eſt cœleſtis unigeniti diuinitatis altitudinẽ non orruit impius in terram deprimere & eum creaturis comunem facere cuius diuinã naturã nec capere quidẽ mundus poteſt q̃uis noſtra cauſa deſcenderit ac nobiſcum familiariter ſit uerſatus ut hos qui in tenebris & in umbra mortis iacebant:adſe traheret deſcendit inquam ut aſcenderemus. Sed & ipſius ualẽtis furorem ab initio referre parumper uacabit. Is enim quoquo uerſus catholicos preſules inſectando alios precibus ac perſuaſione de ſententia dimouit: nonnullos ui ac metu:exquo partim exilio partim cede mulctauit:bona proſcripſit: certi ab eo miſſi ut canes uenatici inſectam arrianam uti ſe ſubſcriberent omnes adhortabantur. Octoginto orthodoxos ad eum preſbiteros de impietate deprecãda miſſos cepit atq; adligatos nauibus uentis ferri dimiſit:ac demum cremauit. Duces cum exercitu non aduerſus barbaros ſed aduerſus uniuerſam eccleſiam mittebantur. Poſtq̃ igitur ualens ut ſupra narraui Cęſaream attigit nihil habuit prius quã Baſiliũ qui tanquã ſcintilla rutilans ex toto illo incendio ſuperarat uerbis minis diſputationibus per alios exagitare:que omnia uelut ab arcu ſagittę fuerant in pectus durũ atq; impenetrabile ueluti ferrum offendẽtes:emiſſę unde in auctorem ipſum & mittentem fouile retorquebantur:ſeq; ille ſuis telis miſer feriebat

Xerxes inſania lẽtis principis iuſtitie comparatur.

E tetrienſes

Baſilium uero ſcopulo maritimo comparabimus in quẽ undarũ impetus mini mum ualẽtes:refracti retrorſum redundabant. Nam quandoq; quoſdã de iudicũ ordine adeum pſuadendũ:aliquãdo milites ad tenendũ:interdũ eunuchos ſuos ad leniendũ miſit. Hi cubicularii ipſius erant:genus ad modũ molle tantũ impietate aduerſus deũ fortes dum ſectã & ipſi arrianã tuentur uiri namq; ſunt inter mulieres ad eas ob cuſtodiendas oblectandaſq;:mulieres uero inter uiros ad omnia obſcena patienda. Quamobrẽ quando genitalibus ſtuprũ admittere nequeunt lingua fornicaria & adultera utuntur ut illis omnibus euenit qui contra deum locuntur aut ſentiunt ut ait in euangelio dominus generatio praua & adultera. Item propheta mœchatus es cũ amatoribus multis. Valens igitur quemadmodũ quandoq; Nabucdonoſor ſuũ Archimagirũ Nabuzandã miſit Hieruſalem ut omnia incenderet:ſic & ipſe ad Baſiliũ ſuũ Archimagirũ Demoſthenẽ uirũ furibundũ:& audacẽ miſit:quem Baſilius adſpiciens ait En Demoſthenes illiteratus. Is enim uiro ſancto mortẽ colirie gladiis intentabat. At iuſto dei interiit iudicio:ac igni ęterno ac proprio eſt miſſus. Nã ſicut ęrarii fabri ſic & coci igne ad ſuam utuntur artẽ. Sed hec relinquã & ad maius eius certamen ueniam.

Eunuchorũ mollities.

Archimagirus culinę ſeu cocorũ princeps.

Quis tunc nõ nouit Modeſtũ pęrfectũ quanta contra nos audacia & ira eſt uſus is imperatori ualde delectus erat quod omnia eius mandata diligẽter obiret. Ad hunc magnus Baſilius ut ad Leonem rugientẽ adductus hilari lętoq; uultu:tanquam non ad iudiciũ ſed conuiuiũ aliquod iret ubi in cõſpectu fuit eũ nomine pręfectus compellat Epiſcopũ tacuit. Dic inquit:quid nã ſibi uult tanta in poteſtatẽ imperatoriã audacia? Quid tandem cogitas? ſolus ne tu poſſe reſiſtere? At Baſilius cur me inquit audacẽ uoces aut temerariũ neſcio. Ego uero nihil mihi conſcius ſum tunc pręfectus. Hoc ait Baſilii queror & accuſo quod qum cęteri quidem imperatori aſſerit tu ſolus eũ ſpernis. Cui ſanctus iure inquit hanc ualentis opinionẽ reſpuo. Non enim imperator meus deus hec iubet:nec ullo modo patietur ut dei filiũ creatũ dicas. Ego quoq; creatura ſum Deus,item fieri per adoptionẽ & mandatorũ obſeruãtiã aptus ut ait Dauid. Ego dixi dii eſtis omnes & filii excelſi omnes:cui rurſus pręfectus. Ego enim hec uolo que iubeo. Quid tibi uideor eſſe? an certe nihil? Non ne tibi ſacri erit honori ac dignitati te mecũ una in fide ſentire & me ſotiũ profeſſiõis habere? Cui ille:fateor inquit te & pręfectũ & uirũ plane clarum eſſe nõ propterea deo clariorẽ:& te in fide ſotiũ habere magnum profecto mihi fuerit:uerumtamẽ nolo ut pręfectũ te ſotiũ aut arrianũ ,ſed ut unum ex aliis mihi ſubiectis chriſtianis:quãdo chriſtianis non ex perſona aut nobilitate ſed ex certa fide ac conſcientia cenſetur. Tunc pręfectus ira concitatus quando preces non ualuere minis eſt aggreſſus:ac exiliũ tormẽta:deniq; mortẽ

Modeſtus pręfectus.

proponebat. At Baſilius nihil horum inquit que dixiſti curo: Melior namq; ſũt his qui publicant ac proſcribunt: ipſe me ob ſpem regni cœleſtis proſcribens. Nihil uero poſſidens ab exilii metu liber ſum unam hominum cognoſcens eſſe patriam Paradiſum. Omnẽ autem terrã comune adſpicimus naturę exilium. Propria uero carens terra nullo loco circunſcribor. Domini enim terra & plenitudo eius incola ego ſum in terra ſecundum ipſum ſicut omnes patris mei. Tormenta item deſpicio. Quid enim hec in me poterunt ſi corpus fere nullum & oſſa ſine carnibus fere inuenient. Tantum unã breuemq; admodum plagã inferre poteris ut me his erumnis liberes. Quomodo mortem formidabo que me meo creatori ſic redditura? His igitur uerbis pręfectus perterritus. Mecum ait nemo hactenus hac audacia & licentia congredi aut loqui ut tu nũc eſt auſus cui ſanctus. Quod forte inquit in epiſcopum non incidiſti. Quod ſi incidiſſes ſic item ille pro pietate certans tecũ diſſeruiſſet. Nos enim cetero humiliores omnibus ſumus hominibus ubi uero de fide deq; chriſti pietate agitur minime humiles aut timidi eſſe apparemus: quod ipſum execrari deum uideremur ſi quicquã ex eius dignitate detrahi pateremur. Inſumma tu quicquid tibi liber facies & tuo modo poteſtate contra me ueteris: nunq̃ perſuadebis aut certe coges me tuę ſectę & impietati adſentiri. Poſtquam uero hec audiit pręfectus & illius propoſitum atq; conſtantiã accepit eum ab ſe dimiſit non quidẽ minabundus ſed reuerentia quadã ſe ſubtrahendo. Ipſe autem ad imperatorem reuertens pugnam habitam retulit. Alium tentare oportere ait Baſilium uero uel palam demedio tollere uel non expectare ob minas flecti. His geſtis imperator ſuum donauit conſiliũ uictuſq; laudibus ac fama magni Baſilii iuſſit uim ei minime adferri uerumtamen quemadmodũ ferrum in igne mollitur remanet attamen ferrum: ſic & ualens ad breue tempus lenitus minas in ſancti admirationem conuertit. Idem nihilominus remanſit ac in eadem perfidia obdurauit: nec Baſilii fidem adſumere ullo modo uoluit uere cundiq; ſibi adſcribens a cepta opinione diſcedere: honeſtam alioquin cauſam occaſionem ue querebat: quo nam modo uiro ſancto nocere: aut incom odũ inferre poſſet. Repperit tandem. Nam in die luminarium quando populus omnis in eccleſia cõuenit ingreſſus & ipſe: ubi ordinem pſalmodię: cerimonias rite celebratas: aras omni decore ac reuerentia cultas: populum deniq; diuino cultui adſiſtentem uidit admiratus eſt. Omnes enim ut angeli cũ reuerentia quadam ac honore circa Baſilium ſtabant ipſe uero medius illorum circa cathedram integer immobilis graui ſuper alio: firmis oculis cõſpiciebatur: tanquã ſi imperator minime ſuperueniſſet nec nouũ aliqd aut formidandũ negotiũ contigiſſet. Vbi autem hoc ſpectaculũ ualens animaduertit attonitus cunctabatur: ſubitoq; capitis ac oculorũ

uertigine quadã correptus eſt que multitudini quidem minime tunc apparuit. Poſtq̃ autẽ uaſa que chriſto dono daturus attulit in manibus cepit ac ad arã ad ceſſit/tunc caſum palã oſtendit ueſtigio corporeq; toto tremebundus. Quod ni ſi diaconorũ quidã cũ manibus prendiſſet proculdubio cecidiſſet. Dona uero q̃ offerebat:ſuſcepit aut attigit ex adſtantibus nemo quod ſane ignorabant an Baſilius ob Aereſim ea excipere aut grata habere uellet. Poſt hec Imperator quaſi nobiſcum conſentire uiſus intra ſacrum parapotaſma ſiue diaconum uocatum ingreſſus Baſilium iamdiu uidendi cupidus adſpexit ac cum eo collocutus eſt. Quid autem ei ſanctus dixerit quidue cum eo diſſeruerit non habeo dicere niſi tantum dei uoces quę ab aliis multis & mihi quoq; tunc preſenti audite ſunt. Que nempe collocutio ac diſputatio prudentiſſima diuinaq; principis erga nos beniuolentie & humanitatis cauſa cum etiam magno nos diſcrimine liberandi principiũ fuit. Et ut Demoſthenes in oratione pro Ctheſiphonte:ait hoc primũ res thebanas conſtituendi initium primaq; conſtitutio fuit. Sic factum hoc ciuitati maximum & inſtans periculum uti nebulam diſpulit. Et profecto iam fere Impator perſuaſus erat niſi improbi uiri in ſuas eũ partes ac ſentẽtias extorſiſſent Quamobrem in exilium mittere Baſiliũ qum decreuiſſet prodigiis quibuſdã ſuperuenientibus perterritus ſententiã reuocauit. Nam ſella qua uehendus erat ſtatim confracta & diſſoluta eſt. Quinq; demore litteram que exilium notaret ſcripturus eſſet:nunq̃ eam calamo non reddente exprimere ualuit. Nocte deinde ſpatii ad deliberandum Baſilio data in ea ſane filiũ egrotare grauiſſime contigit Imperator uero qum prę triſtitia male quoq; haberet & humi proſtratus uolutaretur more Dauid qum adeo ob adulterium admonitus in cinere & ſacro iacuit medicos undecunq; adcerſit. Ad preces demũ ac ſupplicationes confugit:ſquẽ quoniam per ſe uocare uereretur quod eum contumelia pauloante adfecerat: p legatum unum ex his qui ei familiares erant rogauit ille ſtatim uenit:cuius preſentia natus reſcipiſcere cepit ex quo pater exhilaratus in ſpem uenit meliorem. Quod niſi aque dulci ſalſam miſcuiſſet:hoc eſt Baſilii tantum aduentu conten/tus alios Aereticos non uocaſſet proculdubio etiam proximorum principis ſententia qui una & ipſi mœſti erant filius perfecte ſanitati rẽſtitutus fuiſſet. Idẽ fere caſus paulopoſt modeſto prefecto de quo ſupra mentionem fecimus euenit ut in morbũ & ipſe incideret periculoſum qui huius uiri manibus diuinitus eſt ſeruatus. Ex quo ille gratias ei agens preteritorum ueniam petiit:loco q; excuſationis ac uerę penitentię inquit lacrymas accipe preceſq; meas ac demũ erroriis prętetiti ueram confeſſionẽ. Da igitur uir ſanctiſſime mihi quam ignorabam ſalutis uiã. Itaq; hanc proculdubio adſecutus aliis poſtea qui neſciebant palam fecit. Et

Demoſtenes

Euſebius pō ti pręfectus

hec quidē que Baſilius cū ualente & modeſto geſſit exitū ſortita bonū ſic ſe ha-
bent. Cum alijs uero quomodo certauerit uideamus. Euſebius ponti pręfectus
Dominicę Auguſte ualentis uxoris auunculus aduerſus Baſilium ut impietatis
& dogmatis eius commotus ſpecie & occaſione querelę ſuper muliere quadam
uidua quā paulo ante quidā ex eius adſeſſoribus in matrimonium ſibi per uim
trahere cupiebat acerbitatis ſuę uirus oſtendit. Hec uero non tā audax ꝙ prudēs
conſiliū cepit ad arā confugit. Vt autē ſicut in iudicio pro meo Baſilio excuſatio
nem faciam. Inuoco te ſanctā Trinitatē dic oro quid tunc non ſolū magnū Baſi
liū ſed ſacerdotē ſimplicē facere oportuit? Non ne eius erat officium mulieri ad
eſſe: opemqꝫ ferre: qum facta ſacrilega deus prohibeat ac ſacras ędes honorari &
ad has cōfugientes minime attingi aut auelli omnino iubeat. Sed nouus legiſla
tor & iudex & prefectus omnes ait noſtrę potentię ac auctoritati cedere oportet.
Itaqꝫ mulierē omnino quęrebat. At hic omnino iuuabat ille uero furebat & ad
poſtremū certos miſit qui in Baſilij cubiculo illam ſe inueniſſe dicerent ut hac
eū infamia notarēt. Igitur de re habita queſtio: addicendā cauſam adcerſitur pre
fectus cum adrogantia: ſimul & audacia pro tribunali ſedet Baſilius cōparet: ac
illud Dauid ait. Niſi conuerſi fueritis gladiū ſuū uibrabit: arcū ſuū tetendit & pa
rauit illū. Hoc enim totū tūc cōtigit. Nā & dei gladius acuebatur & arcū tetendit
deus: ſagitta uero nō adhuc mittebatur. Ita enim dei lex eſt tollerare. longanimi-
tate uti penitētie tēpus expectare: deniqꝫ ſpatiū modūqꝫ dare quo ſe a peccatis ho
mines liberent ut ait in ſapiētia Salomō. Sed reſpice queſo athlete dei & iniqui
prefecti certamē aliud ſacerdotalē ille ueſtē excuti ac diſtrahi iuſſit. At hic & tu-
nicā exuere paratus erat. Quin & uerbera & ungues intētauit: & epar e medijs
uiſceribus e uellere minabatur. Que oīa ſanctus adſpiciēs ac cōtemnēs ut inepti
as & uanū eius furorē riſit: aitqꝫ gratias tibi ex hac tua in me uolūtate agā ſi epar
hoc meū pulſaueris. Nā hoc ſane ut ex habitu uides cetera uiſcera cruciat & af
fligit. Itaqꝫ interioribus ſane medeberis. Si autē ut plane minans id omnino extra
xeris & auelliſ: corpus totū ſemel amoleſtia liberabis: Sanctus igitur & pręfectus
ſic interſe certabāt. Ciuitas uero hoc ſentiēs ueluti qū fumus apes cōmouet ſic to
ta cōmota eſt maxime uero hi q Cęſareę arma factitabāt. Qui ue impatoris opa
texebāt. Hi enim in tumultu & ſeditiōe ꝓmptiores erāt ut audaciā ex pricipe tu-
mētes & demū qcqd armorū forte in manus uenerat cuiqꝫ uel ex arte ſua ſtatim
corripiētes: uſqꝫ mulieres quedā textrices radios hoc eſt texēdi inſtrumēta; haſtę
loco prudētes in Baſilij defenſionē cucurrerūt. Inſumma nullus fuit q nō ad ſe
ſuāqꝫ ſalutē hoc pietatis opus utrū ſanctiſſimū tueri: nō ptinere putaret. Et q ma
xime ſe audacē oſtendiſſet is magnope collaudatus: q uero minime reſtitiſſet: ut

impius aut ignauus taxabatur. Et profecto ea die pręfectū trucidaſſent niſi Baſili/
us ſtatim apparens auctoritate ſua rē ſedaſſet. Hec itaq; omnia: dei prouidētia bo/
na de cauſa facit ut aut Salomon dū ſuperbis reſiſtet humilibus autē dat gratiā.
Quāobrē magnū Baſiliū nō liberabit ille qui marę rubrū ut Iſrael trāſiret didu/
xit. Qui Iordanis aquas diuiſit: ut arcā ſacerdotes ſine inundatione p mediū de/
ferrent. Qui ſolē ut Ieſu naue uictoriā preberet ſtare iuſſit. Qui Amalech ſuppli
cāte Moſe in fugā cōuertit & alia q̄ plura prodigia edēs ut populū ſuū ſeruaret?
Hic igitur labores Baſilii quod ex prophanis ac laicis uiris ſuſtinuit felicem ad/
modū finē habuere. Incipit reliqū nūc bellū uicinorū Epiſcoporū incomodum
profecto ac damnū uel maximū ſubiectis adferens populus. Quid ni? qum eos
qui exemplo pacis ac quietis cęteris eſſe debent interſe pugnantes ac tumultuātes
adſpiciantur. Cauſę diſcidii cōtra uirū optimū plures. Primū quidem quod in
in una fide minime conuenerant niſi forte a populis catholicis coacti. Deinde
quod egre ferebant eū epiſcopū declaratū eorū luminibus & glorie illū putantes
obſtruere. Quāobrē inuidia cruciabantur qū uirtute longe ſupari uiderētur: nec
tamē id fateri prę uerecūdia uolebāt: quod morbus hic eo ꝓfundius penetret ac
laceſſat quo magis in arcano cōditur pectore nec palā fit. Nā alia adcedebat occa
ſio patrię ſciſma ac in plures pręfecturas diductio uidelicet in primā ac ſecundā
cappadociā. Et in duas Metropoles Cęſareā & Tyanam Multaq; ex prima prę⸗
fectura ſecūde addita. Hinc itaq; ſeditio epiſcopis mota eſt Anthymus enim no
uus Ciuitatis Tyanenſis Metropolitanus utriq; capadocię ſingulos creauit ep̄os
ſi & duę uſq; tunc unū epiſcopū habebāt Metropolitanū: conuenire dicebat &
noſtra ideſt eccleſiaſticas parochias ſeu iuriſdictiones ſimul cū ſecularibus prefe
cturis & dioceſibus diuidi. Quāobrē parochias trāſpoſuit his que addita noue
ꝑfecture ideſt prime capadocię fuere in qua Metropolis tunc Tyana fuit Baſili/
us uero ueteri cōſuetudini & ei diuiſioni que olim a patribus eſt facta fauebat:
dicebatq; ſecularia quidē diuidi poſſe eccleſiaſtica uero nequaquā oportere: ſed
tātū ſicuti prius māere. Quid.n. cōe gladio cū ſpiritu? Hinc itaq; multa mala cō
tigerūt: alia uero inſtabant: Tyanon ſis enim ep̄us ad ſe Cęſariēſes pręſules trahe
bat eorūq; redditus ſubripe conabatur: & p̄ſbyteros induxit quoſdā ut eū: nō aūt
Cęſariēſem ſequerētur: aliquos uero nō pſuaſos de ordine mouit & alios cōſti/
tuit. Ex his igitur horūq; exemplo res quoq; ſeculares diuiſę & in ſeditionē uer/
ſe male habebāt. Plures nāq; his tumultibus gaudebāt pręſertim ſeculares: qum
ſacerdotes huiuſcemodi facta patrantes conſpicerent: unde & ipſi peccandi li/
centiam ſumebant: nec redarguentes ullo modo metuebant. Facilius namq; ea
que cōſiſtunt diſſoluere q̄ iam collapſa reſtituere atq; aptare. Baſilius poſt hec p

Baſilius pro iuribus eccle ſie ſue pu/ gnat.

Nihil comu ne gladio cū ſpiritu: nota ex hoc nō eſ ſe diuidendā dioceſim ob pręfecturę ſe/ cularis diui/ ſionem.

ora ſubiecta nonnullos creauit epiſcopos:me uero inter ceteros apud ſaſima per uum admodum oppidū preſulē conſtituit. Ego uero quum eum in reliquis om/nibus habeam magnopere laudare:in hoc ualde laudare nequeo quod nō admodum fidum nec multo in honore meā habuerit amicitiā loco tam ignobili me pręficiendo quanquā metropolitanę tantū dignitatis ac nominis participē fecerit. Verū cum ſancti ſpiritus inſtinctu omnia egerit. Dei tantum honorem ac uoluntatem omni amicitie preponens in bonā id ſumimus partē mihi ſane ex hac cura totius uitę ſpiritalis & philoſophię impedimentum ſubortum eſt. Nunc reliquas eius uirtutes breuiter per curā:quibus ſummis omnem temporum uiris non ſolum equiperari ſed eos longe ſuperare palam eſt. Nonnulli una aliqua uirtute tantū clari. Alii uero quedam recte faciunt:omnia uere pauci admodum perfecte. Hic uero in omnibus pariter ſummus magnitudine quadam nature apparuit. Si paupertatem queris peculi aut rei cura nunq̄ ei fuit:ſiquid forte poſſedit pauperibus adfatim comunicauit:ut in ea quā ſupra memoraui fame oſtendit. Non ut crates ille thebanus qui ſuſtantiam dimittēs omnē:ſuper aram aſcendit aitq; crates cratem liberauit hoc eſt ſeſe a pecunię ſeruitute liberum fecit:ſed hoc inani gloria ductus. Noſter uero Baſilius illud Aeſchyli ſeruauit. Nō uideri ſed eſſe iuſtus malebat ſummā ſciens eſſe ſeniuolū platonē iniuſtitiā iuſtum uideri uelle non exiſtentē. Neq; item ut Cynicus Diogenes qui in urbe media dolio ſe incluſerat & paupertatē quęſtuoſam habuit ut occaſio foret unde omnes ei conferrēt. Hic autē procul ab omni ambitione ſeu arte aut queſtu animum a rerum omniū poſſeſſiōe abduxit:& ut naute uitādi periculi & leuāde nauis gratia onera ſubtrahūt ſic & ipſe ſponte cuncta reiciens ſecurus hoc uite pelagus pertranſiit inuictu autē & cultu corporis q̄ abſtinens & paruo contentus fuerit etiā ſcimus unica tantū tunica ſe amiciebat. humi cubitabat:noctibus totis uigilabat quod illud domini teneret dicētis. Adſpicite lilia agri quomodo creſcūt dico uobis q͛d nec Salomon in omni gloria eius ita ueſtitus erat ut unū ex illis. Cottidie ieiunabat pano ſolo cōtētus:& loco delitiarū ſal habebat. Aquā cōtinuo potabat ob q̄ uite duritatē ſimul & aſperitatē morbū facile cōtraxit in curiſq; ac medicinis diu fuit cū quo & ego qui quanq̄ cetera infirmior uirtute. Attamē ſimiliter adfectus egrotaui. De ipſius uero caſtitate habeo tantum dicere quod eam uſq; ad extremum diligentiſſime ſeruauit integer enim corpore & omnis ex pars libidinis perpetuo permanſit: qum nulla magis uirtus angelis cœleſtibus equiparari poſſit: quam & ſi quidam matrimonio inferiorem putarunt quod humanum genus ex ea deficere uidetur magnopere errant. Nec deus ipſe niſi diſcipulis ſuis & plane ſequētibus eum traditurus exemplum uirgo ex uirgine natus permāſiſſet.

Paupertas. Crates thebani. Diogenes. Abſtinentia. Caſtitas.

Baſilius igitur hãc adeo dilexit ut de uera uirginitate ſermoné etiã cõſcripſerit per quẽ corporis pulchritudinẽ in animę decorẽ tranſfert. Omnis enim gloria filie regis abintus. Nã exterior quidẽ pulchritudo facile corrũpitur materiãq; libidini & incõtinentię prebet. Interior autẽ Chriſti tantũ ſeſe uero ſpõſo manifeſtat. Cui prudẽtes illę uirgines obuiã eũt. Vt autẽ nõ ſolũ ſibi ſed & aliis quoq; proficeret. Primus cœnobia excogitauit ritũq; illũ monachorũ antiquũ atq; agreſtẽ ad ordinẽ quendã formulãq; relligioni propiorẽ reduxit. Animaduertens enim quod hi qui in comuni uita hoc eſt inter alios mixtũ agunt: monachalem alioquin abſtinentiã ſeruantes: aliis quidẽ utiles ſibi nequaquã exiſtunt qum in multis eos neceſſe ſit uerſari malis: quę uitę quietę ac plane pfectę cõtraria uidẽtur. Eos uero q in ſolicitudine procul ab aliis agunt firmiores ſane propoſito magiſq; deo cõiunctoſq; ſupradictos uidit: attamen ſibi tantũ utiles: qũ uerũ experientiã nequaquã teneant nec cũ aliis comertiũ ullũ habeant. Vtrũq; uitę genus coniungere conatus eſt. Quãobrẽ Monachorũ cœnobia haud procul ab his qui in hominũ ſotietate uiuunt edificari iuſſit: nec omnino ſeparauit: ut & propinquitate qum opus caritatis expoſceret adeſſe ualerent. Diſtantes alioquin propriis eſſent terminis nequies eorum aut pax interrumpi per multitudinẽ poſſet: ſic nec ipſi Monachi ſine actionis merito ex impendenda aliis pietate forent neq; rurſus eorũ actio per tumultus inutilis efficeretur. Ex quo alter alterum hoc modo iuuare poſſit & Monachi per conuerſationem eorum qui in comuni agũt uita pia facta. Et ipſi ex monachis quietem conſtantiam ſapientiam contemplationem ediſcerent. Quemadmodum telus ac pontus inuicem ſe iuuant: ac ſuſcipiũt Conſpiciens item nihil dei magis gratiam promereri q̃ benignitatẽ in pauperes hanc ita coluit ut Xenodocheum celeberrimũ ędificauerit in quo egri ac pauperes curarentur atq; educarentur ea fama ac celebritate ut diuites in hoc etiam proficiant: hoc eſt ſuperflua huic largientes: alia uitant mala: aut certe ne reliqua eorum in futurum pereant bona. Hic inquam egri mala & incommoda ęquo ferunt animo & ob inuentam miſericordiam deo gratias continuo agunt. Ego autem hunc locum conſiderans tanta magnitudine & nobilitate cõſpicuũ: ſeptẽ orbis miraculis non inferiorem dixerim. Quorum primum Aegyptię ſunt thebe centum portas habentes. Secũdum muri Babylonis a Semiramide coctis lateribus & bitumine conſtructi circuitu ſtadiorum. ccc. latitudine cubitorum. lxxx. Tertium in caria Mauſoli ſepulchrum ab Arthemiſia uxore ędificatũ. Quartũ Pyramides in Aegypto ut quidã uolũt ab Ioſeph hebreo ad frumẽta cõſeruationẽ excitatę unde nomẽ accepit. Pyros enim tantũ dicũt. Alii ſepulchra eſſe ferũt in Ignis quẽ colũt honorẽ conſtructa ad eiuſq; ſimilitudinẽ in acutũ quadrata

Baſilius primus cœnobia ordinauit

Monachorũ cœnobia edificari iuſſit.

Xenodocheum a Baſilio ędificatum.

Septẽ orbis miracula.

ſpetie tendere. Quintũ in Rhodo coloſſus idolũ Apollini ſacrũ quidam Aereã hunc columnã dicunt altam: ut ait Ariſtotiles cubitis ſexcentis. Sextum capitoliũ Romanorum. Septimũ Hadriani templũ in Cyzico. Ex quibus ſane omnibus nulla auctoribus utilitas niſi breuis admodũ & fragilis gloria emerſit. Magnus uero Baſilius hoc xenodocheũ pietatis gratia tãtũ excitauit: quod minime ſit paſ ſus inopes ac debiles errare & miſerum ſpectaculũ corã aliis pro eminentes abici & expelli. Quo ferme exemplo nos cõſiderare uoluit quemadmodũ unũ eſt om niũ caput Chriſtus ut ait apoſtolus. Nos autẽ membra in Chriſto. Que autem membrũ ſpernit caput etiã ſpernit. Et cũ Salomone docuit quod deo fœnerat q̃ pauperis miſeretur. Egros uero ac tetris adfectos morbis exoſculari ſolebat. Non mane glorię aut oſtentationi ſeruiens ſed ut exemplũ plane ceteris preberet ne pauperes aut egros faſtidirent uberaq; potius curarent. Quidã uero male ſentien tes ex hoc & nonnullis aliis geſtis eius iactabundũ taxabãt. Inuidi namq; ſemp quando per ſe aperte rem laudabilẽ deteſtari nequeũt in uitiũ ei uicinũ detorque re conantur fortẽ audacẽ uocant. Iuſtũ ſeuerũ & crudelẽ. Prudentẽ aſtutiatum ac malignũ. Magnanimũ ut glorioſum: liberalẽ & miſericordẽ: prodigum. In di cendo pro iuſtitia liberum. Imprudentẽ & licentioſum. Baſilii conſtantiam atq; grauitatẽ contemptũ ac ſuperbiã dicebant. Nam ille ut bonus oĩbus adridere ſo lebat quaſi hoc ſigno eorũ collaudans ac probãs uirtutẽ. Sic improbos ſeueriore adſpiciebat uultu q̃bus & taciturnitas ſola: loco increpationis ac correctionis fue rat: dũ illi eius colloquio ac ſermone priuati intraſſe quid male admiſiſſent cogi tabant. Atq; hoc modo ad officiũ reducerentur. Viros facetos & quos rebanos

Viris facetis minime adridebat.

uocant proprie ſcurras minime diligebat: minimeq; his adridebat aut ad plaude bat. Nõ enim uulgo placere aut omnibus ſe obſequentẽ prebere curabat. Quem morẽ ſiqs uitupet. Leonẽ etiã accuſet quod acriter ac torue nõ humiliter & blãde queadmodũ ſimia id eſt mimus aliqs adſpiciat: ac ſcenicos & hiſtriones q ſpecta toribus riſũ p alapas & uerbera interſe cedẽtis prebẽt: potius recipiat ac probet. Quãquã ſiqs incõuerſando huius mãſuetudinẽ exq̃rat uidebitur & huic parti magnopere ſatiſfeciſſe: in caſtigando leuis ita tamẽ ut diſciplinę ratio ſemp habe retur: ſine triſtitia grauitatẽ: ſine adſentatione hilaritatẽ: ſine oſtentatione animi magnitudinẽ prę ſe ferebat De ipſius nũc oratiõe & eloquẽtia q̃d dicã aut cui

De ſcriptis & eloquẽtia ipſius.

cõparabo? Quãtũ itaq; tuba tibiã aut uox dñi ceteris ſit eius ſcripta ſermoneſq; reliqs antecellũt. Nã & ſacri eloqi myſteria exprimere nõ oĩbus datũ ut ait Dauid peccatori autẽ dixit deus: quare tu enarras iuſtitias meas. Nec ullus Ieſũ niſi ſpũs ſcti uirtute ut ait apoſtolus dicere poterit. Magnus aũt Baſilius p̃ter oĩs diuina narrare dignus erat & ut dign' i agro dñico opari' i ſacro eloq̃o grãm ac lumẽ

ex deo ac ſpiritu ipſius inuenit. Igitur ſacra uolumina nemo nec eloquẽtius nec uerius aut uberius enarrauit. Nec ullo unq̃ uerbo: aut ſententia errauit. Sed id quod ait Salomon id ei probe euenit. Det mihi deus exanimi ſententia loqui & que dico digne cogitare. Nam ſcite que nouit expreſſit. Que uero exprimebat recte ſentiit & par ſibi ipſi apparens nullũ doctrine theologice locum ſiue ad mores ſeu ad dei contemplanda myſteria facientẽ reliquit. Eius monumenta ita clara celebrataq; ſunt hodie ut nemo ſit qui ſapere cupiat aut de rebus diuinis aliquid intelligere quin ea ut manibus habeat uetera iam ceſſant: his nouis tantum uacant. Hinc ad ſatim ſibi quiſq; materiam: ad ea que cupit adſumit: ſiue ad exercitationem encomium faciat: ſeu ad conſulendum & deliberãdum aut Aeriticis reſpondendum ueniat ut in promptario apud eũ cuncta reperiet. Scripſit Hexameron quem ego quotiens lego ubi de rerum principio diuinitus diſſerit. Ita me in cõditoris caritate atq; cognitione confirmo: ut nulla re magis mouear aut oblectet Que uero contra Eunomium & Aereticos ſcripſit ignem mihi uidere uideor in conſumptũ itaq; ipſorum repreſſit audaciã. In libro ad Amphilochiũ de ſpiritu ſancto: quod in hoc erraſſe iĩuidi nonnulli dictitabant: ita ipſum ante oculos ponit ut nil manifeſtius aut uerius deum oſtendat Epiſtolas nonnullas ſermones item ſuper uarios ſcripture locos & homelias ad populum habuit quibus omnis magnopere ędificatur eccleſia. Quas igitur ob res Baſiliũ ego omnis etatis ac memorie principem facile iudico cuius ſi laudes abſoluere omnino uellem qum ad montis uerticem iã perueniſſe uidear: infra eius radices adhuc uerſabor. Sed age eum cũ utriuſq; teſtamenti uiris parumper comparemus. Adam primum domini mandatũ pręteriit. Hic ſemel ſuſceptũ perpetuo ſeruauit. Et obſciẽtie lignũ nõ errauit: rite & ordine ac ad ſuã aliorũq; ſalutẽ hac utẽs. Et nũc in paradiſo ardentem romphea euaſus triumphat: quam deus uertibilẽ fecit ut peccatoribus formidoloſa ferri aciẽ uerteret. Iuſtis uero terga oſtẽderet. Enos primus cepit inuocare nomen domini. Hic autem deum palam aliis fecit quod lõge maius. Enoch deo placuit & ob breuem iuſtitiam tranſlatus eſt. Nam fides tunc obſcura & in umbra erat. Hic uero in omni uita ob eius perfectam uirtutem trãſlatus in adoptionem filiorũ dei ac ſupra hominem factus eſt. Nec clam aut in fidei obſcuritate ſed manifeſta profeſſione & non inparte uitę ſed in tota quod ea demũ ſit felicitas ut ait Ariſtoteles que non in uno actu ſed in uita omni & perfecta. Noe p breuis ligni opus humanũ ſeruauit genus: per octo tãtũ animas in arca ſeruatas. Sanctus uero hic Aereticorum diluuium effugiens arcam ſalutis patriã ſuam fecit que cunctis preualuit zizania ſeminantibus unde & cęteris ſalus redũdauit. Abraam noui generis nouiq; ſacrificii auctor promiſſa ex deo

Adam. Enos. Enoch. Noe. Abraam.

accipere meruit:pro filio arietem condignam inuenit hoſtiam: At hic qum ſeſe totum deo traderet ad omnem laborem: & uſq₃ martyrium paratus non aliū ſuſtinuit. Neq₃ enim brutum animal digna homini compenſatio
Iſaac. Iſaac ex Moſopotamia Rebeccam duxit & poſtq̄ conſenuit oculi eius caligauerunt: uolens filium natu maiorem Eſau benedicere deceptus eſt a Rebecca ſubdito
Iacob. Iacob. Hic autem pro uxore eccleſiam ex propinquo ſibi iunxit: & filiis ſpiritalibus pro dignitate benedictionē impertiit ille ſcalam in cœlum aſcendentem inſomnis uidit & per eam angelos aſcendentes & deſcendentes: quę quidem Chriſti diuinitatis in carnem deſcenſum prenotat. Item lapidem ſtatuit oleoq₃ obleuit. Angularis hic lapis Chriſtus eſt pro nobis oblitus atq₃ unctus. Idem cum deo in hominis forma luctatus eſt. Paleſtra hæc contentio uerbi ad corpus adſumptum: ſiue naturę humanę ad diuinam altitudinē comparatio eſt. Dolor uero femoris icti: humanę generationis pugnam oſtendit. Si enim cum diuina natura noſtra conferatur: ut fragilis & doloribus obnoxia ſuperatur. Iacob item multos greges poſſedit ac cum laban conuenit ut que uario uellere naſcerentur ipſe ſibi haberet: uirgis igitur in aqua ubi bibebant ad poſitis ad earum imaginationem grauidę factę ſimiles illis poſtea fœtus ediderunt: unde diues eſt factus. Adpoſtremum duodecim filiis moriturus benedictionē dedit. Baſilius uero uidit & aſcēdit altiſſimam in rebus ſpiritalibus in deum ſcalam. Et ſua ſcripta inuectiua: contra Aereticos columnam maximumq₃ lapidem orthodoxę fidei conſtituit. Nec cum deo ſed pro deo contra fidei comunes hoſtes luctatus eſt. Plures quoq₃ diuerſis ac uariis uirtutibus inſignitas oues rationis participes habuit. Demum nō tātum duodecim ſed innumerabiles filios ſpiritales genuit: quibus & benedixit
Ioſeph. Ioſeph frumenti copiam in Aegypto queſtuoſam habuit Baſilius gratuitę prębitor frugis uti ſupra memorauimus non ſolum terreſtris: ſed etiam ſpiritalis fuit. Et ut ille dominam repulit impudicam obquam & calumniā paſſus: Sic is tentatorem cum uictoria eiecit: & tum de his que ſpiritu ſancto ſenſerat contra fas
Moſes. accuſantes: libro ſuper hoc edito luculentiſſimo compeſcuit. Moſes quidē Aegytum decem plagis percuſſit his uidelicet ſanguine Rana Symipe Muſca canina quadrupedum interitu: turgente tubere: grandine: locuſta: tenebris poſtremo primogenitorū interitu. Legem quoq₃ in duabus tabulis utrinq₃ ideſt etiam a tergo ſcriptis accepit ut plane oſtenderetur uulgo & his qui humi iacebant exteriora eſſe ſcripta. Ea uero que intra erant paucis admodū ut ad ſuperiora tēdētibus oſtendi. Aaron uero ſacerdos erat pro populo ſacrificans atq₃ orans conſecrabat
Aaron. inſuper ac curabat ea que circa tabernaculum federis erant quod ut ait Paulus Dominus non homo conſtituit. Ambos itaq₃ imitatus eſt Baſilius Aegyptios

quidē hoc eſt A ereticos ſpiritalibus flagellis:ore ſcriptoq; emiſſis caſtigās ac eos
in regnum cœleſte ut in terram promiſſionis ducens longe magis zelatorem bo
norum operū ut ait Paulus & in cordis tabulis leges ſcriptas nō partim umbra
tiles & figuratas:partim ſpiritales ſed omnio ſpiritales. Nec ſemel in Anno ut
Aaron ſummus ſacerdos ſed ſepe numero in ſancta ſanctorum ingreſſus eſt:hoc
eſt in ſacrorum uoluminum penetralia:arcanaq; miſteria:ut multitudini ac uul-
go in adceſſos ſacrę theologię ſenſus ac inſcrutabiles retexeret. Expians inſuper
populum non uitulę cinere uel rebus aliis fragilibus ſed ſacro baptiſmi Fonte &
aliis ſpiritalibus ex purgationibus fructum reddidit:Succeſſit Ieſus Naue qui ter Ieſus Naue
ram attigit promiſſionis. At Baſilius his quos ſubiectos habuit diuerſas diſtri-
buit manſiones. De quibus ſeruator ait in domo patris mei manſiōes multe ſūt
hoc eſt diuerſę pro dignitate cuiuſq; meritorum premia donaq;. In domini nāq;
manu & poteſtate:mercedis diſtributio:ut eſt apud Dauid. In manibus tuis ſor
tes meę:hoc eſt penes te poteſtatemq; tuam. Item tabernacula ceciderunt mihi in
preclaris meis ideſt date ſunt mihi. Dei partes ac ſortes ut ſuccedam illis in pre-
claris & optimis hoc eſt in triumpho ac de dęmone uictoria. Tabernacula enim
ſortium ac partium diſtributiones uocat: quod tabernaculis terram diuidamus
ac metiamur. Samuel ex materno ſuſceptus eſt uoto Baſilius item ex patrio ille Samuel
duos reges unxit. Hic frequentem populū ſancti ſpiritus oleo fouit. Dauid man Dauid
ſuetudo predicatur:manſuetus ille quidem dicitur qui alienas ęquo animo ſuſti
net iniurias. Hic autem ualentis inſaniam ac furorem non ſolum conſtanter tu-
lit ſed etiam uerbis ſanctis & eloquii modulatione diuini temperauit: quemad-
modum ille cithara ſaulem inſanientem curauit. Salomon ſapientiam quidem a Salomon
deo petiit uerum ab eo paulopoſt per idolatriam & concubinarum libidinē exci
dit. Hic rectam continuo fidem in deum ſemel acceptam perpetuo ſeruauit: &
ob eam ualenti Principi continuo reſtitit. Qua de cauſa & Helia inferior non fu
it:qui reſtitiſſe regibus dicitur. Quin & ille igneo ad cœlum curru eſſe ſublatus. Helias
Hic in tribulationis partimq; caritatis igne ut rubus ille moſeos non ſolum in
conſumptus incolumiſq; ſeruatus ſed altiſſima contemplatione ſublatus ad dei
penetralia fuit:unde gratia uelut Heliſeo excadente helie inclita prouenit ei plu-
rima. Quin & corpore iam per abſtinentiam conſumpto qum oſſibus ac pelle
tantum ſuperſtes eſſet ſine mortis ſenſu proculdubio migrauit. Vt autem ad no
ue legis ueniam uiros quāuis audax plane ſit res eum Ioannibaptiſta compara- Ioannesbaptiſta.
re: Attamen & hic quoq; tenuiſſimo uictu fuit ut qui pane & aqua tantum nec
ad ſatietatem aleretur:noctibus totis tunicam ex animalium ſetis quam cilicium
uocant amictus:ſacris lectionibus aut ſcriptionibus uacabat. Ille in medio duoꝝ

fuit teſtamentorum. Hic uetus nouo ita prudenter enarrãdo ad comodauit atq; coniunxit ut omnis de fide ambiguitatis facile ſolueret. Reliquis poſtremo apoſtolis ac diſcipulis Ieſu Chriſti nõ inferior dici poterit uerus poſt eos apoſtolus ad orbem morbus ac fide collapſum reſtituendum miſſus quanto magis difficile rem fractans reficere q̃ de nouo condere ſepe numero putabitur. Sed quid plura dicam illius uitia non tam animi q̃ corporis ac nature aliorum uitutes dici poterant. Si quis igitur illum imitari ſe putet: tantũ inferior ut umbra a ſtatua aut echo a uera uoce inuenietur. Satis enim eius ſtudioſi habere uidebuntur ſi ad ipſius prope ad cedant uirtutes: aut aliqua ex dictis eius mutuentur: quemadmodũ & ego ſepe facere ſoleo ut ipſius utar ſentẽtiis: quoniã que ille uel ſine cura & ex tempore dixit: his que ab aliis adpoſite dicuntur ſunt longe preſtantiora. VBI uero tempus reſolutionis ac certaminis legitimi pręmium accipiendi ad propinquauit. Non aſcendit in mõtem ex precepto domini ut Moſes deinde mortuus eſt. Sed ante mortuus eſt deinde in montẽ cœleſtemq; locum aſcẽdit. Iam iamq; moriturus dei uerba clara uoce nunq̃ deſeruit: quin & ſucceſſorem ſibi ex his qui ei miniſtrabant & auditores in rebus diuinis fuerant declarauit. Poſt hec q̃ ſecuntur alii referant. Ego deinceps quid aliud agere habeam q̃ flere: qum eccleſiam tanto paſtore uiduatam: noſq; tali pręſule ac doctore priuatos uideam. Iacebat uir ſanctus iam horam extremam & angelorum choris celeriter inſeri expectans. Ad eum omnis populus confluxit: cuius mortem iram in ſe dei fore putabant & amentes prę dolore facti circunſtabant ſi qua uia effluentẽ ac properantẽ animam retinere poſſent. Ipſe autem extrema prophetę uerba proferens. In manus tuas domine cõmendo ſpiritum meum expirauit. Elatus a ſacerdotibus ac p urbem feretro uectus: tanta comitantium multitudine ut uici frequẽtia pſalmos hymnoſq; in eius laudem canẽtium complerentur. Mirumq; quam hpiloſophię partes ſint: dolorẽ temperare: lacrymis modum imponere. Huius occaſu nemo tam ſapiens fuit qui non dolore lachrymis queſtibus certatim alios uincere ſtuderet. Corpus qum omnes magna cõtentione & tangere & adripere certarent ſe pulchro maiorum intulerunt ubi & pater ſacerdos & auus martyr ſub maximia no conditi erãt. Mihi uero tanti uiri conſuetudine orbato quid reliquum niſi mori aut miſeram in futurum ducere uitam? Quo me uertam iam amplius? Vnde conſilium queram? Quid agam? quando eum amiſi qui erumnas meas ac labores ſolabatur. Venite omnes: uenite: ac me choro circunſiſtite: laudes eius mecũ canite. Alius aliam partem ſuſcipientes quando non omnia poſſumus omnes. Narrate illius decora uirtuteſq;: omnis ętas ſexus ordo. Pueri patrem deſiderantes. Series coetiũ ueſtrum: Qui in magiſtratu & adminiſtratione: ueſtrum prin-

De morte Baſilii

opem. Populus preſulem & paſtorem. Egentes & pauperes nutritorem. Deniq; quilibet ſuis laboribus & officio adiutorem ac aduocatum plorate ut ueſtre ſalutis patronum habeatis. Hoc tibi ó magnę Baſili extremum munus poſt Annos octo quibus eccleſię preſuiſti obtuli. Quod ſi prope ad meritas tuas laudes dicendo acceſſi. Tu mihi in te ſperāti hāc gratiam redde. Si uero ualde infra uotum longe contigit: ueniam & ſeni & ualitudinario & ob tuam mortē attonito dabis. Tu obiter e cœlo nos reſpice & datā mihi renum debilitatē ac articulorū dolorem uel iube diſcedere: uel adiuuā & hortare ita me ęquo fere aío ut hinc demū diſcedentem me in eterna tabernacula recipias.

Et beatam Trinitatem eo quo eſt modo tecum pariter contemplari ualeam.

Finit Monodia Gregorii Nazianzeni.

MAGNI BASILII SERMONES AC TRACTATVS PER RAPHAELLEM VOLATERANVM CONVERSI.

IN PSALMVM PRIMVM.

De laudibus pſalmorum.

CVM OMNIA SACRA VOLVMIna diuini ſpiritus inſtinctu conſcripta: ac plane utilia ſint ueluti animę medicina ſalutaris omnibus comunis: ex his alia tamen alii propriis morbis eligere conſueuerunt. Alia quidem prophetę inſtruunt: ſimiliter & leges & hiſtorici & prouerbia diuerſa tradunt ac propria lectoribus pręcepta. Vnus eſt Pſalmorum liber qui omnia facile comprendit: omnibus uſum ſui fœnerat: futura uaticinatur: hiſtorias narrat: leges ac mores uitę inſtruit: ad res agendas ignaros erudit: & in ſumma preceptorum omnium quoddam fere promptarium inquirere uolentibus exiſtit unde antiqua animarum uulnera ſanantur: errantes in uiã reducuntur: perdita reſtituũtur: deniq; perturbationes omnis & adfectus animi praui quales uariis modis hominum animis in hac uita dominantur: penitus tollũtur & hec cũ uoluptate quadam & animi deductione diligenti. Nam quando ſpiritus ſanctus mortale genus ad uoluptatem procliue & a uirtute ob labores auerſum animaduertit᾽. Nos ad rectam uitam tendere cupientes ſanctis pręceptis numerorum modulatione comprenſis inuitauit ut aurium oblectatione deliniti ſermonis utilitatem ocioſe ſuſciperemus: More medici ſapientis qui pueris medicinas aliquanto auſteriores daturus: ut uorantibus nauſeam diſcutiat melle poculum circunlinit. Sic nobis non tam ętate q̃ moribus pueris hec apta modulamina pſalmorum offeruntur ut ſpetie quidem oblectare uideantur: re autem uera noſtras facilius inſtruãt ac purgatas reddant aures. Nec enim ullus ex his qui tardiore preſertim ſunt ingenio reperitur qui apoſtolicum ſeu propheticum aliquod pręceptum ſtatim ediſcat. Pſalmorum uero protinus reminiſcitur: hos & domi cantat & foris obmurmurat & in agro meditatur: nec ullus adeo mente perturbata fuerit qui ubi pſalmos cepit non ſtatim miteſcat mœſtitiãq; ex animo diſcutiat. Pſalmus igitur animi letitia: tranquillitas animarum: pacis caduceus: cogitationum moderator. Idem amoris conciliator deſſidentium compoſitor. Impetus animorum coercet: contumaces ad officium reducit. Quis enim inimicum cum quo unam ad deũ

emittit uocē putauerit? Ex quo maximū bonorū caritatē pſalmodia preſtat: ac quaſi totius chori in eodē ſpiritu coniunctionē quandam ac neceſſitudinem parit. Pſalmus item demonum fugator: angelici auxilii prebitor: ſecuritas noctium e requies diurnorū laborū: infantium tutela: iuuenū preſidium: ſenum admonitio: mulierū ornatus in ſolitudine dulcē diuerſoriū prębet: incipientibus elementum: proficientibus augumentum fragilibus auxiliū tribuit. Inſuper celebritates inluſtrat: triſtitiam que ex deo eſt oſtendit: lachrymas e corde lapideo prouocat. O diuinam ſapientiam quę nos ſponte: ac cum animi alacritate canētes docuit que diutius noſtris eſſent animis duratura. Nihil enim uiolentū durat nec ulla item pręceptio cum difficultate prolata in animo reſidet. Quid enim non inde diſces? non fortitudinis robur? non iuſtitię ſeueritatē non modeſtię decus atq; ornamentum? nō prudentie documenta? non penitentię modum? non patientię remedium? nōne demū omnia que poſſis excogitare? Hic & perfecta reperitur theologia: uaticinium imprimis uēturi chriſti: futuri iudicii terror: reſurrectionis ſpęs: diſciplinę timor glorię promiſſio: myſteriorum reuelatio: omnia deniq; ut in magno comuniq; promptario in Pſalmorum libro condita reperiuntur. Quodq; obſeruatione dignum eſt qum multa ſint muſica inſtrumenta ad hoc pſalterium appellatum ſe propheta noſter adcomodauit: ubi plectrum non ut in cythara ſeu lyra ex inferiore parte percutiēdo deducitur ſed ſuperne pulſatū modulamina reddit ut plane nos edoceat non ſoni dulcedine illecti ad inferiora ſenſus ſed mentis altiora tendamus: ęque bene diſpoſitum animum hoc inſtrumēto facilius ad cœleſtium meditationem bonorum erigere poſſe notando. Nūc uero cantus initium uideamus. Pſalteriū quo modo percutitur.

BEATVS uir qui non abiit in conſilio impiorum. Architecti nāq; periti ędificiorum fundamenta ad rationem eius quam intendunt ſublimitatis deducēdęque adcomodant: Similiter nauim onerariam facturi inferiora prius concabulant robore ac magnitudine numero nautarum ac ponderi quod latura ſit pariter reſpondentia. Et natura in animali conſtituendo cor ante omnia gignit proportione reliquis futuris membris cōgruū atq; idoneū. Sic mihi breue hoc proemium ad uniuerſam pſalmorum materiam uim conuenientem habere uidetur. Quoniam itaq; multa & grauia: laborūq; plena: pietatis cultoribus in ſermonis proceſſu enuntiaturus erat finē ante omnia beatum conſtituit ut ſpe pręmii inuitati facilius illa ualeant tolerare ueluti per loca iniqua & ardua iter facientibus maximū eſt leuamen cuncta efferre neceſſaria: & mercatores cōmeatus amor ad magnū maris ſpatiū nauigandū audaces reddit: & agricolę ſudores: ſpes annui fructus conſolatur. Quapropter hic noſtre uitę magiſter abinitio laborū merce-

Quid eſt beatum

dem oſtendit in preſentes erumnas ſpernentes uiribus totis ad cœleſtiũ bonorũ
gaudia properemus. Beatus itaq; uir qui non abiit in cõſilio impiorũ. Eſt enim
aliquid proprie ac uere beatũ quod eſt deus: unde Paulus Chriſti reminiſcens
ait ſecundũ manifeſtationẽ beati dei & ſeruatoris noſtri Ieſu chriſti. Beatũ ergo
quod per ſe bonũ eſt: quod omnia reſpiciũt quod omnia cupiunt: Incõmutabi-
lis natura: dominica dignitas: trãquilla pax ppetua lętitia: circa quã nõ eſt aliena
tio neq; mutatio: fons ſcaturiens: caritas copioſa: incomſumptus eternuſq; ignis.
Stulti homines: & mũdi amatores ipſius boni naturã ignorãtes ſepe diuitias nul
lius dignas pretii beatas faciunt quarũ nullũ ipſa natura extimandũ bonũ: nõ ſo
lũ quod facilẽ habeant ad res cõtrarias cõuerſionẽ: ſed quod earũ poſſeſſores ni-
hilo meliores reddere ualeãt. Quis enim ob pecuniã iuſtus? quis ob corporis p/
ſperã ualitudinẽ prudens. Contra hec adſpicimus obutentibus male cedere: exi-
tioq; eſſe: Beatus ille q ea que ſunt uere pretioſa poſſidet: qui ue bonorũ perma-
nentiũ eſt particeps. Sed hunc quomodo cognoſcemus q nõ abiit in cõſilio im/
piorũ? Ego uero priuſq̃ hec uerba exponã id ſoluã dubiũ. Cur propheta uirum
tantũ beatũ hic faciat nam feminas ab hac beatitudine forte excludit? Nã una
uirtus uiri & femine quãdo par utriq; creatio homoq; ſimilis. Audi geneſim fiat
inquit deus homo ad imaginẽ dei fecit illũ maſculũ & feminã quoq; itaq; natu-
ra una horũ & actus idẽ: quorũ ſimile opus horũ & merces eadẽ: cur ergo uiri re
miniſcens mulierẽ tacuit? quoniã ſatis eſſe exiſtimauit quãdo eſt una utriq; natu
ra a precipuo ſexu ordiri. Beatus igitur uir q nõ abiit in cõſilio impiorũ. Cõſide
ra uerborũ uehementiã: quoniã modo quęlibet dictio myſteriis referta ſit. Non
dixit qui nõ abiit ſed qui nõ abiit in cõſilio impiorũ. Non enim ille qui in uita
eſt beatus ob exitũ incertũ: ſed qui quodcũq; opus abſoluerit: uitamq; fine certo
clauſerit: hic iam ſalutis ſecurus: beatus recte dici poterit. Cur itẽ beati immacula
ti qui ambulãt in lege domini. Non enim ibi dicitur qui ambulauerũt: quoniã
qui benefaciunt in ipſa laudantur actione qui uero nihil admittũt: ſi ſemel a ma
lo declinauerint: non propterea laudãdi: ſed qui omnino peccatũ omni tempore
uitare ualent. Exqua ſane ſermonis ſerie altera nobis oritur dubitatio: cur eũ qui
ex uirtute iuuat non dicit beatũ ſed qui nihil admiſerit qua ferme ratione equus
bos lapis beati poterunt appellari. Quod enim inanimatũ: eſt in uia peccatorũ?
aut quod rationis expers ſedit ſupra cathedrã peſtilentię? Paulo enim ultra ſi le/
geris medicinã inuenies infert ſed ĩ lege domini fuit uolũtas eius. Diuinę enim
legis meditatio ei tantũ qui particeps ratiõis cõuenit. Nos autẽ & illud dicimus
quod principiũ ad bonorũ receptionẽ: eſt a malis abſceſſio. Declina a malo ii. q̃
& fac bonũ. Palã igitur nos ad uirtutẽ introducere cupiens prius a fuga uitiorũ

initium fecit. Si enim ſtatim te ad ea que ſunt perfecta uocaret in ipſo forte exordio deſperaſſes. Nunc uero ad faciliora te inuitat: ut ad ea que ſecuntur poſtea promptior ac plane exercitatior exiſtas. Ego pietatis exercitationē ſcalę Iacob iuſſe recte comparauerim cuius pars terrā: pars uero cœlū attingebat. Ex quo eos admonere opus qui ad uirtutē ducendi ſunt ut primus admoueant gradibus ueſtigiū & inde paulatim adſcedendo progrediendoq́ ad cōprenſibilē humanę naturę altitudinē perueniāt. Quēadmodū uero in gradibus prima eſt aſcenſio ab humo receſſus ſic in exercitatione laudabilis operis diſceſſus amalo. Omnino autē in ratione uirtutis facilius longe ab interdicto abſtinere q̄ imperatū aliquod facere. Verbi gratia. Nō mechaberis nō occides nō furaberis. His omnibus otio tātū & inmobilitate eſt opus. Ama uero proximum ſicut te ipſum & uende oīa tua & da pauperibus exercitatā quandā & plane altiorē hec requirūt uirtutē. Exquo illius admirare ſapientiā qui nos ad perfecta per res faciliores & comprehenſu aptiores deducit. Tria enim nobis digna obſeruatione proponit. Non abeundū in conſilio impiorū. Non conſiſtendum in uia peccatorū. Non ſedēdū in cathedra peſtilentię. Rerū naturā ſecutus hūc dictis ordinē impoſuit. Primū enim cōſulimus. Deinde cōſilium firmamus. Poſtremo in his que conſuluimus pmanemus. Ante omnia in mēte noſtra beatū eſt ipſa puritas: quoniā cogitatio mētiſq́ conſiliū initiū eſt earū que in corpore fiunt actionū. Libido enim in corde hominis uoluptuarii primū genita: in corporis inde cōtaminationem exit. Exquo dominus ait intus ſunt que coinquinant homines. Quoniā autē impietas proprie dicitur in deū peccatū & infidelitas. Abſit ut de deo quicq̄ dubitemus. Hoc nāq́ abire foret in conſilio impiorū. Si autē corde tecū dixeris. Profecto deus eſt omnia gubernat atq́ regit pro cuiuſq́ meritis iudicat atq́ tribuit. Cur iuſti egeant: peccatores in copia ſint rerū: hi tenui ualitudine illi proſpera. Alii ignobiles nonnulli illuſtres nequaquam temere fieri & euentus aliquos ſine ratione putaueris Si hec probe noueris: proculdubio in cōſilio impiorū non abiiſti. Beatus itaq́ q in rerum adminiſtratione & euentu magno ſit animo & in his que a noſtris probata ſcriptaq́ ſunt magna conſtantia permanet: beatus & ille qui in uia peccatorum non ſtetit. Via enim uita dicitur p quam quilibet natus properat ad finem. Quēadmodū q in nauigiis dormiūt ſponte aucto in portū deducunt exquo nō ſentientes impulſe nauis curſu itineris finē cōtingunt: ſic & nos uite noſtre tempore pretereunte ueluti quodā motu continuo & irrequieto ad proprium quilibet terminū latenti uite noſtre curſu pperamus. Verbi gratia: dormis & tempus euolat: uigilas & mente aliquid agis: uita tamē ſenſum abſumitur. Omnes enim unū currimus curriculū ad propriā metam tendentes. Quāobrem omnes in uia

Qui proprie pii & impii

Via uita dē

ſumus in uia ſi fueris cuncta que oculis occurrunt:facile diſpicies cuncta pręteri
bis plantas herbas aquas animalia & quecunq; ſpectatione digna breui tempore
oblectatus relinques rurſus ſi in loca iniqua crepidines uales ſcopulos quandoq;
inferas & ſentes & alia duriora & aſpera incideris parumper adſpectu turbatus
paulopoſt deſeres.Talis item uita humana que nec delectabilia nec rurſus acerba
& triſtia diu retinet.Sed nec uia hec:tua eſt:neq; preſentia tua ſunt. In uiatoribus
primus ueſtigiũ mouit & ſtatũ poſt eũ alius:item alius inſequitur.Cõſidera parũ
per res humanas non ne ſimiles? Hodie terram coluiſti & cras alius colet:& poſt
eũ alius. Vides agros & domos ſumptuoſas quot nomina breui tempore muta-
uerũt:quot dominis ſeruierunt. Cur uia:noſtra non dicetur uita quę modo hũc
modo alium ſortitur continuo ſtatum? Beatus ergo qui in uia peccatorum non
ſtetit.Hoc autem nõ ſtetit:quid ſibi uult? In primis adhuc annis exiſtẽtes homi
nes nec in uitio ſumus nec in uirtute quod ętas ipſa habitus utriuſq; minime ſit
capax:poſtquam autem ratio ad perfectum uenit tũc fit quod ſcriptũ eſt: Adue-
niente mandato peccatũ reuixit:ego uero interii.Oriuntur enim prauę ex carnis
adfectibus cogitatiões animis noſtris infixe: uerum ubi mãdatũ uenit hoc eſt co
gnitio bonorũ ſi inferiori rationi non dominaris ſed in ſeruitutem redigeris:reui
xit quidẽ peccatũ mens uero ob delictũ interiit.Beatus igitur q non ſtetit hoc: eſt
diu non eſt immoratus in uia peccatorũ ſed ſuperiore ratione ad piã ſe recepit ex
ercitationem. Duę nãq; ſunt inter ſe contrarie uię una quidẽ lata & ampla: alte
ra anguſta & ardua.Totidem etiam duces quorũ uterq; ad ſe uiatorem adripere
conatur uia namq; illa facilis ducẽ habet decipientẽ dęmonẽ malũ qui per uolu
ptatem ſequẽtes ad perditionem trahit.Aſperę uero & anguſte angelus pręſidet
bonus qui p labores & uirtutẽ ad finẽ beatũ audentes deducit.Donec enim qui
libet puer eſt in hac uita uoluptatẽ perſequens nullã uitę futurę rationẽ aut curã
habet.Vir autẽ factus poſt cogitationẽ perfectã uitã in uitiũ & uirtutẽ deductã
recte cõſiderare & adcurate mentis oculos utrinq; uoluendo que ad amborum
ptinet proprietatẽ intueri poterit.Nã & peccatorũ uita oĩa dulcia:alioqn inania
pręſefert.At iuſtorũ ſola futurę uitę bona eſſe oſtẽdit & q̃to pulchriora mõſtrat
futura:tãto laborioſa preſentia prębet:uoluptaria nãq; & amena nõ alia expectat
ſed preſentem ſequitur iocũditatẽ. Hallucinatur enim omnis anima & cogitatio
ne menteq; claudicat:que utramq; in ſe cõparando non expendit.Hic carnis ob-
lectationem adſpiciet. Ibi diſciplinam:hic ſaturitatem. Ibi ieiunium:hic paraſi-
tos & ſcurras.Ibi lachrymas copioſas hic ſaltationem. Ibi preces ad deum ac
uota: hic tibias & muſicam. Ibi luctus:hic libidines & amores. Ibi uirginitatẽ,
Quoniam autem uere bonum ratione cogitationeq; tantum compręndi per fi-

dem poteſt procul eſt atq; remotum:quod oculus non uidit & auris nõ audiuit. Peccati uero oblectatio promptam habet & per omnis fluentem ſenſus uoluptatem. Beatus qui ab eius abſtinens illecebris ad exitium minime tendit ſed per patientiam ſalutis ſpem expectans in ambarum uiarum electione nõ ea ingreditur: que ad peiora contendit. Et in cathedra peſtilentię non ſedit: profecto non dicit cathedras in quibus noſtra requieſcunt corpora. Quę nam a ligno ad peccatum translatio ut acceptatore cathedram deprenſam fugiat? Magis autem cathedrã exiſtimare longam in uitio moram oportet: quod maxime nobis cauẽdum: quoniam in peccatis diuturnitas habitum quendam uix mobilẽ in animis conſtituit. Antiquus enim animi morbus & mali exercitatio longitudine obdurata uix remedium uel potius nullum repetiet: qum in naturam ut in pleriſq; uidemus ſepe conſuetudo uertatur. Precibus igitur ad deum opus ne malum attingamus: deinde ſi forte inciderimus ut tanquam ueneno aliquo percuſſi ſtatim remediũ queramus ſicuti a Salomone ſcriptum eſt de femina impudica. Ne oculos in eum ſi ſtas ſed dico auerte: minime cõmorãdo. Vidi ego quoſdam iuuenes in carnis adfectus facile ruentes & uſq; ad mortem in uitii conſuetudine durantes quemadmodum enim qui in ceno ſeſe obuoluũt continuo ſibi lutum augent. Sic hi feditatem ex uoluptate ſingulis diebus ſibi adcumulant. Beatus igitur imprimis q̃ peccatum omnino non nouit. Si autem per inimici inſidias impietatis conſiliũ inierit in peccato nequaquam ſtabit. Si poſtremo hoc ſuſtinere poterit ne ſaltẽ malo inſideat: nẽ in cathedra peſtilentię ſedeat. Sed quãdo intellexiſti cathedrã hic diuturnam in peccatis ſignificari moram: nunc uide quam dixerit peſtilentiã. Dicunt enim rerum huiuſcemodi periti peſtem ea eſſe natura ut ſi unius hominis uel iumenti corpus attingat ad proximos quoſq; ſtatim ſerpit ut uno contaminato mox ad alium uis morbi perueniat. Tales itaq; ſunt iniquitatis filii: alius alium inficit: inuicem egrotant ſimul etiam pereunt. An non uides libidinoſos homines quomodo in foro ſedentes ac eos qui ſobrie caſteq; degunt ſugillantes ſua ipſius opera uerecundie narrant ſtudia queq; tenebrarũ & ignominię dedecora ut res longe pulchras & facta fortia cõmemorãt? Hi demum peſtilentie uocãtur q̃ propriũ morbũ in oĩs trãſferẽdo ſibi ſimiles illos eſſe exoptãt ut p malorũ comunionẽ multorũq; ſotietatẽ: propriã diffugiãt infamiã. Nã neq; poſſibile peccatũ quod in uno fuerit: ad uicinos oĩs nõ trãſire ſi ſpiritus ac uetus iniqtatis eũ adcenderit. Fornicatiõis enim ſpũs nõ in uno tãtũ conſiſtit: ſed late in proximos graſſatur. Coeui ſtatim eodẽ comprendũtur morbo. Ganeę ebrietates ſcurilia uerba: amica inſuper ad epulas uocata huic adridet: illum irritat: ac prouocat ad libidinem: deniq; omnis ad idem incendit peccatum. Num parua hec peſtilẽtia?

Que ſit cathedra peſtilentię

Que ſit peſtilentia

Quid autem ſiquis auarum imitatur aut ambitioſum qui potentia quadam politica & honoris ſpetie fucatus populis imperet exercitus teneat: deinde turpiſſimis adfectibus contaminatus inueniatur. Non ne is peſtem animo ſuo accepit: alterius malum quod eſt imitatus proprium conſtituens? Res enim in uita magnę atq; inluſtres uitas clarorum hominum ad ſe reducunt atq; referunt: & milites plerumq; ducibus adſimilari ſolent: & in ciuitatibus populi eos imitantur q̃ potentia pollent. Et demum poſtquam unius morbus imitatione dignus multitudini exiſtimatus fuerit uere peſtilentia quędam animarum dicetur in uita dominari. Vite namq; ſplendor ac claritas multos ad eumulationem ſimilem eorũ qui proni ac lubrici ſunt ad peccandum trahit. Quoniã itaq; alius alium tabefacit recte animarum peſtilentię in terris dicantur. Ne igitur in cathedra peſtilentię ſedebis neu particeps hominum contaminatorum conſilii fueris: uel ſaltem in malis non diu manſeris conſiliis. Sed ego me uideo fratres adhuc circa pſalmorũ procemia uerſari & iam ſermonem modum excedentem ut impreſentiarum nec plura uobis percipiendi: neq; item mihi ob innatam uocis me deſtituentis debilitatem enarandi ſit facultas: ſi autem que cepi dicere de uitandis ante omnia malis deq; perfectione per bona opera conſequenda hoc ſermone non abſolui. At tamen hec pauca ueſtro auditorio nunc loco gratiarum reddentes pollicemur deo fauente reliqua nos breui tempore preſtaturos: modo infuturum uox mihi ſuppeditet Dominus autem det nobis obiter eorum que diximus mercedem: uobis uero eorum que audiuiſtis fructum exoptatum gratia Dei & Domini Noſtri Ieſu Chriſti cui gloria & imperium in eterna ſecula Amen.

IN PSALMVM SEPTIMVM DAVID QVEM CECINIT DOMINO PRO SERMONIBVS CHVSI FILII HIEMENEI.

DOmine deus meus in te ſperaui. Ea que in huius pſalmi titulo inſcribuntur cum hiſtoria regum ubi de Dauid narratur minime conuenire uidentur. Ibi eum Chuſi princeps ſotiorum Dauid filius uero Arachi memoratur. Hic autem filius Hiemenei. Eſt enim nec hic neq; aliquis alius filius Hiemenei ex his qui ibi apparent. Sed quoniam is Chuſi tranſfugam ſe ſimulando in partes Abſalonis: fidelem fortemq; Dauid amiciſſimo nauauit operam. Nam & Achitofel ducis peritiſſimi & audacis conſilium de inuadendo Dauid atq; irruptione facienda irritauit. Idcirco filius Hiemenei eſt hic appellatus ideſt filius dextre. Illũ enim conſulẽtẽ nullum tempus intermittendum: ſed imparatum ſtatim petendum admitti

Chuſi ſe trãſfugi ſimulauit.

Achitofel cõſilium.

non permiſit ut induceret inquit hiſtoria dominus in Abſalonem omnia mala. Conſilium itaq; ut rem differret eo dedit animo ut moras innecteret Dauidq; tempus colligendi exercitus tribueret. Ex quo receptus gratuſq; apud Abſalonē fuit dicentem. Bonum conſilium Chuſi filius Arachi longeq; melius conſilio Achitofel. Dauid amico interea per ſacerdotes Sadoch & Abiathar que agenda eſſent oſtendit: ac precepit ne in Araboth deſerto caſtra metaretur ſed ut tranſire maturaret. Quoniam itaq; ob bonum cōſilium dexter ac comodus eſt factus. Dauid ex officio & facti laudabili cognomentum accepit. Hac itaq; de cauſa filius Hiemenei hoc eſt filius dextre dicitur. Ipſa namq; ſcripture conſuetudo peiores a peccato magis cenſore q̃ a patribus ſolet. Meliores uero filios ex aliqua eis conueniente uirtute. Quamobrem diabolum apoſtolus perditionis filium appellat. Et in euangelio dominus nullus inquit periit niſi perditionis filius. Filios autem ſapientie eos uocat qui in dei cognitione ſunt occupati. Et ſi fuerit inquit ibi filius pacis. Non igitur mirum uideri debet ſi nunc eius tacendo patrem: dextrę filium Dauid potiſſimum ſotium nominet ex re geſta nomen ſibi uſurpans. DEVS deus meus ſaluum me fac. Profecto non talis eſt qui in homine ſperat uel alicui rei alii animi pendulus in uita confidit. Verbi gratia. Potentię diuitiis uel aliorum alicui quę apud multitudinem clara putantur dicere non ualeat. Domine deus meus in te ſperaui. Preceptum eſt enim nō oportere in principibus ſperare aut in filiis hominum in quibus non eſt ſalus. & rurſus maledictus homo qui confidit in homine: quemadmodum nec quicquam aliud preter deū colere oportet ſic nec in alio ſperare q̃ in deo omniū dño fas eſt. Spes mea inquit dauid & cantatio mea dominus. Sed quomodo primū ſeruari a perſequentibus: deinde liberari rogat? Puncti enim diſtinctio claram hic reddit orationem. Saluum me fac inquit ex omnibus perſequētibus me. Deinde ſequitur libera me ne quando rapiat ut leo animam meam. Que igitur differentia inter ſeruari & liberari? Seruantur proprie debiles: liberantur uero hi qui capti in cuſtodia retinentur: propterea is qui per ſe debilis & in ſe fidem accipit: propria fide ſeruari dicitur. Fides tua inquit dominus te ſaluam fecit: & rurſus fiat tibi ſicuti credidiſti. Qui uero liberari cupit pretiū aliunde pro ſe daturus expectat qui etiam morti propius eſt cognoſcens quemadmodum unus eſt ſeruator unus item liberator: ait In te ſperaui ſaluum me fac ex debilitate. Libera me item ex captiuitate. Exiſtimo enim quod generoſi dei athletę per omnem uitam cum inimicis inuiſibilibus continuo pugnantes poſtquam omnis eorum ſubterfugerint inſectationes prope uitę finem conſtituti: a mundi principe huius examinantur: ut ſi quidem ullo modo ab hoſtibus uulnera accepiſſe uel ſi quos

Seruari & liberari dra.

peccatorum receſſus retinere ſi demum integri & ſine uulneribus nihilq; admiſiſ
ſe reperiantur ut ſobrii & liberi apud dominum requiem inueniunt. Orat itaq;
de uita preſenti & futura ſerua me inquit hic a perſequẽtibus me: libera uero me
tempore reddende rationis. Ne quando rapiat ut leo animam meam. Et hec ex
ipſo domino diſcere potes dicente. Nunc princeps mundi huius eicietur foras
& ex me non habebit quicquam: ſed in eo nihil habere dicitur qui nihil unquã
admiſit. Homo autem ſatis habet ſi dicere audet. Venit princeps mundi huius
& in me non habet pauca. Periculum itaq; hec pati fuerit niſi nobiſcum liberan-
tem pariter & ſeruantem habeamus. Duobus autem propoſitis totidem ſequen-
tia reſpondent. Serua me ex multitudine perſequentium me & libera me: nequã
do rapiat animã meã ueluti redẽptore carẽtem. Domine deus meus ſi feci iſtud
ſi eſt iniquitas in manibus meis: ſi reddidi retribuentibus mihi mala: decidam ab
inimicis meis inanis. Perſequat inimicus animã meã. Mos eſt ſcripturę retribu-
tionis nomen nõ ſolum in premium aliquod boni & mali accipere: ſed in actio-
num principio ut Retribue ſeruo tuo pro tribue. Dare namq; initium beneficiẽ
di eſt. Reddere uero menſuram his que ſunt tributa equalem circunſcribere. Re
tributio autem alterum fere dandi principium ac bonorum ſeu malorũ in quoſ-
dam cumulus quidam ac periodus. Igitur ſic uelle dicere uidetur. Si reddidi re-
tribuentibus mihi mala: hoc eſt ſi reddidi Abſaloni filio me perſequenti ſimilia.
Decidã merito ab inimicis meis inanis. Inanis enim ab inimicis ille decidit que
ex gratię chriſti plenitudine excidit Perſequatur itaq; inimicus animam meam.
Comprendat & conculcet in terram uitam meam. Anima enim iuſti a corporis
adfectibus liberata uitam habet cum chriſto abſconditam in deo ut dicere cum
apoſtolo ualeat. Viuo autem non ego ſed uiuit in me chriſtus. Item quod nunc
uiuo in carne in fide uiuo. Peccatoris autem & eius qui ſecundum carnem ui-
uit anima & corporeis adfectibus inquinatur & in prauis cupiditatibus ut in lu
to quodam continuo uolutatur: quam conculcans inimicus magnopere com-
maculare & ueluti in puluerem redigere cõtendit. Conculcet in terram hoc eſt
corpus terrenum & in cinerem reuerſurum. Et gloriam meam in puluerem de-
ducat. Sanctorum enim uita qui cum ſuperis conuerſantur & ſibi theſauri ſem-
piterni bona theſaurizant gloria in cœlo eſt. Terrenorum uero & ſecundum iu-
ra carnis uiuentium gloria impuluerem reduci dicitur. Qui enim ex opibus flu
xis ac fragilibus ſe ſe gloriantur & hominum honorem breui tempore duraturũ
amplectitur. Is profecto in cœlum non adſpirabit ſed in puluere permanebit. Ex
ſurge domine in ira tua myſterium reſurrectionis iam propheta orat in peccati
corum condemnationem uel in cruce exaltationem que futura erat poſtquam

ultimũ terminũ:inimicorum uitium exaltatũ fuerit. Poteſt & talis inferri ſenſus.
Quando eleuatum fuerit uitiũ ac in ſummo precipitiq; ſteterit poteris tu quem
admodum bonus medicus regionis terminos preoccupans: ſiſtere morbum late
uagantẽ ac ſerpentem & eius cõtinentiam plagis tuę diſciplinę incidere ac prohi
bere. Et exurge domine deus meus in precepto quod mandaſti. Poteſt item hic
ſermo ad reſurrectionis myſteriũ referri. Nã propheta Iudicẽ exhortatur exurgat
in peccati omnis condemnationẽ & ad mandata perficienda que nobis pridem
conſtituit. Poteſt etiam recipi ad rerũ prophetę quę tunc contingebant conſtitu-
tionẽ & ita deũ erogat ut ad ultionẽ precepti quod mãdauit exſurgat. Preceptũ
autem erat hoc. Honora patrem tuum quod & auris abſalonis filii preterite ui-
debatur. Ideo rogat ut eum corrigat atq; caſtiget & exemplum tam impiũ ne to-
leret neu cunctetur: ſed exurgat in ira & exſurgens proprium ulciſcatur mãdatũ.
Non enim inquit tam ultionis libido q̃ pręcepti tui quod mandaſti reuerentia
me mouet. Et ſynagoga populorum circundabit te & propter hanc in altum re-
gredere. Pro circundante te ac uenerante ſynagoga quam poſſediſti per gratiam
deſcenſionis in carnem & legis noue ordinationem regredere in altũ glorie quã
habuiſti ante mundi conſtitutionẽ. Dominus iudicat populos. Multis in locis De iudicio
ſcripture ſermo de iudicio diffũditur ut neceſſarius & optatiſſimus in preceptio-
nem apud eos qui in Ieſum Chriſtum cedunt. Quoniam tamen uariis ſcribitur
modis confuſam fortaſſe mentem eorum qui non recte ac diligenter ea que ſũt
ſignificata percipiunt reddere poterit. Qui credit in me non iudicatur: qui non
credit iam iudicatus eſt. Si enim qui credit ſimilis eſt impio: quomodo in primo
dicitur pſalmo. Non reſurgunt impii in iudicio: & ſi credentes filii dei obſidem
facti ſũt ac propterea digni uitare iudicium. Quomodo deus ſtetit in ſynagoga
deorum. In medio autem deos deiudicat. Sed uidetur aliquando iudicare pro
probare in ſacris uoluminibus accipi: quandoq; uero pro condemnare. Quando
probatur ait iudica me domine & tenta me. Quãdo condemnetur: ſi nos ipſos
iudicaremus non utiq; iudicaremur. Si enim nos ipſos ac proprias conſcientias
perſcrutaremur: condemnationi non ſubiceremur. Rurſus dicit Iudicabit domi
nus omnem carnem: hoc eſt in exquitenda ratione eorum qui uixerunt ſeſe iudi
cem cuilibet oſtendet & ſua precepta peccatorum factis corã adducet oſtendens
quemadmodum in ſalutem iudicandorum ea mãducauerit. Vt qui peccauerũt
ueluti rei & obnoxii criminibus diuinũ ſuſtineant iudiciũ ac meritã eis illatã pe-
nã ſpõte proſpiciãt. Eſt & alia ſignificatio ex hac uoce iudicare: ut ait dominus.
Regina auſtri exſurget & cõdemnabit generationẽ hãc. Eos enim qui a diuina
& uerã doctrina quã familiarẽ habẽt ſe auertũt ac diſciplinã & ſapiẽtię dogmata

minime reſpiciūt comparabit atq; opponet alienigenis ac ſepoſitis ea recipienti-
De iudicio di bus. Ex quo grauiores daturos pœnas ſuper admiſſis illos dicit. Exiſtimo enim
cta pulcherri quod nō ſimiliter oēs iudicabuntur qui terreſtre hoc corpus accipiūt quod alius
ma alta in eodē crimine cauſa excuſabilior: ea item que nos circūſtāt grauāt leuātq;
ſepe. Fac ut aliquis ab initio in prauis moribus educatus ſuper libidine aliqua in
quā inciderit ſit iudicandus. Is a parentibus impuris in omni intemperantia nu-
tritus in ebrietatibus ganeis turpi colloquio fuit. Alius uero multa ſecum habe-
bit ad bene beateq; uiuendū prouocantia nutritionē: precepta: doctrinam: acroa
mata ſancta: lectiones ſalutares: parentum exemplū: admonitiones: monſtratiōes
ad grauitatē modeſtiāq; deducentes. Preterea uiuendi formulā adcuratā. Deinde
in idē ac alter incident peccatū Redditurus ad poſtremū factorū rationē quoni
am modo non maiores longeq; ille pœnas merito dare oportere exiſtimabitur?
Hic enim tantum in ſolis occaſionibus ſalutaribus per cogitationē amiſſis ut
oblatis in mente adeo non eſt uſus ſalubriter. Alter uero preter hec etiam quum
magnū ad ſalutē adiumentū habuerit propter intemperātiam ac breuiſſimi tem
poris negligentiā & incuriam ſeſe prodidit. Similiter autem & is qui in lege do
mini natus eſt & inter eos qui deū colunt ac uenerantur ac omnia pietatis officia
obeunt continuo uerſatur: nō eandem habebit ad Idolatriam excuſationē ac ille
qui ex profanis & infidelibus natus parentibus ab initio Idolis & imaginibus co
lendis eſt adſuetus. Dominus iudicat populos: aliter Iudeum & aliter ſcytham.
Hic enim in lege requieſcat & in deo gloriatur & meliora probat: edoctus legē
& comunibus ſententiis ſemp auſcultans prophetarū inſtructus litteris ſi contra
ius faſq; fecerit aut iuſtitia exciderit longe deteſtabilior & grauioribus erit obno-
xius peccatis. Scythe autē nomades agreſtibus & inhumanis educati moribus ra-
pinis ac predis inter ſe adſueti. Ire tantū nulla tēperātia indulgentes: lites deniq;
oēs nō ciuiliter ſed ferro dirimere prompti & cōtentiones p ſanguinem ſoluere
edocti ſiquid forte inter ſe humanitatis aut bonitatis comunicauerint: nobis ob
propriam uirtutis & legis inſtitutionē ſiquid forte defecerimus longe grauiorē
preparāt mulctam. Iudica me domine ſecundū iuſtitiā meā: & ſecundū innocen
tiam meā ſuper me. Videbitur hic ſermo aliquid forte iactabundū & glorioſum
& ſimile aliquid illius orationi phariſei ſeſe extollentis. Diligenter attamen in-
tuenti propheta noſter ab hoc uitio procul omnino eſſe iudicabitur. Iudica me
De iuſtitia domine inquit ſecūdū iuſtitiā meā. Diuerſa eſt quidem de iuſtitia ratio. Iuſtitie
termini comprenſu difficiles. Eſt enim quedā angelorū iuſtitia que humanam ſu
perat: ſed & rurſus illorū uirtus proportionabilē habet eorū magnitudini ordiniq;
preſtantiā. Poſtremo ipſius dei iuſtitia omnē excedit mentē omni genite nature

incõmutabilis atq; inenarrabilis. Me igitur iudica domine ſecundũ iuſtitiam me
hoc eſt hominibus tantũ comprenſibilẽ. Et ſecundum innocentiam meam ſup
me. Sic enim maxime uidetur multum quidem a phariſei adrogantia diſtare. In/
nocentiam enim ſuam nominet ſimplicitatem in experientiaq; ac ignorationẽ
corum que neceſſaria ſunt cognitu. Sicut in prouerbiis dicitur Innocens omni
uerbo credit. Quoniam itaq; nos homines in plurimis ob inconſiderantiã in ex
perientiam erramus. Deum rogat ſuper innocẽtia ueniã. Ex hoc enim palam eſt
quod ea que dicta ſunt humilitatem prophetę magiſq̃ ſuperbiam preleferre ui/
dentur. Iudica me inquit ſecundum iuſtitiam meam & ſecundum innocentiam
in me exiſtentem ideſt ſecũdũ iuſtitiam humanę fragilitatis & ſecundũ morum
meorũ ſimplicitatẽ. Scio non me uerſatilem neq; in mundi negotiis circũſpectũ:
ſic me peccantem pro portione meę & fragilitatis & ignorantię iudica. Cõſume/
tur nequitia peccatorũ. His uerbis uerum ſe pręcepti euangelici diſcipulũ oſtẽdit
Orat enim pro perſequentibus eũ & ita orat ut fine quodã eorũ terminetur iniq
tas. Quemadmodum ſiquis oraret pro his qui ex corpore laborant dicat conſu/
metur laborantium morbus nec ulterius ueluti carcinoma quoddam ſerpat ini/
quitas. Rogat itaq; ut a peccato aduerſarius deſiſtat: ac illi modum imponat: hoc
modo inimicos diligens ac benigne facere his qui eum oderunt cupiens Abia/
loni uidelicet & eum fouentibus. Et dirigens iuſtũ. Rectus iuſtus nominatur &
rectus corde qui benefacit. Quid igitur uult orando propheta? Orat ne eũ qui
iam rectus eſt dirigi? Nihil dicet aliquis obliquũ aut obtortum ſeu tranſuerſum
in recto erit Sed profecto neceſſaria hec pro iuſto petitio. Vt rectum eius mẽtis
propoſitũ ex deo manuductũ atq; directũ ne prę fragilitate quandoq; labet neq;
ab inimico ueritatis in dogmatis ob tortis ledatur: qũ nequaquã in rectitudine
animi diu preſeuerare niſi adeo dirigatur poſſit. Scrutans corda & renes deus ſcri
ptura multis in locis cor pro mente. Renes uero pro parte animi concupiſcibili
accipere ſolet. Hic utrũq; deus ſcrutatur. Iudica inquit me in preceptis ſuper pie/
tate que ego ſequi ſtudeo. Inſuper in malis adfectibus ac perturbationibus animi
Tu namq; corda & renes perſcrutaris: Scrutatio proprie qum omnibus ueſtiga/
tionibus & argumentis inquiſitio queſtioq; de rebus occultis a iudicibus habet:
ut qui earum ſunt conſcii multis coacti tormentis in apertum cõſtituant. Apud
iudicem enim uerum qui minime decipi aut falli poteſt noſtrarum cogitationũ
omnium ſimul & actionũ ad poſtremum queſtio habebitur. Nemo itaq; eum
iudicio preueniat: non ante tempus iudicet donec ueniat ipſe qui illuminabit ab
ſcondit tenebrarum & manifeſtabit conſilia cordium. Dum deus corda & renes
ſcrutatur ſuã oſtendit iuſtitiam. Scrutans eſt cor Abraam ſi deum ex tota anima

Innocentia quomodo intelligitur

Recti corde qui ſi

Corda & re/nes que ſunt.

Quomodo deus corda & renes ſcruta/tur.

& ex toto corde diligeret:quando Iſaac filiũ iuſſit in holocauſtũ offerre:ut plene
oſtẽderet quemadmodum filiũ ſupra deũ nõ amabat.Scrutatus eſt & Iacob fra-
tris inſidias paſſum ut appareret in tantis Eſau peccatis nihilo peior fuiſſe frater
Horũ itaq̧ cor da ſcrutatione quadã & laborũ exercitatione ſunt examinata.Re
nes uero Ioſeph ſcrutatus eſt quãdo impudicę & inſanę reginę libidini turpiſſi-
meq̧ uoluptati uirtutẽ ille continentię prętulit ut plane omnes conſpicerent iu-
re illi honorẽ maximũ exhibitũ qum in maximis probationibus eius grauitas &
modeſtia claruiſſet.Auxiliũ meũ adeo proprie inbellis hi qui eruptionẽ inimico
rum ſuſtinent auxiliũ querũt.Hic uero inuiſibiles propheta ſentiens inimicos &
inſtans ei periculũ ex inimicis eum petẽtibus animaduertẽs ait.Auxiliũ meum a
domino non ex diuitiis nõ ex rebus fragilibus non ex fortitudine aut potentia
mea ſed ex domino.Quale autẽ mittat auxiliũ timentibus eum deus alibi a pſal-
mo didicimus.Imittet angelus domini in circuitu timentibus eum & liberabit
eos & rurſus.Angelus domini eruit me eius q ſaluos facit rectos corde Rectos
De corde re-cto. corde.Rectus corde is eſt qui animũ retinet utrinq̧ parã ut nec in rebus excedat
neq̧ rurſus deficiat:ſed in medio uirtutis conſiſtat.Qui.n.in fortitudine defici-
et in timiditatem ruet.Si uero exceſſerit:in audaciã.Quãobrẽ huiuſcemodi ho-
mines ſcriptura obliquos & obtortos nominat.Is enim qui a uirtutis medio ad
exceſſum ſeu defectum tendat:uelut obliqua linea fuerit nunc in curuũ.Nunc
in conuexũ deducta.Sic item cor obliqum nunc per iactantiam adrogantiamq̧
elatũ:nunc per calamitates & dolores deiectũ.Ideo Eccleſiaſtes ait obliqum non
dirigetur.Deus iuſtus iudex fortis & patiens non iraſcetur per ſingulos dies.Hoc
uidetur eis propheta inferre qui in rerum euentibus turbantur.Eos itaq̧ his uer
bis adſpem adhortatur neu diffidant diuinę prouidentię uidentes inultum pa-
trem ex filii iniuria & inſectatione ac Abſalonis furorem cottidie conualeſcentẽ
eorum occurrens cogitationibus:ac diuini iudicii ueritatem adfirmans ait.Deus
iuſtus iudex fortis & patiens nõ iraſcitur per ſingulos dies.Non enim facta ho-
minũ ignorat ſed cuilibet pro meritorũ portione reddet que probe expendit ac
numerat.Quoniã igitur peccatũ ego admiſi ex eo meritã recipio mercedẽ.Noli-
te itaq̧ loqui aduerſum deũ in iuſtitiã.Deus enim iuſtus iudex:neq̧ tam humi-
lia de deo cogitate ut exiſtimetis ipſum adultionem dormire:aut lãgueſcere. Nã
fortis & potens eſt.Que ergo cauſa quod non ſtatim peccãtibus pœnã infligit?
quoniã patiens eſt.Non iraſcitur per ſingulos dies.Niſi conuerſi eritis gladiũ ſu
um uibrabit.Minatorius ſermo ad conuerſionẽ inducẽs tardos in penitẽtia. Nã
ſtatim uulnera plagas mortes infligit ſed armorũ uibrationẽ ueluti pręparationẽ
quandã ad pugnã intentat.Quemadmodũ enim qui arma abſtergunt ac poliũt

pugnę apparatũ p hoc ſatis oſtendunt.Sic & ſermo hic dei motũ ad ultionẽ oſtẽ
dere uolens gladiũ ſuũ dixit uibrare. Arcũ tetendit. Nõ aliquis neruus arcũ dei
tendit:ſed potẽtia quandoq; intenſa interdũ uero remiſſa. Peccati itaq; minatur
ſermo:quẽadmodũ euadere pœnã non licebit ſi a peccato nõ deſiſtat. Parata ſũt
enim in arcu uaſa mortis:uaſa namq; mortis. Potentię ſunt inuiſibiles inimicorũ
dei ſagittas ipſius ardẽtibus effecit:ueluti ignẽ dominus nõ adamãti qui non ab
ſumitur ſed ardenti materię ligniſq; creauit. Sic & ſagittas in animas que multũ
aride materię & ad cremãdũ apte retinẽt fecit ac direxit. Illi itaq; qui ignitas dia-
boli ſagittas in ſe recipiunt atq; habent Hi ſunt demũ q dei ſagittas excipiunt.
Ideo dicit ſagittas ipſius iam ardentibus. Ardẽt.n.in anima laſciui amores. Opũ
cõcupiſcentie eſtuantes irę:urentes curę:timores a deo alieni. Ille uero qui expers
ſagittarũ huiuſcemodi eſt & dei armaturã indutus:a lętiferis telis profecto liber
remanebit. Ecce parturit in iuſtitiã cõcepit dolorẽ & peperit iniquitatẽ. Aliquan
tulũ ad cõſtructionẽ ſe cõfuſe dictio habere uidetur. Quoniã pregnãtes primum
cõcipiunt deindẽ parturiunt poſtremo pariũt. Hic uero primũ parturire: deinde
concipere. Cordis cõceptũ deinde in lucẽ exiens explicat. Irrationales.n.hominũ
incontinentiũ impetus & inſanę ac inceptę cõcupiſcentię:dolores ob acerbitatem
eſtumq; quẽ in anima pariũt dicti ſũt. His itaq; prauis cupiditatibus qcunq; nõ
dominatur:in corde dolorẽ & uitiũ cõcepit. Per iniquas deinde actiones peperit
iniquitatẽ. Videtur.n.hec dicere quodãmodo erubeſcẽs pater iniqui filii appella
ri. Nõ meus inqt filius Abſalon ſed diaboli per peccatũ ſe fecit. Ideo Ioannes in
euãgelio. Quicũq; facit peccatũ ſeruus eſt peccati. Ergo parturiit ipſum per iniu
ſtitiã diabolus & cõcepit ipſum hoc eſt impenitiſſimis uiſceribus per propriũ ad
fectũ tulit. Poſtremo peperit palã ipſius iniqtatẽ ad effectũ prodens. Nã oibus q De lacu &
dẽ Abſalonis aduerſus patrẽ inſectatio manifeſta fuit. Lacũ aperuit & effodit eũ Puteo.
Lacus nomẽ apud ſcripturã in malã partẽ plerũq; repitur ſicuti & puteus in bo- Lacus hic idẽ
nam. Lacus.n.eſt in quẽ Ioſeph deiectus a fratribus fuit & in pſalmis. Deputatus fere quod ci
ſum cũ deſcẽdentibus in lacũ & in Hieremia. Me fontẽ aquę uiuę reliquerunt ſterna.
& effoderũt ſibi lacus per tuſos qui nõ poterũt aquã cõtinere & in Daniele lacus
leonũ ſcribitur in quẽ cõiectus eſt Daniel Puteum autẽ effoderũt Abraam & fi
lii Iſaac & ad puteum exiens requieuit Moſes. Et mãdatũ a Salomone accepi-
mus. Aquã potare e uaſibus noſtris & ex fonte puteorũ noſtrorũ. Deniq; ſerua-
tor noſter apud puteũ cũ Samaritana de diuinis myſteriis eſt locutus: Cauſã ue-
ro quod lacus ad peiora. Puteus uero ad meliora uſurpatur hãc eſſe exiſtimamus
quod aqua in lacu acquiſititia qudammodo cadẽſq; e cœlo eſt. In puteis uero
Aquarũ uene per uię ſunt factę priuſq̃ loca effodiantur. Apparẽt autem recluſis

terre uiſceribus occultis. Et in anima quoq; uena eſt occulta cogitationū inquā de rebus pulchris ſcientiā meditationēq; naturaliter cadētē ſecū aliquis tegit atq; abſcondit: hoc eſt ad malignitatē propriā & ea que ſunt ueritati cōtraria uertit nihil omnino curās habere pulchrū. At cōtra ſi occultis amputatis uitiis obſtructas ſalientis aquę uias patefecerit. Fons apparebit atq; lux in ſermone: & preceptis potabilibus. Idcirco cuilibet ſibi puteū effudere neceſſariū ut mādatū ſupradictū cōſeruet: Bibe aquā ex tuis uaſibus & efonte puteorū tuorū. Sic itaq; nos filii cenſebimur effodientiū puteos Abraam & Iſaac & Iacob. Lacus minime faciendus ne in effoſſionē incidamus: quēadmodum hic dicitur. Ne ue audiamus ea que a Hieremia ſcripta ſunt in peccatorū probrum ac uituperationē: deo de ipſis dicente quorū pauloante meminimus. Me fontem aquę uiuę reliquerunt: & lacus pertuſos ſibi effoderūt qui aquas continere non potuerunt.

IN PSALMVM XIIII. DOMINE QVIS HABITABIT IN TABERNACVLO TVO.

Sermone hoc uolēs propheta eum qui beatitudinē eſt adſecuturus pfectum reddere: ordine quodā & uia meditationū ſuarū utitur & ab his q̄ prima & magis attendenda uidentur principiū orditur. Domine qs incolet tabernaculū tuum. Incolatus.n. diuerſorū eſt ad breue tempus nō ſtabilem habens uitā ſed fluxam: ſpem ad meliora migrandi oſtendens. Sācti enim uiri eſt Hanc uitā more hoſpitis trāſire: ac ad alterā properare. Ideo Dauid de ipſa loquitur. Incola ego ſum in terre & peregrinus ſicut oēs patres mei. Incola item fuit Abraam qui ne terre quidē ueſtigiū proprie poſſedit ſed ubi opus ei ſepulchro fuit id argēto mercatus eſt. Exquo ſane ſermo demonſtrat quemadmodū in carne uiuentē incolā eſſe oportet: migrātēq; ex hac uita in locis propriis requieſcere: quoniā in hac uita incolit ut alienus. Terram uero corpus in ſepulchro recipiētē domū ſibi cōſtituit. Beatus profecto q his que in terra ſunt. nō ut propriis utitur neq; hic morā ut in patria cōſtituit: quin potius rerū meliorū ſublimitatem reſpiciens ut proſcriptionis loco hac uita grauatur: atq; ita eā incolit ut a iudicibus quibuſdam ob crimen aliquod ex propria terra in alienā expulſus. Rarus q preſentibus nō ut propriis uacet: diuitiarū uſum fluxū atq; fragilē ſciat: corpus ualitudinē proſperā breui tempore duraturā: poſtremo humanę glorię felicitatē minime firmā ac ſtabilē eſſe conoſcat. Quis ergo incolet tabernaculū tuū. Tabernaculū dei hominis caro dicitur ad anime habitationem adeo data. Quis carni huic ut alienę attēderit quēadmodū incola qui alienę inquilinus eſt domus: ad domini

[Margin notes:]

παροικήσει παροικία Grecę incolet tabernaculū dn̄

Tabernaculū dei corpus humanum

arbitriũ eam colit atq; exercet. Ita & nobis carnis diligentia traditur ut cõgrue eã exercẽtes fructũ ex ea bonũ preberi reddamus. Si enim deo digna fuerit caro: dei tabernaculũ fiet: quemadmodũ ipſe in ſanctis habitat. Talis enim eſt qui tuum tabernaculum incolet. Deinde ad perfectus procedẽs ait. Aut quis reſquieſcet in monte ſancto tuo. Iudeus quidẽ ut qui terreſtria ſapit: quãdo montes audit ad Sion ſtatum recurrit. Quis requieſcet in monte ſancto tuo. Ille qui carnem incolet In monte ſancto tuo requieſcet. Mons ille locũ cœleſtem inluſtrem atq; clarũ ſignificat: de quo Apoſtolus ait. Ad propinquaſtis ad montẽ Sion ciuitatẽ dei uiuentis. Hieruſalẽ cœleſtẽ in qua feſtũ ac celebritas angelorũ eccleſię primogenitorũ deſcriptorum in cœlis exiſtit. Poſtquam pertranſiit hãc carnẽ aliquis ut alienã incolens non ut propriam preperans. Is tandẽ quod propria membra caſtigauerit ac rationi obtemperantia reddiderit ſupraq; terram ſanctitatẽ cuſtodierit dignus eſt in monte ſancto requieſcere: quem pſalmiſta exoptans alibi ait. Pertranſibo in locum tabernaculi admirabilis & rurſus. Quam dilecta tabernacula tua domine uirtutũ. Quis igitur hec fecerit que in hoc pſalmo deſcribũtur. Inſup & amicos de Mammona iniquitatis ſibi preparauit ut ait dominus in hoc monte & in eternas eius tabernaculis recipietur. De hac cõmemoratione Dominus etiam ait. Pater ſancte da ut ubi ego ſum & illi ſint. Rarus profecto rarus qui in corpore ſit incola & qui in monte requieſcere mereatur: Propterea ut dubitãs ait Quis incolet & quis requieſcet? Quẽadmodũ illud. Quis nouit ſenſũ domini. Item illud. Quis anunciabit uobis mare ſempiternum? Rurſus illud. Quiſnam fidelis & prudens diſpenſator? Interrogatoriũ eſt illud quis reſpõſum a domino exquirentis: cui dominus ſoluens dubiũ ait. Ambulans immaculatus & faciens iuſtitiã. Si enim immaculatus eſt & nulli bonorũ deficiens ab omniq; uitio procul: quid queſo ab eo differt qui facit iuſtitiã? profecto eũdẽ ſenſum duplicibus uerbis uidetur enuntiare: ſed propriã quandã ſententiã utrunq; dictum continet ut ſit immaculatus ſecundũ interiorẽ hominẽ in omni uirtutis genere: perfecte preparatus atq; inſtructus. Faciens autẽ iuſtitiã q ea q̃ circa corporis agibilia uerſãtur recte abſoluerit. Oportet itaq; nõ ſolũ ea q̃ ſũt recta iuſtaq; facere: ſed etiã iuſto rectoq; aĩo facere ſecundũ illud rem iuſtã iuſte proſequere. Hoc eſt cũ ratiõe rẽ iuſtã abſolue: uerbi gr̃a. Idiota aliq̃ p̃parat medicinã aut curã q̃ opẽ feret egrotãti nõ tñ talis ut medicus qũ arte careat q̃ geſtũ ab eo minime cõſeq̃tur. Ambulãs itaq; immaculatus: mẽte pfectus erit. Faciẽs autẽ iuſtitiã is eſt q ſecũdũ apoſtoli uocẽ itrepidus eſt dñi opatius. Attẽde dictiõis uim. Nõ dixit q ambulauit ſed q ambulat. Nõ. n. q fecit iuſtitiã ſed q facit. Nec unus actus pfecit ſtudioſum ſed in oi uita uirtutes opus p̃ſtare oportet. Qui loq̃tur ueritatem in corde ſuo &

non egit dolũ in lingua ſua Rurſus hec ſimilitudinē quandam & ſocietatē inter ſe habere uidentur.Loqui.n.ueritatē in corde & nō agere dolum in lingua ſua eā dem fere expoſitionē habent quā ea que ſupra narrauimus. Quēadmodũ enim ibi operari iuſtitiā interioris hominis perfectionē & in rebus agendis prudentiā ſignificari oſtendimus.Sic in hoc loco quoniā id quod loquimur ex cordis abũ dantia ut dicitur loquimur uelut ex fonte affectus intrinſeco fluentibus uerbis prius dixit.In corde ueritatem deinde in uerbo ſimplicitatē per linguā ſignifica/ uit.Duo autem notantia ueritatē inuenimus unũ quidē earum rerum compren ſionem quę beatā omnino uitam ſpectant. Alterum circa ea que in uita uerſanť agenda prudentiā ac ſanũ iudicium.Illā enim ueritatem ſalutis adiutricē in cor/ de exiſtentē hominis perfecti oportet ſine dolo in omnibus proximo exhibere. In uite autem negotiis ſi forſan ſtudioſus ueritate exciderit his que hic dicuntur atq: promittuntur non erit impedimēto.Quot enim ſtadia terre uel maris:quot ue in cœlo aſtra mouentur & quantum alterum alteri celeritate pręſtet. In his ſimilibus ueritatē ignorare nihil ꝑfecto ad beatitudinē a deo promiſſam conſe/ quendā faciet.Forſan & pſalmus hic tale aliquid uidetur adducere. Quod ea q̄ de ueritate ſunt hoc eſt myſtica loqui cōuenit non cũ quolibet ſed cũ proximo hoc eſt cũ his qui myſteriis ſeu ſacramentis ſe communicauerint. Si enim ueritas eſt deus noſter impreſſam & quodāmodo ſignatā hanc in corde ueritatē retine/ mus & de qua loquētes euangeliũ predicādo proximũ noſtrum minime decipi/ mus.Qui dolũ nō egit in lingua ſua ſepenumero inimicus dei dolus apud ſcri/ pturā taxatur.Exterminabit inquit deus omnia labia doloſa. Itē dolus in corde operantiũ mala.Omne nāq; melius in prioris cōmixtione dolũ cōtinere & ad/ ulterari dicit̃.Vt uinũ dolũ ſuſtinet dum eo peius admiſcetur uel aqua illi ad/ datur.Itē aurũ detrimētum ſuſtinet ac dolũ dum cum argento & ęre coit. Sic & ueritas dolum patit̃ ac dānum facit qñ ſuis uerbis falſa & deteriora cōnexa ſen tit.Nec fecit ꝓximo ſuo malũ.Quē pſalmus hic ꝓximum appellet nemo dubi/ tat eoꝝ q audiuerunt euāgelium interrogātis.Quis nā eſt meus ꝓximus. Cui dñs dixit parabolā illius q deſcendit ab Hieruſalē in Hierico quē & interroga/ uit qs hoꝝ tibi uidetur fuiſſe ꝓximus & ille qui fecit inquit miſericordiā cum il lo.Docuit.n.p hec oēm hominē putari ꝓximum.Hoc.n.mandatum obſeruatu difficile multamq; requirit diligentiam.Opus namq; nec minimo quidem pro/ ximo quicquam nocere:non cum uerbo ledere:non ab eo que non conueniunt auferre:non malum aliquod optare.Non deniq; rebus eius letis omnino inui/ dere.Et opprobrium non accepit aduerſus ꝓximos ſuos.Dubia dictio utrũ ipſe nō fecerit aliqua recipiēdi opprobrium a ꝓximo ſuo & hac de cauſa non accepit

Mandatũ de proximo nō ledendo quā difficile

ab ipſo opprobriũ uel potius nullũ proximorũ ipſe uituperauerit eorum qui ca/ſibus humanis ſunt exagitati:uel corporis orbitatibus uel alis quibuſdã que ſepe in uita eueniũt calamitatibus. Neq; itẽ peccantẽ probris inſectandum ut eſt ſcri/ptum. Ne impropera hominẽ ſeſe a peccato conuertentẽ. Nũquã enim ad delinquentiũ utilitatẽ opprobriũ ſumitur quod ſatis oſtendit. Paulus ad Timotheum diſcipulũ ſuũ Argue:increpa:obſecra inquit: Nequaq̃ tamen ad contumelias & opprobria ueniendũ precepit. Caſtigatio enim & increpatio peccatoris correctio/nem ſpectare uidentur. Opprobriũ uero & contumelia potius uerecũdiã & adflictionẽ. Paupertatẽ namq; & ignobilitatẽ & ignorantiã & corporis imbecillitatẽ probro dari omnino homini ſtudioſo ac uirtutẽ ſectanti fugiendum. Que enim nobis inuitis eueniunt hec omnino cogentia ſunt ex quo mala minime uoluntaria miſericordia magiſq̃ exprobratione aut conuitiis indigent. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus:timentes autem dominũ glorificabit. Magni profecto ingenii magniq; propoſiti & in nullo rerũ humanarũ uſu errantis:denique illius qui ad ſummũ habitũ iuſtitię peruenerit eſt: Ius ſuũ unicuiq; pro digni/tate diſtribuere. Iniquos inſuper ad nihilũ deducere nihilipendere:quamuis magna obtineant imperia:opibus adfluant pluribus generis polleant nobilitate: aut alio timeãt faſtu modo ſola iniquitas in eis conſpiciatur digni ſunt ut ad nihilũ deducantur hoc eſt ut nullo habeantur inpretio. Contra uero. Timẽtes dominũ & ſi pauperes ſunt & ignobiles & idiote ſermone:corpore debiles:gloria extollere beatoſq; exiſtimare fas erit:quum tales edocti inſtructiq; a ſpiritu exiſtãt. Beati pſalmiſta inquit q timent dominũ. Eiuſdẽ namq; bene inſtitutę mentis fuerit & agẽtem iniqua quamq̃ clarũ ac potentẽ nihilipendere:& timentẽ deũ q̃uis tenuẽ ac pauperẽ nec quicq̃ externorũ poſſidentẽ glorificare. Qui iurat & proximo ſuo non decipit. Hic iuramentũ homini profecto quandoq; cõcedere uidetur: quod in euãgelio omnino prohibetur. Ego uero dico uobis nõ iurare omnino. Quid igitur dicemus? Quod ubiq; dominus tam in ueteri quam in noua lege eandem habet preceptionis conſiderationem. Cupiens enim peccatorum effecti/bus occurrere: ac diligentia preuenire & a primis initiis iniquitatem extingue/re: ut quidem uetus lex ait non Mœchaberis. Dominus uero non concupiſces. Illa item non occides. Dominus perfectiora inſtituens non iraſcaris. Sic itaq; in hoc loco propheta quidem iuramento uidetur adſentiri. Dominus uero omnem periurii occaſionem auferre ac iurantium periculis ocurrere uolens Iuramentum omnino tollit. Nominat item iuramentũ multis in locis immutabilẽ firmãq; rei ac propoſiti cuiuſlibet conſtantiam:ut eſt illud Iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtificationis tuę. Item iurabit dominus & non penitebit eum.

Non ſunt probro danda q̃ noſtre pote/ſtatis non exiſtunt.

Non quod deum ad teſtamentum dictorum fidemq; dubietati faciendam ad duxerit ſed quoniam immutabili ac firmo dogmate gratiã profeſſionis Dauid confirmauit. Sic & hic dixiſſe potuit hoc eſt. Qui iurat & proximum nõ decipit: ut cũ ſeruatoris dicto conueniat: ſit ſermo uidetur eſt eſt: non non. De rebus exiſtentibus adfirmare poteris & adnuere. De non exiſtẽtibus uero & ſi omnes homines adhortarentur nunq̃ ullo pacto inducaris ut cõtra ueritatis naturam adfirmes. Non facta eſt res: negatio ſequatur facta eſt: uerbo adfirmetur. Qui uero ſic adfirmãti minime crediderit: ipſe uiderit: damnũ ſentiat incredulitatis. Turpe quidem & omnino ſtultum ſeſe ut fide indignũ accuſare: & ad iuramenti ſecuritatem confugere ac referri. Sunt autem quidam ſermones iuramẽtorum figuras habentes non iuramenta omnino exiſtentia ſed remedia potius perſuadendi: ut Ioſeph Aegyptiũ familiarẽ ſibi reddere cupiens per ſanitatem iurauit Pharaoni Et apoſtolus caritatem ſuam erga corinthios oſtendere uolens ait per gloriã ueſtri quã habeo in Chriſto Ieſu domino noſtro. Non enim ab euangelica doctrina diſceſſit is qui per tẽ ante omnia cariſſimã uero ſimpliciter fidã facit. Qui pecuniã ſuam non dedit ad uſurã. Ad comunionẽ & mutuã caritatẽ quod eſt naturę proprium nos propheta inuitat. Homo enim animal politicũ & ad cõueniendũ una in ſotietatem natus: comunicatiõe opeq; mutua ſemp indiget. Quod item dominus precipere uidetur. Omni petenti te tribue. Vult te omnino erga petentes obfraternam caritatem eſſe facilem & animo ac ratione rogantis neceſſitatem perpendere. Quomodo autem hec recte perpendi queat: in actibus apoſtolorũ didicimus. Vt ab his inſtruamur qui adpoſite pietatis officiũ abſoluũt. Qui enim inquit poſſeſſiones uel domos habebant uẽdentes earũ pretia ad pedes apoſtolorũ ponebant: proq; cuiuſq; neceſſitate diſtribuebantur. Quoniam uero ſepe numero pręter neceſſariũ uſum res poſſeſſa occaſionem mercaturę materiamq; delitiarũ luxurioſis ac prodigis tribuebat neceſſario ab his qui probe pauperum incomoda ſunt edocti: facta eſt ęqua facultatum diſtributio ut inde diligenter omnium uſibus ſubueniretur. Queadmodum in morbo aliquo conſtitutis uini uſus ſepe inutilis eſt quantum ue aut qualiter quo ue tempore ſit eis bibendum non facile eſt omnibus noſſe: Idcirco medico: huic opus erit officio. Sic & circa neceſſariorũ curã diſpẽſatio nõ oĩbus utiliter tractari poterit. Multi.n. miſerabilia membra ſibi ſponte cõponunt ad multorũ deceptionem: unde & orbitates corporis ac ulcera mercaturę cuiuſdam materiam & occaſionem prębent. Ex quo talibus ampla diſtributio non admodũ facienda. In uitiũ ſepe uertitur & queſtũ Quamobrem horum latratum repellere oportet paucaq; his dare. Eis uero qui miſericordiã & fraternitatis caritatem erga illos maxime oſtendunt qui patienter

Qui iurat fidem ſuam infamat

Nota ulceroſis medicis nõ omnibus credendum

& ęquo animo tribulationem ferre didicerűt ſane illa a domino uerba ad poſtremum diceantur. Eſuriui & dediſtis mihi bibere & reliqua que ſecuntur. Scriptű eſt enim ab eis qui uult mutuo pecuniā ne uultum auertas. Quod preceptű inter potiſſima continetur. Nam & pauper cui ſubueneris uerum diuitem oſtēdet in cœlis qui pro eo es tibi exſoluet alienű. Dicitur enim qui pauperis miſeretur deo fœnerat. Fœnoris uero certa fidedignaq; ſponſio Regnum celorum.

SERMO IN RELIQVA QVE SVPER EODEM PSALMO DICENDA RESTANT CONTRA FOENERATORES

HEſterna die ſuper Pſalmo. xiiii. ſermonem apud uos habui quem anguſtia temporis coactus minime abſolui: nunc autem ut certi debitores reliqua que reſtabant libenter exſoluturi uenimus. Eſt enim reliquum breue quidem auditu adeo ut multis forte ueſtrum nihil ex pſalmo preteritum aut relictum uideatur. Scientes itaq; uim magnā ad uite negotia hoc quod reſtat habere probatione aliqua ad eius uſum non egere exiſtimauimus. Propheta enim perfectum plane hominem dignűq; uita beata deſcripturus in eius geſtis ſecűdű uirtutē: illud quoq; adnumerauit: ut argentum ſine fenore daret: Quod ſane uitiű in plurimis ſcripture locis uituperari uidetur. Nam Ezechiel in maximis ponit malis fœnus & pluſq̄ ſortem accipere & lex prohibet dicens. Ne fœnerabis fratri tuo & proximo tuo & rurſus ait Fœnus ſupra fœnus & dolus ſupra dolű. Et de ciuitate in multitudine malorum depreenſa. Quid ait pſalmus? Et non reliquid in plateis eius uſura & dolus. Idem quoq; ad perficiendum uirtute hominem nunc propheta noſter uſurpauit dicens. Qui argentum ſuum non dedit ad uſuram. Enimuero inhumanitas eſt maxima ſi is qui egeſtate premitur mutuum ad uitę ſubſidium querat: dans uero minime ſorte contentus ex miſeri calamitate prouentus ac opes ſibi excogitet. Dominus enim palā nobis precipit. Ne uultum auertas ab eo qui abs te mutuű petit. Auarus autem uidens inopem ad genua ei ſupplicem procumbentem extremaq; omnia facere paratum: minime miſericordia commouetur. Eius qui preter dignitatem rogat & agit comunem non cogitat naturam: humilibus precibus nihil cedit: ſed immobilis implacabiliſq; conſiſtens negando perſeuerat. Iurat inſuper atq; obteſtatur ſeſe omnino carere pecunia: & querere ſiquem ipſe fœneratorem inueniat ac mendacio fidem per iuramentum faciens inique mercature impudens per iurium addit. Poſtquam uero conſpicit miſerum illum meminiſſe fœnoris fœturamq; ſortis

ultro offerentem ſupercilium remittere ac ſubridere incipit: tunc demũ amicitię
paternę recordatur & familiarem & amicũ appellat. Videamus inquit quid no/
bis reſtat depoſiti argenti. Eſt enim amici hominis depoſitum quoddam apud
nos unde queſtum ille facit graueq́ꝫ fœnus nobis impoſuit. Nos uero ex hoc de
trahemus longeq́ꝫ minore tibi dabimus. His itaq́ꝫ ſimilibus ac blandis de mul/
cendo uerbis miſerum circumuenit: & libellis obligans ac uinciens eius etiã cala
mitoſe paupertati ſeruitutem addit. Ille demum ſeſe fœnore ſemel inuoluens ad
quod digerendũ minime idoneus exiſtit uoluntariã ſeruitutẽ per omne uite tẽ/
pus orditur. Pecuniam dic mihi queris ex paupere? & ſi ille ditiorem te oſtẽdere
potuit: quid apud tuas ianuas querebat? ad auxiliũ confugiens hoſtẽ repperit:
antidotum querens: in uenenũ incidit Officiũ tuũ fuerat hominis depreſſi ege/
ſtatẽ conſolari. Tu uero potius adauges: fructum ex homine deſtituto qualem/
cunq́ꝫ comparando ueluti ſiquis medicus ad aliquem laborantem adcedens loco
remedii ac reddende ſanitatis: id quod ei uirium reſtabat auferret & tu inopum
calamitatem uectigalem ac prouentuum materiã tibi conſtituis & ueluti coloni
ad fatorũ augumentũ imbres exoptant ſic tu egeſtatem homini ut pecunia tibi
ſuccreſcat exquiris. An ignoras quod eo maior peccatorũ exurgat aceruus quo/
magis fœnus augeſcit. Nam qui mutuũ quęrit quanquã reddere grauatus reiũ
anguſtia deſperat: attamen adſumendum audax eſſe ob egeſtatem inſtantem cõ/
pellitur: creditorẽ libellis chirographis: uadibus ſecurũ relinquens. Quamprimũ
pecuniã accepit ſplendidus uictu ac ſupellectile lautus apparet: ęris alieni como/
ditate fruendo gaudet: atq́ꝫ in conuiuiis frequens mẽſa longe ſumptuoſior: fami/
lia luculentior aliam cõmutauit ſpetiẽ. Adulatores cõuiue ueluti ueſpę ac fucus
undiq́ꝫ ad domum concurrunt donec pecunia ſuppeditat. Tempore uero proce
dente: ſuccreſcente fœnore nec noctes quietas habet nec dies ſerenos: non ſolem
iocundũ ſed execratur uitã: odit luces que ad tempus conſtitutũ tẽdunt: expaue/
ſcit menſes aduenientes & ſi dormit inſomnis fœneratorem uidet malum capiti
intentantem & ſi uigilat de fœnore continuo cogitat. Creditore ſimul & debito/
re interſe congredientibus eſt opere pretium eorum geſtus conſiderare. Hic qui/
dem ut canis prędę incurrit. Alter uero ut paratam ei uenationẽ ſe uidens illius
exortet occurſum: qum ob paupertatẽ audaciã libertatẽq́ꝫ omnẽ amiſerit. Vtriq́ꝫ
indigitis ſummę debitę calculus eſt. Huius in fœnoris fœtura gaudiẽs: alterius
ęris alieni continuo augeſcentis calamitatem ſuſpitãtis. Bibe igitur miſer ex tuis
uaſibus aquam: ut ait Salomon hoc eſt ex tuis facultatibus uiue. Nõ ad alienos
fontes propera ſed ex propriis fructibus tibi uitę ſolatia para. Habes uaſa ęrea: ue
ſtes: iumenta: diuerſi generis ſupellectilem: hec uende: omnia denique perdere ac

proicere pręſtat q̃ libertatē.Sed me pudet in qs hec publicare.Quid ergo ut paulopoſt alius abſte eadem auferat & tua per preconem uendat:ac ante oculos tuos probro maximo & uerecundia eum tua mercator licitetur? Ne ad alienas fores adcedas:puteus enim alienus ſitienti anguſtus.Melius longe paulatim cogitationibus egeſtatem conſolari q̃ breui tempore gaudentē alienis facultatibus paulopoſt oibus ſimul apud te exiſtentibus priuari.Si habes aliquid unde reddas cur preſentem neceſſitatem ex his occaſionibus non diſſoluiſe. Si uero ad exſoluēdū eges malum malo curas.Ne recipias euertentem te fœneratorem neu te ueluti p̃dam quandam exqri ac ueſtigari patiare:Sumere mutuo initium mendacii: ingratitudinis occaſio:periurii materia.Alia uerba ſunt quādo ſummis & alia quādo expoſtularis.Si.n.amicus ille q dat:caue ne amicicitiam ledas: ſi uero inimicus:ne fias aduerſario ſubditus & captiuis.Breui admodum tempore ex alienis honeſtatus & gaudens paulopoſt patrimonio euertens.Pauperes nunc:ſed liber ſi acceperis primum quidem nihilo ex hoc auctior eris:deinde libertatem amittes. Auctoratus.n.fœneratori & quodāmodo ſtipendiarius eris:ineuitabile fereus obſequm.Canes accipientes māſueſcunt.Daniſta uero accipiens irritatur nec qeſcit continuo latrans pluraq; expetens.Si iurauerus nō credet:que ſunt intus diligentius perſcrutatur tua comertia negociaq; diligentius ueſtigat.Si ante domunculam tuam fueris adſe te trahit:ſi autem latitaueris inſtat ad oſtium:foreſq; impudenter pulſat:exquo apud uxorem uerecundiam feres:apud amicos deridenis inforo:uitam denią; tibi ſine uictu & dulcedine parabis.Multa iniquis egeſtas cogit & nullus alius pecunię prouentus. Que nam queſo utilitas: hodiernā ſuperare diem? rurſus ad te paupertas ut uelox pedibus redibit & ipſa egeſtas cū auctario aderit.Fœnus enim ſupra fœnus non omnino liberationem ſed paruā difficultati morā prębet.Hodie quidem patiamur ex egeſtate dura & cras minime euertemur.Nam ſi nunc minime acceperis ſimili modo fueris hodie cras ue & reliquo deinceps tempore pauper.Si autem acceperis longe plus adfligens fœnore paupertatem augente. Et nunc quidē nullus tibi probro dat paupertatem: qum malum ſit minime uoluntariū.Si autem fœnori ſis obnoxius non deerit q tuum detaſtetur propoſitū.Nō itaq; malis noſtris minime uoluntariis mala rurſus ex noſtra negligentia ſtultitiaq; addamus.Stulte namq; mentis ſeſe ex rebus preſentibus nolle coibere ſed ad ſpes uanas conuertendo ea que ſunt manifeſtū incomodum atq; detrimentum prębitura tentare.Iam cogita unde exſolues: unde ſumes.An res uſui & exſolutioni ſuffciat:unde ad tantā ſummā pecunia cogetur ut partim curare neceſſitatem partim explere ſortem:poſtremo fœnori ſuppeditare ualeat.Sed non ex his que accipis totum reddes:aliūde opuș eſt ſumere.

Quot mala in ſummēdo mutua pecunia

Daniſta fœnetor idem

Illas igitur expectemus ſpes nec uti piſces ad eſcam properantes:qui cũ cibo ha/
mum uorant ſic & nos cũ pecunia deuoremur a fœnore. Nullam uerecundiam
paupertas habet. Quid ergo nobis ipſis opprobria ex ęre alieno comperamus?
Nullus enim uulnere uulnus curat. Nemo item malis malo medetur:nec pau/
pertas fœnore corrigitur. Diues es noli ſumere:pauper es:noli item ſumere. Si.n.
eges non opus tibi fœnore:nam ſi nihil habes unde queſo ęs alienum reddere
poteris? Noli tuã uitã ſerę penitentię tradere:nequãdo beatos exiſtimes dies q̃
fœnus preceſſerũt. Hoc enim pauperes a diuitibus differimus ut ſecuri ſimus qũ
eos ſolicitos & uigilantes continuo:nos dormientes nihilq; cogitãtes rideamus.
Pręterea in magna quiete agentes eos magna rerũ perturbatiõe uexatos adſpicia
mus. Qui autem debet in paupertate continuo ſollicitus dies atq; noctes habet
inſomnes ſecum omni tempore cogitat quo nam modo ſeſe his liberet curis nũc
ſua q̃ti ſint extimãdo nunc aliena reſpiciendo. Si quas uidet ſumptuoſas domos
agros ue diuitũ ſeu ueſtes ſplendidas eorũ quibus occurrit uaſa quoq; diſcumbẽ
tiũ pretioſa continuo agitur dolet. Si mea inquit hec eſſent:ęs omne alienum ex
ſoluerem & ab omni cura liberarer. Hec & his ſimilia die ac nocte in animo mœ
ſto reſident. Si quis ianuam pulſauerit ſtatim debitor latitat. Si uelociter ad eum
aliquis adcurrit huius cor perculit:canis latratu:hic ſudore pfluit & anxietate cor/
ripitur:cogitatq; quo fugiat:ubi latitet. Vbi uero tẽpus exſoluẽdi uenit aliquod
commentatur mẽdacium. Quali excuſatione creditorem ab ſe repellat. Nõ ſolũ
autem eos qui te cõprẽdere querunt ſed qui te ſalutant ſuſpectos habes non ne
uides te ſortem cum lepore ducere:quẽ ea dicũt eſſe natura ut ſimul & pariet &
nutriat:& ſuper fœtet. Sic & pecunia uno tempore datur. Fœnus gignit: & ſuper
fœtat augeſcendo. Nondum enim in manus recipiſti & preſentis mẽſis fructus
expoſtulans. Hec rurſus data alterũ malũ producit. Illud rurſus aliud deniq; infi
nitum malũ. Quamobrem genus auaritie hac appellatione taxatur totus ut exi/
ſtimo ob multiplex mali germen nominatur. Vnde enim aliunde q̃ ob dolores
quaſi parientis qui in eorum mentibus gignũtur qui grauati ſunt fœnore. Sicut
enim dolores parienti ſic tempus ſtatutum debitori exiſtit fœnus ſupra fœnus:
malorum parentũ malus eſt nepos. Hę itaq; fœnoris fœturę recte genimina ui
perarum dicuntur. Viperas enim dicunt uentrem matris abrumpẽdo parere: Sic
item fœnora debitorum domos abſumunt atq; deuorant. Semina enim omnia
ſuo tempore naſcuntur:animalia quoq; tempus habent ſtatutũ. Fœnus tantũ ho
die naſcitur:cras parere incipit. Animalia item que cito pariunt: cito etiam a
partu deſiſtunt:pecunia uero uelox habens augendi principium infinitum reci/
pit creſcẽdo proceſſum. Res inſuper quelibet aucta ubi ad propriã magnitudinę

Leporis natura.

τόκος
Fœnus quaſi fœtus

Viperarũ natura

peruenit:deſinit augeri. Argẽtum uero auari omni tempore augeſcit: Animalia pariendo deſinunt:qum filii ac nepotes parere incipiunt. Argentum uero fœneratoris tam antiquum q̃ nouum parit. Ne queſo in ſeruitutẽ animalis huius mõſtroſi uenias liber uideas ſolẽ. Quid miſer uitę tibi libertatẽ inuides? nullus pugil ſic aduerſarii plagas ſubterfugit ut debitor creditoris occurſum ad columnas ac parietes caput occultando. Quomodo inquis nutriar? Habes manus:habes artem:fac aliquod unde mercedem capias miniſtra. Multę ſunt ad mercedem uię multe occaſiones. Si uero corpus debilitate aut re aliqua prohiberis roga ab his qui facultatem poſſident. At turpe inquis rogare. Turpius eo quod fœnus accipit priuari. Non omnino dando leges hoc ego dico:ſed oſtendens quemadmodum omnia tibi tolerabiliora ſunt q̃ fœnore inuolui. Formica enim poteſt neq; rogans neq; mutuo adcipiens nutriri & apes proprii nutrimẽti reliquias regibus condonant quibus nec manus nec artes natura dedit. Tu autẽ induſtriũ animal homo unam tantum ad uitę uſum uiam reperire neſcis? Quanquã uidemus ſepe homines ad fœnus & mutuũ confugientes non gratia uſus neceſſarii:qũ pauperes minime fidẽ inueniant:ſed ut ſumptibus ſupuacaneis & rebus infructuoſis ſe tradant ac delitiis ſeruiãt muliebribus. Mihi inquis opus ueſte ſumptuoſa & aurata filiis paruis ornatu decenti:ſeruis item floridis & uariis ueſtibus. Menſe deniq; ſuppellectile copioſa. Qui hec talia uxori adminiſtrat ad Trapezitã uenit & hos quos accipit nummos priuſq̃ utatur alio reddit creditori & ſemper cõtinuatione ſeſe iugiter obligando probrum paupertatis fugit & ueluti Hydropicus in phantaſia doloreq; continuo corporis turgentis & male carnis ingraueſcẽtis eſt. Sic his continuo ſecũ uolutat ſemp accipere:ſemp dare & ex ſecundis priora diſſoluere:deniq; fidem ſibi ex continua uerſura cõſeruare. Deinde ueluti que ob bilem ſtomacho grauati ſunt:ſi cibum ſum mant & aliũ nondũ parum facta purgatione iterãt. Ad poſtremũ omnia cũ dolore & anxietate uomũt. Sic hi fœnus ex fœnore ſummentes:priuſq̃ priora purgentur ſecundũ addentes breui tempore ex alienis gaudentes ad extremũ rem domeſticã lugent. O quantos aliena bona perdiderunt:quanti probrem mutuati ęris uoluptate in erumnas maximas ſeſe coniecerunt. Sed multi ex fœnore inquis diuites facti. Plures ob hoc magis puto laqueos attigerunt. Tu tamẽ diuites factos reſpicis:eos uero q deſpauerũt animumq; deſponderunt nõ numeras. Qui enim rogãdi uerecundiam ferre nequeunt:laquei mortem uerecundie pretulerunt. Vidi ego iam miſerabile ſpectaculũ pueros ingenuos ob paternum es alienum trahi incarcerem. Non habes pecuniã relinquere filiis ne ſaltem eis generoſitatẽ auferas unã hãc ipſis cõſerua libertatis poſſeſſionẽ:quã ipſe apparentibus accepiſti. Nullus patris paupertatem

Trapezita menſarius

aliquãdo dat probro. Paternũ uero es alienũ incarcerẽ ducit. Ne relinquas libel
lũ ut execrationẽ paternã in filios & nepotes deſcendẽtẽ. Audite diuites qualia
pauperibus ob ueſtrã inhumanitatẽ cõſulimus. Durare preſtat in rebus difficilli
mis q̃ calamitates ex fœnore ſubire. Si autem creditis dño nõ opus his uerbis.
Quod autẽ dñi uerbũ? Mutuo dato his a q̃bus accipere minime ſperatis & qua
le inquis hoc mutuũ: cui reddẽdi ſpes exoptatur. Intellige dicti uirtutẽ: & legiſla
toris uirtutẽ admiraberis. Quãdo pauperi daturus es chriſti cauſa: idem ipſum &
donũ & fœnus eſt. Donum ob receptionis ſpem nullã. Mutuũ uero ſiue fœnus
ob dñi munificentiã pro illo reddentis qui parua quidẽ ꝓ paupere accipiens ma
xima pro ipſo retribuet. Qui enim pauperũ miſeretur deo fœnerat. An negligis
omniũ cõditorẽ tibi ad exſolutionẽ auctoratũ hr̃e? Si quis in ciuitare diues tibi
ꝓ aliis ſpondeat libenter adnues: Deũ uero ꝓ pauperibus ſe uadẽ offerentẽ non
recipis? Da argentũ domi cõditũ nulla ipſum grauando fœtura. Ex quo utriq̃
benecõſultũ fuerit tibi imprimis pro cuſtodię ſollicitudine ſecuritas aderit. acci
pienti uero ex uſu lucrũ. Si autẽ argentũ argenti queris his que a deo tibi tradũ
tur cõtentus eſto. Ipſe enim pro pauperibus auctariũ reddet. Abeo qui uero beni
gnus benignitatẽ expecta. Quod.n. accipis ex paupe omne ſupat crudelitatis ex
emplũ. Ex calamitatibus ꝓficis: ex lacrymis argentũ tibi paras nudũ ſtrãgulas: eſu
rientẽ cedis: miſericordia nulla: cogitatio propinquitatis & comunis naturę nuſq̃
& hinc humana lucra exiſtimas? ueh dicentibus animarũ dulce & inhumanitatẽ
humanitatẽ appellantibus. Nõ ꝓfecto Sampſonis enigmata talia erãt q̃ cõuiuis
propoſuit. A comedente exiit cibus & a forti exiit dulce & ab humanitate exiuit
humanitas. Non colligunt e ſpinis uuas & a tribulis ficus neq; item a fœnore be
nignitatẽ. Omnis enim arbor marcida malos reddet fructus. Sed rationes talium
parump cõſidera. Heccatoſtologi & Decatologi: orribilia auditu nomĩa meſtrui
repetitores ueluti. Demones cõprenſiones faciũt: ac pauperes circa lunę peridos
inuadũt: iniqua ꝓfecto datio. dãti pariter & accipiẽti. Huic q̃dẽ inſuſtãtiã. Illi ue
ro in ipſã aĩam pœnã adferẽs. Ruſticus.n. ſpicã accipiẽs ſemẽ rurſus ſub radicem
nõ ueſtigat. Tu uero fructus habes nec deſinis archetypa regrere: ſine terra plãtas
ſine ſemine metis. Incertũ cui cõgregas. Illũ.n. lacrymas ſup fœnore effundere pa
lam eſt. Creditor uero illud recepturus dubiũ ſi letabitur. Incertum enim an di
uitias fruendas aliis tradat. Non deerit autẽ ira quã ſibi ex iniquitate theſaurizet
igitur a uolente accipere mutuo ne uultum auertas. Non pecuniam tuam dede
ris ad uſuram ut tam ex ueteri q̃ noua lege inſtructus bona cum ſpe ad dominũ
migrare ualeas exeo bonorum factorum fœnus recepturus gratia dei & domi
ni noſtri Ieſu Chriſti cui gloria & imperium in eterna ſecula Amen.

IN PSALMVM XXVIII. ADFERTE DOMINO FILII DEI. IN EXITV SEV CONSVMATIONE TABERNACVLI. PSALMVS DAVID.

PSalmus tertius & uiceſimus comunẽ huic inſcriptionẽ habere uidetur. Pſalmus uidelicet Dauid. Inſuper & propriũ quoddã additur: Exitus tabernaculi. Quid autẽ hoc eſt? Intelligamus aliquẽ exitũ & tabernaculum quoddã ut in ſenſus noſtri enarratione cõſiſtere ualeamus. Quoad hiſtoriã igitur uidetur ſacerdotibus & leuitis opus remittentibus hanc dari promiſſionem ut eorũ reminiſcantur que ad deũ adorandũ preparare oportet. Excũtes .n. ẽ tabernaculo & ingreſſuros hic pſalmus admonet quecunq; habere conueniat. Videlicet filios arietũ. Item gloriã nomini domini: Itẽ alibi nuſquã q̃ in aula domini: & in loco ſanctificationis adorare oportebit. Noſtre autẽ mẽti quę alta cõtemplatur ob magnificũ & diuinũ ſcripturę ſenſum familiarẽ nobis legẽ reddentẽ illa ſuccurrũt ut hic nec aries ouiũ maritus: neq; item tabernaculũ ex hac materia inanimata habitaculũ. Neq; exitus tabernaculi diſceſſus a templo ſed hoc noſtri corporis tabernaculũ intelligat: ut nos plane docuit apoſtolus dicens. Exiſtẽtes in hoc tabernaculo ingemiſcimus: & rurſus flagellũ nõ adpropinquabit tabernaculo tuo. Exitus .n. tabernaculi diſceſſus ab hac uita eſt ad quẽ hic nos ſermo p̃parare & hec talia dño ferre iubet. Quoniã uitę huius facta & exercitatio uiaticũ quoddã ſunt adfuturã: qcunq; hic gloriã et honorẽ dño p bona opa refert. Is demũ gloriã & honorẽ ſibi ex dñi pmiſſionę & iuſti iudicis pręmio theſaurizat. In multis .n. exemplaribus ſic ſcriptum. Adferte domino filii dei. Et quoniam non omne donũ eſt deo acceptum ſed eorũ tantũ qui corde ſunt puro. Non enim caſtę ſunt preces nec accepta oblatio ut dicitur ex meretricis mercede & rurſus Hieremias. Nõ uota inquit & ſancte carnes auferũt peccata aut ex his propterea purus eris. Ideo pſalmus prius nos puros ac mũdos: eſſe corde ex hoc ut filii dei ſimus admonet: deinde dona adferre nõ quelibet ſed que ſint ab eo ordinata. Ante omnia dices orationẽ dominicã deinde meditare propriã ſcrutãdo uitã an dignus patrẽ uocare deũ per ſanctitatẽ enim nobis eſt ad ſanctum aditus: & familiaritas. Si ſancti filius cupis eſſe ſanctitas te quoq; in filiũ adoptet. Adferte itaq; domino non omnes neq; ex omnibus ſed filii dei quos magna decet adferre dona propterea magni eligũtur adferẽtes ut tuã mentẽ non ad humũ deicias nec te arietẽ ratiõis expertẽ facias hoc uidelicet brutũ balanſq; animal ingrendo: uelut ex ſacrificio placare ſperãs deũ. Adferte inquit domino filii dei. Nõ .n. patri fili-

us offerat eſt opus: ſed ſi offerendum: magnum aliquod & dignum filii carita te & paterna dignitate illud quod offertur eſſe oportet. Filios itaq; dicit arie/ tum adferre: ut ipſi qui a nobis offeruntur ubi filii ſunt arietum in filios dei mutentur. Aries enim animal imperium retinens ſupra oues apud paſcua lęta & aquarum amenitates: item apud ſtabulum & caulas. Tales enim chriſti exi/ ſtunt paſtores qui populis pręſident eoſq; ad paſcua florida & odorata ſpirita/ lis uitę diſcipline deducunt: ac aqua ſaliẽte ex promptario ſancti ſpiritus irrigan/ tes ad fructum reddendum nutriũt ac ab inſidiis inimicoꝝ liberatos ad requiẽ ſecuritatemq; traducũt. Horum igiť filios a dei filiis adduci dño iubet hic pſal/ miſta. Si.n. arietes reliquũ precedũt gregẽ filii quoq; hoꝝ ob ſtudiã benefactoꝝ ex preſulũ diligẽtia ad uitã ſecundũ uirtutẽ conuertentur. Adferte dño filii dei: ad ferte dñi filios arietũ. Didiciſti cui propheta dicat: didiciſti & aqbus. Adferte dño inqt gloriã & honorẽ. Quomodo.n. nos per terra & cinis exiſtimus magno dño gloriã feremus: quomodo & honorẽ. Gloriã quidẽ per bona opera que luceant corã hominibus ut uidẽtes glorificẽt patrẽ noſtrũ q in cœlis. A pietatis.n. profeſ ſoribus p pudicitiã & ſanctitatẽ laudari deus magnopere poteſt. ut Paulus pla/ ne adhortať dicens. Glorificate & portate deũ in corpore ueſtro: Hãc itẽ gloriã dominus requirit ab his q in eũ credũt & adoptiõis gratia ſunt dignati. Filius.n. inquit glorificat patrẽ & ſi pater ſum ego: ubi eſt gloria mea. honorẽ fert deo is q ſecundũ prouerbiũ ex iuſtis laboribus & primitiis ſuę iuſtitię eũ honorat. De/ niq; omnis theologus q a recta fide nõ excidit & de ſanctiſſima trinitate patre fi/ lio & ſpiritu ſancto ꝓbe ſentiat gloriã & honorẽ dño. uideť adferre. Gloriã item hanc reddit qcunq; diuina myſteria opaq; & uerba p q̃ oia facta ſunt meditãdo ueſtigat. Eius iſup ꝓuidẽtiã uſq; ad minima penetrãtẽ: poſtq; talẽ gubernatiõnẽ futurũ iudiciũ diligẽter cõſiderat & expẽdit. Nec ſolũ q̃ nouerit recta faciat ſed aliis ea q̃ de dei bonitate & iuſto iudicio ſẽtit p doctrinã tradat. Is demũ eſt qui dño gloriã & honorẽ adfert & uita tali cõtemplationi cõgrua utitur. Talis etiã uiri: lux corã hominibus re uerboq; lucet & perpulchra fortiaq; facta patrẽ q eſt in cœlis glorificat. Non autẽ fert domino gloriã & honorem qui humanã hanc gloriã attonitus miratur: nõ itẽ q exoptat argentũ non qui corporis ſequitur uo luptates: non alienas ſectas ſuperſtitiõeſq; colit uelut enim per bene facta gloriã deo ferimus ſic contra per malefacta auferimus. Peccãtibus dicitur. Nomen me/ um per uos blaſphematur ex gentibus: & rurſus Apoſtolus. Per preuaricatiõnẽ legis deũ deſpicis. Legis auctori proculdubio infertur iniuria quum lex contemni tur. Si neglecta ſit in domo diſciplina: ſi furor: clamor contumelia riſus delitię lu xus impuritas ſcurilitas uigeãt. In eum qui domui pręſidet ignominia uerecun/

Quĩ adfert gloriã & honorem

diaqꝫ factorum omnium uertitur. Reliquum igitur eſt ut quemadmodum bonis factis deo gloria redditur ſic & aduerſario per iniqua. Quando enim ſummens membra Chriſti faciam membra meretricis:tunc gloriam ab eo qui me ſeruat ad eum tranſieram qui me perdit. Nam quicunqꝫ chriſto non credit gloriam incorruptibilis dei in imaginem corruptibilis hominis & uolucrum & ſerpentum & quadrupedum que ſunt in terra commutat ut ait Apoſtolus. Colens enim creaturam contra creatorem non deo fert gloriam ſed creaturis. Caueamus igit͛ hanc diabolo ferre:ne cum ipſo eterne tradamur uerecundię. Sed quando peccatum noſtrum ad illius gloriā facit qui eſt nobis auctor peccati:ſimilitudinē proponemus. Duorum in bello ducum interſe inimicorū. Horum alter earum fert partium gloriam que in acie ſuperauerint. Alter uero ignominiam atqꝫ uerecundiam. Sic & in tuis benefactis dominus laudabitur. In his autem que ſecus agis eius aduerſarius. Sed ne longe quis inimicos querat nec procul cōſuleret duces:ſe ſe tantū reſpiciat & omnem ſimilitudinis ueritatem inueniet. Quando enim ratio cum appetitu luctatur. Si quidē per uirtutem & fortitudinem uicerit fert cōtrā appetitum uictoriam & deum quodam modo per ſe coronat. Quando uero per mollitiem a uoluptate ſuperatur ſeruuus & captiuus peccati factus gloriam iactationemqꝫ ac ſuperbie materiam aduerſario parit. Adorate dominum in aula ſancta eius. Poſt fructum eorum que offeruntur neceſſaria adoratio que quidē non extra eccleſiam ſed in aula dei perficienda. Ne autem proprias aulas neu ſyagogas intelligas:una eſt aula ſancta dei in qua prius Iudeorum ſynagoga conſtitit ſed poſtq̄ ſcelus in chriſtum admiſerunt facta eſt eorum ſtatio deſolata. Idcirco dominus & alias oues habens que non ſunt ex hoc ouili gentibus deſtinatis in ſalutem contra iudeorum aulam proprium ouile propriamqꝫ aulam oſtendit Non itaqꝫ extra ſanctam hanc aulā adorare deum licet. Quod ſi quis ab his qui ab ea alieni ſunt tractus atqꝫ illectus fuerit intra hanc aulam deſinet eſſe. Plurs etiam adorationis uię formeqꝫ ac plane in aula uidentur eſſe: ſunt tamen extra: quoniam & mentis uagatione & curis alienis animum adorationis tempore occupantibus fructum nomenqꝫ huius aulę amittant. Potes & aulam quoqꝫ cœleſtem intelligere ſtationem. Idcirco plantata hic in domo domini que eſt eccleſia dei uiuentis. Ibi in aulis domini dei noſtri florebunt aut pſalmus. Qui autem uentrem ſeu argentum uel aliud quod ex omnibus magis honorat deū fecerit non adorat dn̄m neqꝫ in aula eſt ſancta & ſi dignus hac ſenſibili ſuſtātia uidetur. Vox dn̄i ſuper aquas. Multis in locis nomē uocis poſitū apud uolumina ſacra inuenies:ut in reſponſo Abraham ſtatum facta eſt uox dicens. Non heredirabit te hic. Et in Moſe. Omnis populus audiebat. Et apud Eſaiam De uoce dn̄i.

rurſus uoce dicentis clara. Vox igitur trifariã reperitur. Aut circa aerẽ percuſſio.
Vel aer percuſſus ad aures uſq; illius ueniens ad quẽ fit uox. Eſt alterius generis
quedã oratione hominũ imaginata apud quos uult ſuã deus uocẽ penetrare. Ex
quo gerius hoc analogiã quandã ad phantaſiã in ſomnis factã multotiẽs habet.
Quemadmodũ enim non percuſſio aere quandã uerborũ & ſonorũ memoriam
in phantaſia per ſomnũ accipimus ac uocẽ nõ per auditũ ſed p ipſum cor noſtrũ
formatã aurimus. Talẽ itaq; quãdã oportet ex deo uocẽ putare ineſſe prophetis.
Vox domini ſuper aquas. Hic plane pſalmus oſtẽdit quemadmodũ omnis crea
tura ſignificatione quadã uel notis ſuum nuntiare uidetur auctorẽ. Nubes enim
poſtquã aqua ſunt referte ſonitũ interſe colliſę faciunt. Sicubi etiã ſonitus aqua-
rum diruptarũ quibuſdã obuerſantibus & contranitentibus fit & mare uẽtis tur
batũ mouetur uiolẽtũq; murmur emittit. Vox inquit domini ſuper aquas. Nã
qum tonitrus ex nubibus obſtrepit nihil eſt aliud putandum q̃ quod deus maie
ſtatis intonuit: & quod Dominus eſt is qui per ſe humidã connectit naturã Do
minus ſup aquas multas: Didicimus enim in mundi creatione aquã eſſe ſup cœ-
los. Aquã rurſus abyſſi aliã maris congregationes. Quis igitur eſt is q omnia cõ
tinet minime permittens ex impetu naturali ad inferiora ferri q̃ deus: qui ad oĩa
penetrat: in omnibus ineſt: ambulat ſup omnia qui aquarũ habet poteſtatẽ. Quã
do baptizato filio facta eſt ſuperne uox. Hic eſt filius meus dilectus. Tunc domi
nus ſuper aquas erat multas: eas per baptiſmũ ſanctificãs. Deus autem glorie ma
gnificentia teſtimonii ſuperne intonuit & ſup baptizatos clara a domino uoce
dicitur. Eũtes in mũdũ uniuerſum baptizate in nomine patris & filii & ſpũs ſãcti
Quomodo fit tonitrus — Vox igitur dñi ſup aquas. Fit autẽ tonitrus qñ ſpiritus ſiccus & uiolẽtus in nu-
bis cõcauitate ac corpore relictus circũuoluitur exitũ & eruptionẽ querẽdo. Nu-
bes autẽ reſiſtẽtes ex uehemẽti cõſtructione aſperũ illũ ſonitũ ex incluſi ſpiritus
uehemẽtia emittũt. Q m̃ uero ueluti bulle tumefacte auẽto explicatę atq; reſera
te amplius reſiſtere nequeũt tũc uiolẽter diſrupte auẽto ad exteriorẽ reſpirationẽ
tẽdẽte: edũt murmura & fulgura. Dñs itaq; in aqs & magnos ſtrepitus tonitru fa
ciẽs in molli aeris natura tãtã uocis magnitudinẽ parit. Poteſt ẽt & ex eccleſiaſti
Tonitr⁹ euãgeliũ appellatum — co ſermone. Tonitru doctrinã nominari que a dño traditur per euangelici teſti-
monii magnificentiã perfectis hominibus poſt baptiſmum receptum. Quod au
tem tonitrus ſit euãgelium oſtendunt diſcipuli a domino per metaphoram filii
tonitrui appellati. Quamobrem nõ cuilibet uox tonitrui talis ſed ſiquis dignus
fuerit rota nominari cõueniet. Dicitur. n. uox tonitrui in rota ſiqs fuerit patulus
& extẽſus ueluti rota pars terre attingẽs & oĩno talis q̃lis erat is de quo dixit Eze
chiel: uidi & ecce rota cũ q̃ttuor animalibus & ſpeties eorũ ac facies & q̃ ſecuntur

Deus ergo maieſtatis introiuit. Dominus ſuper aquas multas. Aquę item ſancti ſunt quoniã ex eorũ uentre flumina flumine hoc eſt ſpiritalis doctrina animas irrigãs audientiũ & rurſus accipiũt aquã ſalientẽ in uitã ęternã: hi qui recte capiunt illã. Sup has ergo dominus aquas dicetur eſſe. Reminiſcere item Helię hiſtorię quãdo tribus annis & ſex mẽſibus clauſum eſt cœlũ quod ſerenitate exiſtente apud montem Carmelũ audiit. Helias uocẽ aquarũ multarum paulopoſt tonitrus ſimul & aquę inſecutę ſicut ex nubibus fluentes. Dominus ergo ſuper aquas multas uox domini in uirtute. Sicut in tota uox fit. Sic ĩ uirtute uox domini cõſiſtit. Qui enim cuncta facere ac tolerare chriſti uirtute poteſt. Is eſt qui domini audit facitq; mãdata. Vox domini non in debili diſſolutaq; ac molli anima ſed forti ac uirtutibus innixa. Vox dñi in magnificentia. Magnificentia enim uirtus eſt circa res decentes atq; magnas. Qui enim res geſſerit magnas atq; inluſtres. Is magnificus erit & inluſtris: nam quando anima libera fuerit nec carnis ſuperbię ſeruierit: magnitudinẽq; ac dignitatẽ ſibi conuenientem ex deo acceperit: Hec demum eſt in qua fit domini uox. Qui enim magnificas de deo cogitatiões habet: ſublimes item de rerum creatione rationes ſpeculantur ſeſeq; penitus dei prouidentię bono tradidere: preterea ſumptibus minime parcentes munificos ſe fratrũ uſibus oſtẽderunt. Hi demum ſunt mangnifici in quibus uox domini auditur. Vere namq; magnificus omnia que ad corpus pertinent omnino deſpicit: nihili prę comparatione inuiſibiliũ bonoꝝ exiſtimãs. Inſup magnificũ nulla calamitas adfliget: triſtẽ ue reddet. Nõ homũculorũ improboꝝ & deſpiciẽdoꝝ peccata malaq; exẽpla cõmouebũt. Nõ carnis impuritas humilẽ faciet cũ humilibus adfectibus q locũ apud eũ ob mẽtis ſublimitatẽ nõ hñt minime ſit obnoxius. Legiť & q̃dã dei magnificẽtia queãdmodũ illud. Eleuata eſt magnificẽtia tua ſup cœlos. Qui.n.magna de deo cogitãt ac meditanť. Hi dei magnificẽtiã eleuãt atq; extollũt. Vox dñi cõfringẽtis cedros. Cedrus.n.q̃nq; ut relq̃s q̃dẽ arboribus pſtãtior & incorrupta & odorata & umbrã ꝑbere apta apud ſacra uolumía laudať. Quãdoq; uero ut iſtructuoſa & ſterilis & impii ſimilitudinẽ referẽs uituparť. Vidi impiũ inqt ꝑpheta exaltatũ & eleuatũ ſũt cedros libãi ueluti & nũc accipiť. Vox dñi cõfringẽtis cedros. Sicut.n.in magnifica fit aĩa ſit aĩa uox dñi ſic etiã in ſlaros ſupbia tumidoſq; ob ea q̃ in hac uita magna exiſtimanť ut gloria: impiũ corpis forma nobilitas uires cõfringere deus diciť. Et cõfringet dñs cedros libani. Qui.n. ſe rebus ingerũt alienis & ex eis gloriã faſtũq; reqrũt. Hi ſũt libani cedri. Sũt.n.cedri p ſe alte: addita mõtis ſublimitate lõge altiſſime. Sic & in mũdi rebus fluxis atq; fragilibus q erecti ſũt cedri ob faſtũ & adrogãtiã ac mẽtis elationẽ uocari poſſunt. Appellãtur autẽ libani cedri qd aliena abutẽtes altitudine ex terra rebuſq;

Helię precibus ſiccitas & pluuia

In quibus fit domini uox

terreſtribus ad faſtũ ſuperbiamq; ueluti ad libani uerticẽ extolluntur. Nõ enim omnis cedros confringit dominus ſed libani tantum: quoniam libanus idolatrię locus. Quecunq; itaq; anime aduerſus dei ſcientiam extolluntur: ipſe libani cedri & dignę conteri dicuntur. Sunt autem quedã cedri dei quas arbuſta tranſlate ex Aegypto uitis operiunt ſicut in pſalmis didicimus. Operuit motes umbra eius & arbuſta eius cedros dei. Quoniam uero una cũ aliis de Chriſto trãſlationibus & uitis dominus noſter dicitur. Ego ſum inquit uitis & uos palmites. Cedri dei ſunt illi qui qum infructuoſi cremariq; ſunt apti ob ſterilitatẽ ſi Chriſtũ induentes illius umbram amplectantur ex eius gratia proprie uitę fecunditatem inueniunt. Cedros ergo dei arbuſta fructuoſa circumplexa cuſtodiunt. Cedros autem libani conteret dominus & comminuet tanq̃ uitulũ libani. Reminiſcere uituli apud exodũ quem Idolatrarũ more finxerunt: quemue comminuit dominus. Vituli itaq; illius modo totum libanum & in ipſo conſuetudinem omnem idolatrię naſcentem exterminabit & dilectus ut filius unicornium. Vnigenitus filius dans mundo uitam quãdo quidem ſacrificium & oblationem ſeſe pro noſtris peccatis proferat & agnus dei nominatur & ouis. Ecce agnus dei: & rurſus ut ouis ad occiſionẽ ducetur. Quando uero plectere uitia & potẽtiam generi humano intumeſcentẽ ac alicui uirtuti aduerſantem euertere oportet: tũc filius unicornium nominatur: ut in Iob didicimus Monoceros hoc eſt unicornis eſt animal hominibus minime ſubiectum aut obtemperans. Nõ enim loro ipſum aut uinculo legabis: neq; dormiet ad preſepe & multa alia de ipſius animalis libertate & indocilitate ad parendũ hominibus in ea prophetię parte dicuntur. Quoniam uero ad utrunq; ſimilitudine unicornis ſcriptura utitur: quandoq; enim laudatur: interdũ uero uitupatur. Libera inquit ex gladio animã meã & a cornibus unicorniũ aĩam meã. Populũ bellicoſũ deteſtãs hoc dixit q crucis tẽpore dño inſurrexit. Rurſus exaltabit̃ inqt ſicut unicornis cornu meum. Videtur nãq; eius animalis eius & natura ad ultionẽ ꝓmpta: peiorıs ſimilitudinẽ apud ſcripturã referre. Ob ſublimitatẽ uero cornu quod in fronte gerit & libertatẽ eius in bonam accipi partem: & demũ cornua multis in locis ſacri eloquii pro gloria uſurpatum inuenimus: ut eſt illud & cornu eius exaltabitur in gloria uel ꝓ uirtute & fortitudie ut ꝓtector meus & cornu ſalutis mee. Chriſtus itẽ dei uirtus unã pr̃is hñs uirtutẽ nõ mirũ ſi unicornis appellat̃. Vox dñi intercidẽtis flamã ignis. Intercidit.n.ignis flamã ſecundũ hiſtoriã triũ puerorũ apud Babylonẽ: qñ caminus ſupra cubitos.xlix.effuſus eſt & cremauit circa oĩs. Rurſuſq; flama dei mãdato dulciſſimã in ſe recipiens auram ſuaue pueris reſpirationẽ uelut ſub umbra quadã tranquillo in ſtatu cõſtitutis prebuit. Facta eſt inqt flama uelut ſpũs roris ſibilãs

Monoceros hoc eſt unicornis

Cornua in bonã partẽ

lõge namq; admirabilius ignis naturam intercidi q̃ mare rubrũ in partes diuidi Attamen domini uox ignis continuã naturã indiuiſibilemq; intercidit: Exiſtimo namq; quod ignis ad ultionẽ diabolo & angelis eius paratus domini uoce confringatur. Quoniam duo ſunt in igne potiſſima uirtus cauſtica & inluſtrans. In altera eorũ ponitur pœna qui ob peccata igne perpetuo cremari ſunt digni. Alteram uero ſplendoris eius & lucis hi ſane ſortiuntur qui diuinę obtemperant uoluntati. Vox itaq; domini concutientis flamam ac diuidentis uelut obſcurum ex pectemus ignem qui punit: minime uero cauſticam lucẽ que requiẽ parit. Vox domini cõcutiẽtis deſertum. In beneficio deſerti ipſa concuſſio adeo ordinatur ut ubi erat deſolata minimeq; habitata terra poſito ſterilitatis probro laudẽ multos pariendi filios recipiat. Multi enim filii deſertę magiſq̃ illius q̃ uirum habet & illa que aquarũ ſpiritu referta eſt fit ante hanc deſolata in ſtagna aquarum. Et commouebit dominus deſertum Cades. Non enim cornu: deſertum commouebit ſed tantũ cades: hoc eſt ſanctificatiõis. Cades enim ſanctificatio dicitur. Vox domini preparantis ceruos. Similem honorem oportet ceruis impertiri ac illis in quos diximus uocem domini fieri. Quoniam tali hoc animal eſt natura ut omnis ueneni ſerpẽtis periculi ſit expers: cui remedio eſt ſi forte in id incidunt queãd modũ aiunt qui talia obſeruauerunt uipera deuorata. Omnia namq; uenena ſerpentium iniquis & aduerſis uirtutibus in ſacro eloquio comparãtur. Dicẽte dño Dedi uobis poteſtatem conculcandi ſerpentes & ſcorpiones & ſupra omnem uirtutem inimici & pſalmo rurſus promittente prophetę: quemadmodum ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabit. Cerui enim nomen in diuinis libris optimorũ ſimilitudini ſemper aptamus. Nam & in montibus habitare ceruus & ad fontes aquarũ potare dicitur: quoniã iuſtus omnis in altiſſimis uerſatur mentis adfectibus ſignum me tamq; ſuperne uocationis perſequens & ad potabiles fonte recurrit. Is qui prima Theologie principia requirit. Trahit item ceruus oris reſpiratione e cauis animaliũ latentia uenena & ui ſpiritus a latebris & cubilibus extrahit. Velut enim aq̃la dicitur uir ſanctus ob eius ſpiritus ſublimitatẽ & ab humo diſtãtiã. Ouis ob mãſuetudinẽ & comũicabilitatẽ. Aries ob impiũ & fortitudinẽ Colũba ob innocẽtiã & ſimplicitatẽ. Sic ẽt ceruus ob remediũ aduerſus noxia: iõ Salomõ ait ceruus amicitię & pullus tuarum gratiarum tecũ uerſet. Docẽs plane nos huiuſcemodi ceruos aptos ad theologię doctrinã eſſe. Vox dñi p̄parãtis ceruos. Q̃ñ.n. aliquẽ dei hoĩem pfectũ p̄paratũ uidemus: utilitatẽ ex eius cõgreſſu & cõuerſatiõe cõſequimur. Nã ubi cerui p̄ſentia: oĩum ſerpentiũ uitiũ fugatur. Odorẽ cerui nulla ferunt animalia uenenata ubi p̄ſertim cornu eius ſuffitũ ſentiũt. Et reuelabit cõdenſa. Primũ uox dñi preparat ceruos deinde reuelat cõdẽſa: hoc eſt

Cades ſanctificatio dicit.

Quid per uenena ſerpentium ſignat.

De cerui natura.

ex anima ſimplici ac preparata uenenotum omniũ & corruptilis materie ſiluas
amouet atq; reſcindit & quoniã omne lignum non faciens fructum bonum in/
cidetur a ſecuri & in ignem mutetur:neceſſe ut ueluti nemora & condenſa ſilue/
ſtris animę inquibus ſicuti quedam fere uaria peccatorũ genera nidificant a uer
bo dei quod eſt omni gladio penetrabilius purgẽtur.Quoniã autem plures ho/
mines curis humanis ueluti quandam terram ſpinis opertam ſuas gerũt animas
oneratas:unde nec ſanctitate proficere:nec plane uerbo dei nutriri ſatis ualent.
Reuelat dominus condenſa:hoc eſt curarũ exiſtentium in uita deformitatem &
ſqualorem & incomodum ambiunt ut loco boni ac mali aperto non errent
homines nec de rebus iudicia ſumant obſcura.Multi namq; bona ubi laborioſa
uident:mala exiſtimant.Mala rurſus ob inſitam uoluptatem ut bona perſecunt
Exquo infinitus occupat mortales error.Sunt enim bonorum nature ligna fru/
ctifera & omnes cedri que in laudes accipiuntur.Malorum uero cõdenſa: ne de
cipiantur hi qui aliquem in eis fructũ inuenire putant reuelat ac manifeſtat dei
uox.Et in templo eius omnes dicent gloriam. Audiant hec pſalmi uerba hi qui
longos alienoſq; in templo edunt ſermones.Qui in templo dei eſt non uana
ſcurilia probroſa loquitur uerba:ſed oĩs dicet gloriam.Adſiſtunt uerba deſcribẽ/
tes angeli:adeſt & dominus adfectus intrantium conſiderans. Preces cuiuſlibet
deo manifeſtę ſunt.Aliquis ex adeffectu tantum orat:alius per ſcientiã cœleſtia
querit:quidam per ſancte ſummis labris uerba loquitur:cor autem eius procul
adeo eſt.Qum orat carnis proſperitatem corporis bona. Inſuper diuitias gloriã
querit humanam. Oportet autẽ nihil horũ ut ſermo dei plane docet:ſed in tem
plo eius omnis dicet gloriam.Cœli enarrant gloriam dei. Angelorum opus lau
dare deum omnibus deniq; cœleſtibus exercitibus una hec circa:gloriam creato
ri dare.Relique item creature omnes ſiue cœleſtes ſiue terreſtres ſeu rationales ſi
ue rationis ex pertes demumq; inanimate ſeu uoce ſiue geſtis aut aliqua ſignifi/
catione ſummum omnium conditorem deum extollere ac predicare uidentur.
Homines enim miſerabiles domum dimittentes ad templum properant ut
ſibi auxilium quærant ſed qua dic mihi reuerentia qua humilitate. non uere uer
bum audiunt eius ſenſum & naturam non probe percipiunt in peccatis depren/
ſi minime anguntur in memoriam pręteritorum uenientes minime dolent iudi
cium non metuunt/ſed in templum ridentes ingrediuntur:dextras inter ſe iun/
gunt locum prolixi prophaniq; ſermonis domum Dei faciunt non audeintes
pſalmum dicentem in templo eius omnis dicet gloriam Tu autem non ſolum
non dicis ſed alii impedimento es: adorantes tua uaniloquentia ſepe auertis ſa/
crę doctrinę:ſpiritus ſancti gratię obtrectas uide ne quando inde abſcedas loco

recipiende mercedis pro laudibus diuinis una cũ his qui nomen dei execrantur
condemneris. Pſalmos habes: prophetas euangelica pręcepta apoſtoloꝝ epiſtolas
que corde oreq; uoluta lingua pſallat: mens ſenſum eorũ que dicuntur ſcrutetur
Non enim gloria deus indiget ſed ut eum laudes te dignũ reddere cupit. Quod
enim ſeminat homo ait apoſtolus hoc & metet. Semina doxologiam ut coronas
honoreſq; ex deo in regno cœlorũ metas. Hec itaq; per digreſſionẽ a nobis non
ab re neq; inutiliter ſint dicta ob eos q in templo dei minime gloriam dicũt ſed
nugas continuo uoluunt & fruſtra ingrediunt. Sed utinam tantũ fruſtra: & nõ
malo cum ſuo. Dominus diluuiũ in habitare facit. Diluuiũ enim aquę munda- Diluuiũ bap
tio eſt omne ſubiectũ delentis: omne itẽ ſordidũ purgantis. Baptiſmi enim gra- tiſmum
tia diluuiũ nominat: ex quo omnia peccatis abluta atq; purgata apta infuturum
eſt eſſe domiciliũ dei. Cõuenire & huic quadrareq; uident ea q̃ in pſalmo. xxxi:
cõſcripta ſunt. Poſtquam enim dixit quoniã iniqtatẽ meã ego cognoui & pecca-
tũ meũ non occultaui & item hoc. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus ſequitur.
Verumtamen in diluuio aquarũ multarũ ad eũ nõ adpropinquabunt. Nõ enim
peccator adpropinquat gratiam baptiſmi & peccatorũ ueniẽ per aquã & ſpiritũ
accipienti. Simile fere & huic in Michee uaticinio dicitur. Promptus ad ignoſcen- Michee uer-
dũ eſt dominus & conuertet & miſerebitur noſtri. Delebit peccata noſtra & proi- ba
icientur in profundũ maris & ſedebit dominus rex in eternũ. Splẽdenti nãq; aĩa
ſtatim poſt diluuiũ dominus inſidens ueluti thronũ eam ſibi cõſtituit. Dominus
fortitudinem populo dabit. Dominus benedicet populo ſuo in pace. Ex his uer-
bis deus a peccatore populo uirtutem ſimul & fortitudinem aufert. Populo au-
tem iuſtitiam ſequenti dat opem: & fert auxilium: ꝗ deo dicitur omni habenti da-
bitur. Qui enim in benefactis corroboratur dignus ut a deo benedicatur eſt.
Vltima namq; benedictionum pax eſſe uidetur ut anime bona rationemq; cõfir- Pax benedi-
mans. Ex quo pacificus homo mores animumq; iam ſtabiliuit ac ab omni peni- ctionum ulti
tus perturbatione ſedauit. Qui uero eſtus & pugnam tumultuantium cogitatio- ma
num & adfectuum patitur. Is diuine pacis minime particeps uidetur: quam do-
minus diſcipulis dedit que item ſuperat omnem ſenſum & illorum corda qui
ea ſunt digni pulcherrime cuſtodit. Hanc apoſtolus rogat eccleſiis dicens. Gra-
tia uobis & pax adimpleatur. Hec tandem & nobis utinam adſit legitime certã-
tibus & carnis ſuperbiam abicientibus que inimica eſt dei ut in tranquillo &
quieto ſtatu anima conſtituta pacis filii appellari mereamur & dei benedictio-
nis eſſe participes in pace domini noſtri Ieſu Chriſti cui gloria & imperium in
eterna ſecula Amen.

IN PSALMVM XXIX. PSALMVS CANTICI IN DEDICATIONEM DOMVS DAVID. EXALTABO TE DOMINE QVONIAM SVSCEPISTI ME.

PSalterium quidē inſtrumentum eſt muſicū ad hymnos diuinos pręparatū. Pſalmus uero actio per corpus in dei gloriā quando uerbū cū modo coaptantes nihil in cōcinnū aut abſonum in motibus ac numeris perficimus. Canticū eſt quodcūq; cōtemplatione ſimplici theologiaq; cōprenditur. Ex quo pſalmus ſermo eſt muſicus quando concinne apteq; ſecundū harmonię rationem ad organum pulſatur. Canticū uero uox concinna ſine organi ſono & concentu. Hic igitur quoniā Pſalmus cātici inſcribitur exiſtimamus uerbum uelle ſignificare quod actionē ſequitur contemplationis. Continet autem ſecundū hiſtorię ſenſum ut ex inſcriptiōe apparet: ſermones quoſdam dedicationis domus dei. Ex quo temporibus Salomonis exitantis templi muros hic Pſalmus fuiſſe ad pſalterium ad comodatus uidetur. Senſus uero ſpiritalis humanitatem a uerbo adſumptam & ipſam nouam legē ſignificat. Vel forte domū intelligere cōuenit edificatā a chriſto eccleſiā ut Paulus ad Timotheū ſcribit. Videas quomodo oporteat in domo dei conuerſari: quę eſt eccleſia dei uiuentis. Dedicatio enim eccleſię exiſtimanda renouatio mentis per ſpiritum facta ſingulis corpus eccleſię chriſti complentibus. Eſt enim diuina & uera harmonia non cōprendens aliquos ſermones auditū oblectantes: ſed noxios animarū ſpiritus cohibens atq; mitigans. Exaltabo te domine quoniā exaudiſti me & non letificaſti inimicos meos ſuper me. Quomodo enim is qui in altiſſimis habitat exaltatur ab his qui humilem habitant locum. Si deus in cœlo. Tuq; in terra quonā modo deū exaltabis? Quid igitur his uerbis propheta ſibi uult? Deus namq; exaltari dicitur ab his q magna de ipſo percipere ac contemplatione ſubleuati ad dei gloriā peruenire ualent. Qui ad beatitudinē cum ſcientia properat deū exaltat: qui uero cōtra nititur: dicere non licet quantū in ſeipſo deū humilē reddit. Et demum omnem rebus noſtris conuenientē ſtatū deo tribuere ac addere quodāmodo uidemur. Idcirco dormitantibus nobis & pigre agētibus dormire dicitur deus indignos nos eius erga nos cuſtodia iudicans. Si quando autē ex ſomno detrimentū ſentimus. Dicimus ſurge quare obdormis domine. Itē non dormit neq; dormirabit qui cuſtodit Iſrael. Et alii quidā ob turpia que admittunt oculos a deo auertūt: & ob penitentiam indignos ſeſe dei oculis putantes dicūt. Cur faciē tuam auertis? Et alii pręter hos ſunt qui obliuione dei capiūtur ac uelut eius ob

huiſcentem deum reddentes inquiunt. Cur obliuiſceris domine paupertatis noſtre & tribulationis noſtre? Et in ſumma qualia ſunt illa que de deo ſecundũ adfectus humanos dicũtur talẽ ſibi deũ quiſq; ſi fecerit cõſtituet. Exaltabo te itaq; dñe qm̃ ſuſcepiſti me & nõ delectaſti inimicos meos ſup me: nihil hũile nihil terrenum in uita mihi feceſti & unde facultas mihi exaltandi? Quoniam tu me preueniens ſuſcepiſti hoc eſt ſubleuaſti me & ſupra ea que me circunſtant: atq; opprimunt conſtituiſti: ueluti ſiquis puerũ quendã imperitũ natandi manu ſublimen ex aqua educat. Qui igitur dei auxilio reſpirat a ruina is demũ ob benefactorum gratiã exaltare ſe recipit deum. Vel ut ſi quis quendam paleſtritam debilem a ruine periculo liberet ac ſuperiorem aduerſario cõſtituat. Huic quidem inſperate uictorie occaſionẽ prebet. Illi uero ſperate palme letitiã aufert. Non enim labores qui ſanctis eueniunt: noſtris inuiſibilibus inimicis letitiã pariunt: ſed qñ feſſi deſperamus & noſtre cogitationes in anguſtiam rediguntur ut parum ad malorum tolerantiam exercitati tunc demum irrident: letantur & exultant uelut in Iob amiſit poſſeſſiões filiis eſt orbatus: tabo & uermibus eius caro ſcaturiebat. Nondum hec aduerſario letitia. Si enim mollitie cordis adhec tot laborioſa execrabile aliquod uerbum ut uxor incitauerat dixiſſet. Tunc ſuper eam inimici gauiſi eſſent. Idcirco nec in Paulo ſitiente eſuriẽte nido pulſato laborante: quoquo uerſus peregrinante. Aduerſarius eſt lętatus: Contra uero potius eſt adflictus: qñ eum tam hilariter atq; cõſtanter hec pati: preterea hec uerba iactantẽ adſpiceret. Quis me ſeparabit a caritate chriſti? Domine deus meus clamaui ad te & ſanaſti me. Beatus qui propriam plagã ex imis penetralibus nouit: ut medico adcedens dicere ualeat: Sana me domine quonia cõturbata ſunt omnia oſſa mea. Et ego dixi domine miſerere mei ſana animam meam quia peccaui tibi. Hic quidẽ gratias reddit ob illatã ei medicinã. Domine inquit deus meus. Non enim omniũ deus eſt deus ſed eorũ proprie qui caritate ſunt ei coniuncti ut deus Abraam: deus Iſaac: deus Iacob. Si enim omnium eſſet deus non ſeparatim horum dixiſſet: & Thomas certus reſurrectionis: dominum amplectens ait. Domine meus & deus meus: Clamaui ad te & ſanaſti me. Nihil medium nullumq; interuallũ fuit inter meã uocẽ & tuã gratiã ſed ſimul clamaui & ſanitas prodiit. Etiam te loquẽte dicã Ecce adſum. Magna itaq; loqui oportet deũ orantem ut uelox nobis oriatur ſanitas. Domine eduxiſti ab inferno animam meam. De hac ſanitate deo gratias agit. Nam quando morbo adfectus ad infernũ deſcendit. Inde per illius uirtutẽ qui pro nobis pugnauit & imperiũ ſupra mortem habuit eſt reductus. Saluaſti me a deſcendentibus in lacũ. Multis quidẽ modis lacus nominatur. Subterraneus foſſe cuſtodie captiuorũ apte ſic in exodo dicit. A primogenito Pharao

nis uſq; ad primogenitũ captiue que erit in lacu. Sed & Hieremiã in lacũ iniece
runt. Et Ioſeph fratres prę inuidia in lacũ aqua carentẽ miſerunt. Quelibet igiť
aut ad inferiora nos per peccatũ grauando deducit uel habiles ad deũ adcedẽdi
ad ſupiora tollit. Seruaſti.n.prius in uita exiſtentẽ iniqua me a deſcendẽtibus in
tenebroſum & horridũ locũ ſeparando. Ideo ait ſuſcepiſti me hoc eſt mea ruina
precipitẽ reduxiſti ut occaſio letitię aduerſus me meis eriperetur inimicis. Quod
igitur alibi ait. Preparaſti pedes meos tanquã ceruı & ſup excelſa ſtatuẽs me. Re
ditum ad ex celſa liberationẽ ſolutionẽq; a lacu appellat. Pſallite domino ſancti
eius. Non enim ſiquis pſalmi uerba ore proferat hic dño pſallit: ſed quicũq; cor
de puro enuntiat pſalmodiã & quicunq; ſunt ſancti erga deũ iuſtitiã ſeruantes.
Hi demũ domino pſallere rhytmis ſpiritalibus concinne poterunt. Qui uero
a libidine ueniunt: qui fructũ: qui dolũ & mendaciũ in corde retinent pſallere q-
dem ore poterunt re autem uera non poterunt. Sanctũ enim ad pſalmos dicen-
dos hic uocat propheta. Non poteſt arbor mala bonos edere fructus. Neq; item
cor malum uite uerba recte proferre. Facite itaq; arborẽ bonã ut fructus ex ea
bonos edere ac per ſancte domino pſallere ualeatis. Et confitemini memoria ſan
ctitatis eius. Non dixit confitemini ſanctitati eius ſed memorie ſanctitatis eius:
hoc eſt gratias agite. Confeſſio namq; in hoc loco pro gratiarũ actione accipitur
Gratias itaq; agit quoniã in memoria ſanctitatis eius eſtis: qui olim in profũdo
malorũ exiſtentes & carnis impuritate contaminati ueniſtis in obliuionẽ eius q
nos creauit. In redemptionẽ ergo & placationẽ eorũ q̃ admiſiſtis. Confitemini
de his que a uobis nõ recte nec ſobrie facta ſunt. Quoniã ira in indignitate eius
& uita in uoluntate eius. Prius enim triſte dixit: iram in indignatione eius. Dein
de rem lętiorem: uitam in uoluntate eius. Videtur eum Tautologiã eſſe: hoc eſt
idem dicere apud eos qui non perſpicaciter ea que ſignificantur attingunt. Pro-
ὀργὺ ἐν τῶ θυ- pheta iram eſſe in indignatione dei ueluti rem eandẽ. Plurimũ tamen differen-
μῶ tem adfert. Thymos enim motus eſt animi ad inferendũ quedã triſtia merenti.
Ira uero labor adſumptus a iuſto iudice ad pœnas pro modo iniuſtitie cuiq; in-
ferẽdas: uerbi gratia. Medicus cognoſcẽs partẽ corporis ad quã inflamatiõe adfe
ctã & ſanie refertã: Iudicat inciſionẽ neceſſariã eſſe faciẽdã. Hãc itaq; indignatio-
nẽ ſiue Thymon ſacrũ nominat eloquiũ. Poſt uero medici iudiciũ ac ſentẽtiã ad
ferẽdi remedii ſuenitur ad rẽ & ea exequẽda que ſunt uiſa & iudicata hoc eſt ad-
ferrũ incidens & dolorẽ adfecto inferens. Hec demũ ira dei dicta eſt. Veni igitur
ad ea que in Pſalmo ſcribuntur & facile ſententie conſequentiã inuenies. Quo-
niã ira in indignatione eius. Pœna ſecundũ iuſtũ dei iudiciũ. Vita uero in uolũ-
tate eius. Quid ergo dicit? Quoniã quod uult deus: hoc eſt omnes eius uitę eſſe

participes. Labores autē & pœne non eius uoluntate infliguntur ſed eo permittē
te ob peccata inerentibus eueniūt. Vitā itaq; deus bonorū omniū dator propria
uoluntate tribuit. Iram uero ſibi quiſq; theſaurizat in die ire & reuelationis iuſti
iudicii dei. Mos eſt ſacri eloqui ſi quādo triſtia: lętaq; commemorat triſtia lętis in
ordine preponere: quoniā lęta poſt malorū experientiā ſiue memoriā magis de/
guſtantur. Ego inquit interficiam & ego uiuere faciam. Percutiam & ego ſanabo
Beneficiū pœnā ſequitur. Ipſe namq; peſſundat & rurſus eligit. Percuſſit & ma/
nus eius curauerunt. Dolēda ſemp ante ponit ut gratie nobis cariores exiſtant:
magiſq; ſapiāt: qum malorū remedium & clarorū cuſtodiā uideamus. Ad ueſpe
rum demorabitur fletus & ad matutinū letitia. Reminiſcere temporis dominice
crucis & ſermonis ſignificationem qui ponitur hic facile reperies. Ad ueſpe-
rum demoratus eſt fletus diſcipulis domini: quando in cruce pendentem con/
ſpexerunt: & ad matutinū letitia: quādo poſt reſurrectionē cū gaudio cucurrerūt:
inter ſe bonos adferentes nuntios quemadmodū uiderunt dominum. Vel forte
in uniuerſum: ueſpera ſeculū hoc dicitur in quo qui per ſancte plorant: aduenien
te poſtea matutino conſolabuntur. Beati inquit qui lugent: beati qui flent quo/
niam ipſi ridebunt. Quecūq; enim dies ſeculi huius in cōſumatione iam exiſten
tis & ad occaſum tendentis: implorandis peccatis abſumunt. Hi demum illo ue/
ro matutino adueniente gaudebunt. Qui ſeminat in lachrymis in exultatiōe me
tent. Ego autem dixi in abundantia mea non mouebar in eternū. Quemadmo/
dum ciuitatis eſt abundantia uenaliū ſecundū forum. Itemq; regionē & agrum
abundare dicimus que multis referta fructibus exiſtat. Sic quoq; anime dicitur
abundantia que bonis eſt actionibus referta: quamue coli eſt opus cum labore
ac cœleſtium imbriū frequenti irrigatiōe ſaginari: ut fructū triceſimū ſexageſimū
centeſimū reddere: ac benedictionē adſequi ualeat dicentis. Benedicta orrea tua
& diuerſoria tua. Qui enim propriā uirtutis firmitatem ſentit: confidenter dicet:
& roborabitur ne facile ab aduerſario euertatur. Vt ager plenus cui benedixit do
minus. Domine in uoluntate tua: preſtitiſti decori meo uirtutē. Qui enim tem/
pus in inquirenda uirtutū ratione conſumpſerunt quaſdam dixere uirtutes ex cō
templatione conſiſtere: ut prudētia in rerū cognitione maliſq; ac bonis diſcernen
dis: nonnulle ſine contemplatione eas tamen que ſunt ex contemplatione ſequē
tes: ut Decor & fortitudo. Quidam ſapientes naturali quidē cognitione has per Decor & fortitudo
ceperunt: ſecundū autē perfectam uirtutem ex contemplatione uenientem nō in
tellexerunt. Verū ut decor animę fiat diuina eſt opus gratia ut igitur ſupradixit.
Quoniam uita in uoluntate eius. Sic nunc deum in reddendis gratiis exaltet. In
uoluntate tua preſtitiſti decori meo uirtutē. Pulcher quidē & fortis ſecūdū naturā;

debilis autē factus:quoniā ob peccatum per inſidias ſerpentis admiſſum perii. Pulchritudini ergo meę quā ex te in prima creatione accepi addidiſti uirtutem ad ea que opus erant:agere neceſſariā. Pulchra namq; ac decora omnis eſt anima que in ſymmetria propriā uirtutū ac harmonia ſibi congruenti conſpicitur. Pulchritudo autem uera & ſola mentis purgatione contemplabilis circa beatam uerſatur naturā cuius tu per eius gratiam particeps aliquantulū eris ueluti ex rei fulgentis contractu ſplendorem aliquē ingentē meritus referens. Ex quo Moſes pulchritudinis huiuſmodi quo ad ſpetiem uultus conuerſando cum deo uſus eſt particeps. Qui ergo propriā ſentit uirtutē uocē hanc gratias referentem emittit. Domine in uoluntate tua preſtitiſti decori meā uitutē. Quemadmodum enim decor atq; fortitudo citra contemplationem uirtutes ex uirtutibus proueniunt contemplationibus. Sic contraria uitia:citra cōtemplationē feditas & debilitas apparent. Quid enim turpius aut intempeſtiuius anima perturbationibus ac uanis adfectibus obnoxia. Vide queſo parump iratū eiuſq; ruſticitatē ac acerbitatē. Conſidera mœſtū atq; triſtē tum q̃ta ſit in ea humilitas deiectioq; animi. Preterea eum qui a libidine aut gula ſuperatur uel terroribus adfligitur quiſnam conſpicere pateretur:qum palam ſit animi adfectus uſq; corporis ſtatum atq; adſpectū ſolere immutare. Velut itaq; ueſtigia pulchritudinis anime in ſancti hominis ſtatu apparent:ſic contra in reliquis feditas quedā: Prouidendū itaq; nobis omni ſtudio hanc babere pulchritudinē ut ſponſus dei uerbū nos excipiēs dicat. Tota pulchra es amica mea:& macula non eſt in te. Auertiſti autem faciē tuam a me & factus ſum conturbatus. Donec enim inquit contemplationi tuę radii mihi fulxerunt in ſtatu firmo atq; tranquillo agitaui. Poſtquam uero auertiſti faciem tuam a me in multa perturbarione & tumultu deprēſa eſt anima mea Auertere enim faciem ſuam dicitur deus quādo temporibus calamitoſis eſtuantes relinquit animas ut fortitudo certantis cognoſcitur. Si autē pax ea que ſupat omnem ſenſum cuſtodiet corda noſtra:facile perturbatiōes tumultuſq; & anxietates poſſumus euitare.. Quoniā uero diuinę uoluntatis auerſio opponitur. Pulchritudini uero & fortitudini perturbatio. Sane perturbatio:anime turpitudo & debilitas fuerat:ex alienatione adeo proueniens. Orandum igitur ut dei nobis facies continuo fulgeat:unde in ſtatu ſimus decenti ac ſalutari. Preterea mites & tranquilli ac de omne officiū quod a nobis expoſcitur preparati inueniamur. Paratus ſum inquit & non ſum turbatus. Ad te domine clamabo & ad deū meum precabor. Sepe clamor & clamare ad deum repetitur:quod clamare ſit eius q magna & cœleſtia deſiderat. Si quis autem parua & humilia adeo petit: parua item

& humili utitur uoce non ad ſublime nec ad ipſius dei aures proueniente. Que utilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionem. Cur inquit clamaui & que te deum meum rogaui. Quid mihi opus inquit carnis oblectatione aut ſanguinis multitudine qum ſim eas amiſſurus in comuni corporis reſolutione: ſed potius meum corpus caſtigo & in ſeruitutem redigo ne forte ex ualitudine nimis proſpera & ſanguinis copioſi feruore occaſio peccati mihi carne grauato exiſtat. Ne igitur tuum corpus delitiis tradas ſomno balneis: plumis ac mollibus cubilibus ſemp hoc habens in ore uerbum. Que utilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionē. Quid queſo uegetū ualidūq; ſtudes reddere quod paulopoſt eſt interiturū? Quid te ipſum ſaginas & carnibus grauas. An ignoras quāto pinguius tuum tibi corpus tanto grauiorē anime tuę carcerem conſtituis. Nūquid cōfitebimur tibi puluis: aut adnuntiabit ueritatem tuā? Quomodo terreſtris homo ac carneus confitebitur tibi deo? quomodo item adnuntiabit ueritatem is qui diſciplinis non ſtudeat & in tanta carnis mole ſuam ipſius mētem oppreſſam teneat. Iure itaq; meam extenuo carnem nec meo ſanguini parco qui in carnem coagulari eſt aptus ut mihi uel ad cōfeſſionem uel ad ueritatis cognitionem non ſit impedimēto. Audiuit dominus & miſertus eſt mei. Poſtquam narrauit aliqua que ipſe ad dominum clamauit ſtatim diuinum ſentiens auxilium nos ad petenda ſimilia prouocat. Audiuit inquit dominus & miſertus eſt mei, Dominus factus eſt adiutor meus. Oremus ergo & nos: clamen iuſq; uoce ſpiritali petentes magna, Non carni ſanguiniq; ſtudentes: qui enim in carne ſunt deo placere non poſſunt: Vt & nos exaudiat deus: noſtram debilitatem miſeratus: unde nos diuino freti auxilio dicamus: conuertiſti laborem meum in gaudium mihi. Non enim cuilibet anime dei gaudium oritur ſed ſi quis peccatum ſuum uehementi lamentatione ac ſingultu plorauerit: ueluti ſi ſe extinctum lugeret: qui, ſane fletus poſtremo in gaudium reuertitur. Quod autem ſit laudabilis quidam luctus oſtendunt pueri ut ait. Euangelium in foro ſedentes atq; dicentes. Lamentati ſumus uobis & non ploraſtis. Cantauimus & non ſaltaſtis. Eſt enim tibia inſtrumentum muſicum flatu ad melodiam reddendam utenſis: ex quo ſatis exiſtimo omnem ſanctum prophetam. Tibiam uoluiſſe nominare ob motum a ſancto prouenientem ſpiritu. Ideo dicit inflauimus tibiam & non ſaltaſtis. Prophetici enim ſermones nos ad actionem ſancte prophetie congruam conuertunt: que hic dicitur ſaltatio. Sed & lamentantur nobis prophete ad luctum nos prouocantes ut ſimul in deguſtationem & memoriam peccatorum noſtrorum ex propheticis ſermonibus uenientes:

Nota.

Stultum ſaginare corpus breuiter interiturum.

Laudabilis luctus ex deo ſumptus.

Per tibias in euāgelio prophetas ſignificare.

noſtrũ lugeamus exitiũ:laboribus multis & excitationibus noſtram carnem adfli gendo. Tali nempe homini luctuoſa ueſtis conſcinditur:quam flens peccatũ ſuũ ſumpſerat:tandemq; ſalutis ac letitię ueſtem recuperauit: Hec enim ſunt illa ſplẽdida & nuptialia indumenta quibus ſiquis fuerit ornatus a ſponſo non eiicietur. Scidiſti ſaccum meũ ac circundediſti me letitia. Saccũ ad penitentiã facit qum ſit humilitatis ſignum. Olim namq; patres in ſacco & cinere ſedentes penitentiam egerunt. Quoniã apoſtolus reuelata facie in eandem imaginem tranſſformatur a gloria in gloriã ob datã ei a domino gratiã. Propriam enim dicit gloriam. Vt cãtet tibi gloria mea. Gloria iuſti ipſius eſt ſpiritus: Quicũq; ſpiritu pſallit: dicat ut cantet tibi gloria mea & non compungar. Non amplius inquit faciam digna cõpunctione: cordis uel cõtritione ob dimiſſi peccati memoriã. Domine deus meus in eternum confitebor tibi hoc eſt gratias agam: quoniam quidem ex penitentia mihi ueniam dediſti & ad gloriam mei eduxiſti a me uerecundiam ac probrum ex peccatis auferas. Ideo in perpetuum confitebor tibi. Quod enim temporis interuallum eſſe poterit quo me talium benefactorum tuorum obliuio capiat?

IN PSALMVM XXXII. EXVLTATE IVSTI IN DOMINO.

EXultate iuſti in domino rectos decet collaudatio. Cõſueta quidem ac familiaris eſt ſacris uoluminibus exultationis uox: clariſſimũ quẽdam ac iocundũ in rectis animabus ſtatum oſtendens. Exultate itaq; iuſti in dño. Nõ autẽ qñ rẽ proſperã domi habetis. Nõ itẽ qñ corpori benefuerit: nõ poſtremo qum ager fructibus omnigenis refertus erit. Sed quod dominũ habetis: talẽ quidẽ pulchritudinẽ talẽ bonitatẽ talẽ deniq; ſapientiã. Sit uobis in eo letitia ſatis uidetur nãq; propheta hic ob aliquã rẽ gratã adſecutã: in dño exultare. Ideo iuſtos adhortat̃ talẽ ſentire dignitatẽ. Vt uidelicet tali ſint dño ſerui digna ti. Quãobrẽ ad ei cũ gaudio ſeruiẽdũ te inuitat ut ſi quãdo tuo cordi quaſi lux q̃dã multã de ſe deus cogitationẽ atq; intelligẽtiã peperit: tuãq; mirũ ĩ modũ illuſtrauit aĩam. In eius amorẽ magnope uenias: res uero corpis ut uilia deſpicias. Ex q̃ ſane breui & obſcura letitię forma oẽm iuſtoꝝ ſtatũ facile noſſe poteris eſſe q̃ ſemp & ſine labore in huiuſcemodi gaudiis diuinitus uerſari. Tibi aũt diuina diſpẽſatiõe qñq; nec ad modũ ſepe talia cõtingũt ut p breuẽ deguſtationẽ in eorũ uenias memoriã q̃ in futuro ſeculo fueris cõſecuturus. Iuſto autẽ quod ĩ ipſo inſideat inhabitetq; ſpũs adfatim eſt diuina cœleſtiſq; lętitia. Nam inter precipuos ſpiritus fructus: caritas gaudiũ pax numerantur. Exultate igitur iuſti in domino.

Locus inqt iuſtorũ capax dominus: in quo q exiſtit neceſſe ut letetur & gaudeat. Omnis nãq; iuſtus ſeſe locũ deo ſuſcipiẽdo preparat ſicut peccator diabolo: qui illud monẽtis minime audit. Nolite locũ dare diabolo. Itẽq; Eccleſiaſtici. Si ſpi/ritus poteſtatẽ habẽtis in te adſcendat: ne locũ tuũ dimiſeris. In ipſo itaq; dño exiſtentes quo ad liceat & poſſimus ipſius mirabilia ſpeculemur. Sic demũ ex eorũ cõparatiõe letitiã noſtris cordibus cõparemus. Rectos decet collaudatio. Quem admodũ enim pedi obtorto atq; obliquo calceus non admodũ probe aptatur: ſic obtortis cordibus diuina laus minime cõuenit. Quãobrẽ exiſtimo demonũ oribus ut de ſeruatore indigne loquẽtibus ad eũ manifeſtandũ ablatã fuiſſe poteſtatẽ. Et Pythonẽ increpat. Paulus ut ab impuro ſanctus nõ cõmendetur. Tale qd & peccatori dicit deus. Quare tu enarras iuſtitias meas? Conemur igitur fratres omni ſtudio opus omne obliquũ ac minime rectũ uitare: mẽtẽq; noſtrã ut rectam regulã & anime iudiciũ naturale omnino ſequi: ut nobis exiſtentibus rectis dei laus maxime cõueniat. Quẽadmodũ.n. ſerpens peccatũ nos docens obliquus dicitur & in ſerpẽtẽ draconẽ dei enſis inducitur quod multas ſpiras ac iuolucra in itinere facit. Serpẽtis nãq; tractus inequaliter humũ ſerpit: prioribus partibus aliter ac illis que ſecunt motis. Et rurſus poſtremis aduerſus priores procedere conantibus. Ex quo qui diabolũ ſerpentẽq; imitatur obliquã & cõtrarietate: refertam preſefert uitã. Qui uera dei ueſtigia ſequitur rectas ſemitas: recta itẽ pedũ ueſtigia faciet quoniã rectus dñs deus noſter & iuſtitias nouit uultus eius. Si.n. due regule iuxta interſe ponãtur ambarũ inuicẽ rectitudo cõuenit. Si uero obtortũ iuxta regulã rectã ponatur lignũ: ineõgruũ & procul a proportione obliquum re/cto reperietur. Quoniam itaq; recta eſt dei laus recto opus corde ut ei laus con/gruat atq; conueniat. Si enim nullus dominum Ieſum niſi in ſpiritu ſancto dicere ualet: quomodo laudem referes ſpiritum in tuis uiſceribus rectũ renouatũq; non habens? Confitemini domino in Cythara in pſalterio. Decem chordarum pſallite illi. In cythara namq; confiteri dominum oportet hoc eſt actiones p corpus congrue reddere: Quoniã autẽ in corpore peccauimus membra noſtra ſerua peccati ad iniquitatẽ prebuimus. Corpore item confitebimur eodem in peccati diſſolutionem utentes organo maledixiſti? benedicas male per cupiditatem acce piſti? redde in ebrietatem incidiſti? Ieiuna. Adroganter & ſuperbe egiſti? te ſubli miſſimi gere. Inuidiſti? Adhortare conſolare. Occidiſti? te martyrem pro chriſto prebe uel eque martyrio per tuam confeſſionem proprium corpus caſtiga: tunc demum poſt cõfeſſionem in decachordo. Pſalterio deo pſallere te dignũ reddes. Prius itaq; p corporis actus congruos officiũ preſtare oportet: ut decẽter ac con/grue diuine adſiſtamus laudi: ſic tandẽ ad intelligibilium contemplationẽ aſcen

dere.Pſallere namq; mens dicitur quando per huius organi pręparationē & qua ſi ſonātem potētiā res querit cœleſtes.Opera igitur corporis ut ex rebus terrenis deo confitentur.Per mentem uero ex rebus diuinis oblata myſteria uim atq; effe ctum quaſi per ſpiritū inſonantē coſecuntur.Qui enim ęque omnia mādata ue/ luti ſymphoniam harmoniamq; ac cōcentū quendā peregerit.Is demum in de/ cachordo pſalterio deo pſallit.Decachordū appellat quod Decē mandata genera tim in prima legis promulgatione fuerint conſcripta. Cantate ei canticum no/ uum hoc eſt non in legis ac ſcripture uetuſtate:ſed in nouatione ſpiritus deū ado rate.Qui enim legis non hiſtoricū:nec ſane ad corpus pertinentem ſed eius ſpiri talē accipit ſenſum:hic canticū nouū cantat:quoniā inueteratū exoletumq; iam illud teſtamēti ptranſiit.Renouatū uero ac reformatū doctrinę dei canticū nos excepit:que noſtrā ut aquilę iuuentutē renouat quoniā quamuis exteriorem cor rumpamus hominē interiorē de die in diem ut ait Paulus renouamus: Ex quo ad ea que prius erant factas iam tibi iunior canticū nouū deo cantas uel forte no uum:mirandū & preter antiquā conſuetudinē inſtitutū uel nuper ac recenter in lucem ueniens dicit.Si enim admirabilem & omnem excedentem naturā.Incar/ nationem domini narraueris.Si regenerationē quoq; ac renouationem uniuerſi orbis ex peccato inueterato:poſtremo reſurrectionis myſteria mundo nuntiabis: tunc demū recens ac nouū canticū cantabis.Bene pſallite ei in uociferatione: Au dite mandatū.Bene pſallite hoc eſt mente minime uagabunda & alias res agente ſed adfectu ſincero & animo attēto inuociferatione Pſallite.Quemadmodū bo/ ni quidē milites triumphū de inimicis habitū:illi qui uictorię cauſa fuit referre conſueuerunt.Itē uos referte:atq; illum laudate.Confidite & lętamini inqt ego uici mūdū.Quis nā hoīum aduerſus diabolū bellū gerere idoneus niſi ad Ducis exercitus auxiliū cōfugiat:inde itaq; ob fidē in eū noſtrā:hoſtē facile iaculabun tur.Bene pſallite in uociferatiōe eſt enim uociferatio in hoc loco fremitus & uox q̄dā cū clamore cōfuſa ſine modo & numero.Alioqn cōcors ac cōgruens his q in bello ſimul cōclamāt:In una igitur uoce & una caritatis cōſpiratione pſallite. Quid demū oportet pſallētes dicere: Quia rectū eſt uerbū dn̄i.Hac de cauſa pri us rectos corde ad laudem euocat:quoniā hoc quod eſt laudandum dei uerbū in principio erat apud deum exiſtens deus.Rectus itaq; pater:rectus filius & re/ ctus ſpiritus ſanctus.Et omnia opera eius in fide.Quid eſt quod dicit. Opus cœ/ lum:opus terra:opus mare & aer:Deniq; animata & inanimata.Rationis partici pia & expertia omnia.Quomodo autem in fide omnia: Que nā inanimatis ſi des: que itē brutis lapidi cani: Nec inanimatū neq; brutū aliquid in fide. Hic autē nihil excipit omnia comprendit.Cuncta inquit opera eius in fide. Sed audi

quid ſibi uelit. Si cœlum inquit uideris: ipſiuſq; ordinē conſideraueris fidei tibi dux eſt. Preter id namq; artifex tibi oſtenditur. Si terre ornatus rurſus per hos tibi conditoris augeſcit fides. Nec tantū per ea que corporeis uidentur oculis eum credimus: ſed per ea que mētis uiribus intuemur inuiſibilem conſpicimus. Omnia ergo opera eius in fide: & ſi lapidē dixeris quandā habet in eo qui credidit uirtutis demonſtrationem & ſi formicam & ſi culicē & ſi apē dixeris. Sepe namq; in minimis cōditoris ſapientia ſolet apparere. Nā qui cœlū & immēſa pelagi ſpatia diffundit is eſt qui tenuiſſimū apis cuſpidē ueluti fiſtulam quandam attenuat. Vnde ictus modo ueneni effunditur. Omnia igitur opera eius in fide. Nihil tibi omnino ſit infidelitatis occaſio nulla dubitatio mentiſq; uanitas & ſurgat. Caue dicas ut ſorte uenit hoc ita factū eſt: ut caſu hoc contigit. Nihil enim inordinatū nihil omnino temere factū ſcias: nihil in rebus ut accidit ſic editū. Nec malū ullū euentū: aut malam dixeris horā. He namq; in eruditorū ac diſciplinā chriſtianam ignorantiū uoces. Non ne duo paſſeres aſſe ueneūt & unus ex eis abſq; dei uoluntate non cadet. Quot capilli capitis & unus ex eis non eſt apud deum obliuioni. Vides igitur diuinum oculū uel minimorū cōſideratione minime falli. Diligit miſericordiā & iudicium. Miſericordia domini plena eſt terra: Si per ſe iudiciū dei ſatis eſſet ac abrupte ex meritis noſtris nobiſcum ageret: que nobis ſpes reliqua eſſet? quis ex omnibus ſaluus fieret. Nunc autem diligit miſericordiā & iudicium uelut adſiſtentem ei miſericordiam faciens & in regio iudicii throno prodeuntem. Sic quemlibet in iudiciū adducit. Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit? Neq; enim miſericordia ſine iudicio neq; iudicium ſine miſericordia. Ante iudiciū miſericordiā diligit & poſt eam ad iudicium uenit. Hec enim inter ſe coniuncta ſunt ne miſericordia ſola ſecuritatem nimiam ac negligentiā pariat. Neu iudiciū in deſperationem deducat. Vult tui mereri modo poſt admiſſa humilē te factum & penitentem & lugentem inueniat. Inſuper ſi occulta te facta uulgantē ac demū fratres ut pro te deum orēt tuiq; curam ſuſcipiāt precantē uiderit proculdubio te in gratiā reſtituet & auxilio ſuo dignū iudicabit. Si rurſus cor tuū impenitēs ſuperbumq; ac futurū ſeculū contemnens: nullumq; iudicii timorē conſpexerit tunc deniq; in te iudiciū diligit. Quēadmodum enim medicus concinne ac leniter prius purgatoriis & periplaſmatis mollibus tumores ac tubera exſiccare contendit: ubi autem plagam duriorem ac reſiſtentem uiderit reiecta miſericordia & cura molliore tabidum ac noxium ferro abſcindit. Diligit igitur miſericordiā in his quos preteritorū penitet. Diligit itē iudicium in his qui duro ſunt corde. Tale quod etiam Eſaias dicit Miſericordia tua impondere. Nam ille miſericordiā cum iudicio conſtituit pondere: numero

& menſura cuiuſlibet merita expendens. Miſericordia domini plena eſt terra. In hoc enim loco miſericordia a iudicio diſiungitur. Nam terram tantũ dei miſericordia refertam dicit iudicio in tempus defunctum adhibito. Hic profecto miſericordia ſine iudicio eſt quod nõ uenit ut mundũ iudicet ſed ut ſeruet. Quoniam nequit homo mũdo corde ac liber omnino a peccato reperiri etiam ſi unius diei tempore ſupra terram uixerit. Quamobrẽ quo magis uitium cottidie uideris ad miſſum & fragile genus hominum mille mortibus dignum eo magis bonitatis eius & tolerantię & longanimitatis diuitias admiraberis. Nos igitur dũ in hac uita ſumus dei miſericordia quãquã indigni utimur. Qui autẽ ſũt in cœlo eius beatitudine fruuntur. Vel forte nos terram appellat ob admiſſam peccatum quod illud audimus a domino terra es & in terram reuerteris. In peccatis itaq; & humo ſepultos nos ad uitam que eſt in chriſto reuocauit miſericors deus. Verbo domini cœli firmati ſunt & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorũ. Non enim hic uerbũ ſimplex aut comunis ipſa locutio ex nominibus & dictionibus cõſiſtẽs exiſtimanda. Neq; item ſpiritus eſt uapor in aera diffuſus ſed uerbum in principio conſiſtens apud deũ & ſpiritũ ſanctũ qui hanc proprie ſortitus eſt appellationem ut igitur cõditor uerbũ cœlum firmauit. Sic ſpiritus dei qui ex patre procedit ut non creatũ aliquid exiſtimes ſed ex creatore ſpiritu ex ore dei procedente uirtus omnis firmata hoc eſt firmũ & ſolidũ in ſanctitate & omni uirtute quę ſacras decerat poteſtates ex ſpiritu & auxiliũ habet. Hic enim ſpiritus oris eius ſcribitur in uehiemus autem abi uerbum oris eius dictũ ut intelligatur. Seruator noſter & ſpiritus ſanctus ex patre procedere. Quoniam igitur uerbũ quidẽ domini chriſtus & ſpiritus oris eius ſpiritus ſanctus eſt utereq; cœlum ac terram & omnia q̃ in his continentur creauit. Hac igitur de cauſa uerbo domini cœli firmati ſunt & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum. Nihil enim ſanctum citra ſpiritus preſentiam. Angelos nãq; abinitio uerbũ condidit. Sanctos uero ſpiritus reddidit. Nõ enim parui abinitio creati deinde paulatim exercitati atq; perfecti ſic ſpiritus ſuſceptione digni ſunt habiti ſed in prima ſubſtantię ſue conſtitutione ſtatim conſpirantẽ habuere ſanctitatẽ. Congregans ſicut utrem aquas maris ponens in theſauris abyſſos. Non dixit congregans ſicut in utre ſed ſicut utrem. Noſce parumper utris naturam. Nunc autẽ inflatũ quãdo in reſumpto ſpiritu pellis turgeſcit nũc uero contractũ quando incluſus ſubterfugit ſpiritus. Sic item mare quandoq; feruet & ſpiritibus inſurgit agitatũ atq; tumens: quandoq; uero dum eſt trãquillum inquietem & humilitatem ſe contrahit. Quemadmodum igitur utrem cõtrahit ſic aquas maris humiles reddit dominus Reperitur & in utre. Quo ferme modo ad antiquam nos remittit hiſtoriam. Quando mare rubrum nullo ipſum

Congregãs ſicut utrẽ aq̃s maris

diducente:aut retinente per ſeſe conſtitit & ut in utre quodam diuino iuſſu liga/tus fluere ac diffundi ex natura ſua non potuit. Ponens inquit in theſauris abyſ/ſos. Comuni ſententie congruere magis uidebatur ſi dixiſſet ponẽs in abiſſis theſauros hoc eſt in myſterio ſuas diuitias continens. Nunc autem ſecuti quedã pretioſa digna diuinis theſauris abyſſos dicit eſſe. Quandoq; uero ſermones de diuino iudicio ac dei prouidentia incomprenſibiles humanis mentibus. Abyſſi uo/cantur: ut pſalmus teſtatur. Iudicia dei Abyſſus multa. Si igitur queris cur peccatoris uita prorogatur. Cur puer rebus humanis utilis ante diem rapitur. Cur homo mortalis: cur ſeruus: cur liber: hic diues ille paup. Vnde iniuſtus felix: Iuſtus erumnis premitur. Deinde cur aut quomodo ſit in peccatis differẽtia: ut femina inſtupro educata per uim quodam modo in peccato retinetur. Secus autem q̃e ab initio heram ſit nacta bonã & in uirginitate nutritã: cur hec diuinitus benefi/cium inuenerit: illa uero condemnetur: & quę ſit in quolibet horum a iuſto iudice ſententia. Hec ſane omnia in mente uoluens ac cogitans reminiſcere quemad/modum iudicia dei abyſſus multa & in diuinis ſunt abſcõdita theſauris nec quibuſuis facile comprenſibilia. Et credenti quidem ex deo promiſſio eſt. Dabo tibi theſauros abſconditos & inuiſibiles: ubi uero dignati erimus facie ad faciem uidere. Tunc in theſauris abyſſos dei contemplabimur. De utribus uero ue ea que in ſacris uoluminibus dicuntur adducam. Vtres noui in euangelio nominantur q̃ de die in diem uite genus ac ſpiritum renouant ac perficiunt. Qui uero ueterem hominem non depoſuerunt: uinum nouũ comode capere nequeuntes utres ſũt ueteres. Neq; enim nouũ uinum in utres mittimus ueteres: ne uinum effundat & illi pereant nulla uenia digni ſi bonum ac nouum effundant merum. Igitur in utres nouos uinũ mittendũ. Nouum quoq; & ſpiritale uinũ & ſancto feruẽs ſpiritu ideſt animũ ſincerum ac ueritati & preceptis dei nouis auſcultãs in nouũ mittendum hominem qui quoniam domini noſtri Ieſu chriſti ſtigmata in cor/pore: fert ſuo: iure nouus dicitur uter. Timeat eum omnis terra. Ab eo autem cõmoueantur omnes inhabitantes orbem: Poſtquam timor domini initium eſt ſa/pientie qui terrena ſapiunt per timorem erudiantur. Timor enim ut pedagogus & iſagogicus quidam ad pietatem ſumitur. Caritas uero a timore inſtructiuo exercitatos ſuſcipiens perficere ſolet. Terre igitur uniuerſę ideſt terrenis uiris timo/rem precipit hic ſermo. Commoueantur autẽ inquit ab eo omnes inhabitantes orbem. Hoc eſt, omnis motus ſiue ex mente ſiue ex corpore actum perficiens di/uinę uoluntati obtemperet: Si enim ab ipſo cõmouebuntur: uidelicet ſi nec oculus nec manus preter dei uoluntatem ac mandatũ moueantur. Neq; item cor ea q̃ deo diſplicẽt excogitet & demũ a nulla alia cauſa ꝑterq̃ dei timore moueãtur.

Quoniam ipſe dixit & facta ſunt ipſe mandauit & creata ſunt. Nam quando ex terrea materia & anima corpori inhabitante compoſitus eſt homo. Terra quidē iure dicitur ex terra conditus. Inhabitans autem orbem animā uocabitur diuerſorium & habitationem in corpore ſortita. Vtrunq; uero pulcherrime attingit p hec que ſecuntur uerba. Quoniam ipſe dixit & facta ſunt ipſe mandauit & creata ſunt. Quo ad dei imaginem nobis creatam ait: creata ſunt. Quoniā in ſacris uoluminibus creatio in potiorem ſolet accipi partē: ut eſt illud. Si quis in chriſto noua creatura. Item illud ut duo crearet in unū nouū hominē. Quamobrē qum ait facta ſunt in primi hominis ſuſtantia generatio dicitur. Creata ſunt autem in ſecunda per gratiā regeneratio. Quantū itaq; dei mandatū a ſimplici differe uerbo tantū creatio a generatio diſtat. Dominus diſſipat conſilū gentiū reprobat autem conſilia populorū. Expoſitio eſt hec precedentis. Cur deus in eum credentes creauit? quia populorū ſtulta diſſipat conſilia que per Idolatriā & uniuerſam uanitatem habuerunt. Et reprobat conſilia principū. Poſſunt & ad dominice crucis referri tempus: quando illi quidem regem glorię ſupplicio adfecerūt. Per crucis namq; myſteriū humanitas renouata. In reſurrectione quoq; conſiliū gentiū diſſipatū & Pilati & militū & reliquorū qui ſe illa cede cōtaminauere. Improbata ſunt autem conſilia principū. Pontificum uidelicet & ſcribarū & regum populi. Reſurrectio namq; omnē eorum cogitationem diſſoluit. Si enim ſingulas ſcripturę hiſtorias percurras que deus aduerſus impias & infideles nationes excitauit facile inuenies ſecundū corporis ſenſum: quod eſt dictum: multam habere uim. Quando enim Ioram filius Achab regnauit apud Iſrael: tunc rex ſyrie Samariam obſedit ad eamq; cōpulit famē ut aſini caput Octoginta & Quatuor ſextarii fini columbini. Quinq; argenti dragonis emerentur. Sic itaq; dominus nouit gentiū cōſilia diſſipare. Quod autem improbat conſilia principū. In hiſtoria Achitophel didiamus quando Dauid dominum orauit dicens. Diſſipa domine conſilium Achitophel. Quando itaq; aliquem adrogantius magna minantem audiueris ac plagas mortes incomoda tibi intentantem reſpice cōtinuo in dominum diſſipantem conſilia gentium & populorum cogitationes improbantem. Conſilium domini in eternum permanet cogitationes cordis eius in generatione & generationem. Non ne uides gentium dogmata uanam hanc philoſophiam ſophiſmata diſertationes omnia diſſipata & inutilia iudicata: ſolamq; nunc euangelii ueritatem regnantem? Multa namq; in hominum cordibus conſilia ſed domini conſilium preualet ſtabili firmoq; dei conſilio ſtabile firmumq; cor parare oportet: quod nullo modo licebit niſi prius humanas ac paruas animi cogitationes a nobis abiecerimus. Quemadmodum enim qui in cera fingūt

Differētia inter creare & facere.

Nota.

Sub Ioram filio Achab fames ingēs in Samaria.

aut ſcribunt aliquid eam prius digerunt atq̧ complanāt deinde formas quas cu piunt imprimere ſtudent ſic item cor noſtrū quod diuina ſit ſuſcepturū eloquia planū rectūq̧ ac liberum a prauis cupiditatibus reddere oportebit. Cogitationes cordis eius in generatione & generatione. Duo teſtamenta per totidem cogitatio nes ac generationes uelle uidetur ſignificare. Prima namq̧ cogitatione primum accepimus. Altera uero ſalutarem chriſti doctrinā prebuit. Beata gēs cuius eſt do minus deus eius populus quem elegit in hereditatem ſibi. Nemo enim beatum facit Iudeorum populū ſed eum populum qui ex omnibus melior electus. Nos autē ſumus gens cuius eſt dominus deus noſter. Nos item populus quem elegit in hereditatem ſibi. Gens quidē quia ex multis congregata eſt nationibus: popu lus uero quia contrario expulſo populo ſit uocatus. & quoniā multi uocati pau ci uero electi beatū facit non uocatū ſed electū. Beatus igitur quem elegit. Que autē beatitudinis cauſa? an expectatio bonorū ęternorū hereditas? An ſecundū apoſtolū poſtq̄ plenitudo gentium ingredietur: tūc omnis ſimul ſeruabitur. Pri mum multitudinem gentium beatā facit. Deinde omnē ſimul Iſrael ſeruat. Igitur nō omnis ſed ſolū modo qui ad gratiā fuerit electus ſeruabitur. Ideo dicit popu lus quem elegit in hereditatē ſibi. De cœlo proſpexit dominus de prepatato ha bitaculo ſuo. Eos enim qui in propria manent animę dignitate & naturę uim ad ferunt cœlitus hoc eſt ſuperne adſpicit deus. Eos uero qui uitiis omnino ſubiciū tur non e cœlo ſed deſcendendo uidet. Clamor inquit Sodomorū & Gomorrę ad me uenit & peccata eorū magna. Deſcendam & uidebo & rurſus. Deſcendi ui dere ciuitatē quā edificauerūt filii hominū. Hic autē ait de cœlo proſpexit domi nus: uidit omnes filios hominū. Conſidera excelſam eius ſpeculā e cœlo uſq̧ ho mines intuentē ubicūq̧ fueris: quodcūq̧ geſſeris dei oculū proſpicientē habebis. Ex preparato habitaculo ſuo. Paratū eſt cōtinuo ad ſpectandū dei habitaculū om nis adſpicit filios hominū: nullus latitare poteſt: nihil ei impedimēto quin uide at uniuerſa nōn tenebre non parietes: tantūq̧ abeſt ut unumquemq̧ non uideat ut etiā corda q̄ ipſe finxit diligentius cōtempletur. Ipſum namq̧ cor purū rectū ſimplex nullo cōmixtū malo: ad imaginē ſuā abinitio creauit deus: poſtremo idē carnis cōtaminatione uariis ac diuerſis obnoxiū adfectibus nos ipſi cōſtituimus. Quoniā igitur cordiū eſt cōditor deus propterea oīa noſtra opa intelligit. Opera qdē dicimus etiā & uerba & cogitatiōes & demū uniuerſam hominis uitā: quali adfectu: quo ꝓpoſito qua mēte moueamur an hominibus magiſq̄ dei mandatis placere ſtudeamus ſolus uidet & intelligit. Nō ſeruatur homo p multā uirtutem Nō exercitus militaris nō ciuitatū menia nō peditū phalanx: nō equeſtris turma. Nō naualis muniminis preparatio regi ſalutē parit. Dñs.n. reges facit & euertit

& nulla eſt poteſtas niſi a deo cōſtituta. Seruata ergo rex, non per multam uirtutem ſed p diuinā gratiā ut & his uenis ſit ille apoſtolicus ſermo. Gratia eſtis ſeruati ſicut nec uillicus tantū ob diligentiā: partē agriculturę quātū ob augētē terre fructus deū excelſum adſequtur. Neq; itē q plātat eſt aliquid: neu q irrigat ſed deus q incremētū preſtat. Si ergo cor regis in manu dñi nō ob militarē potentiā ſed ob diuinū preſidiū cōſeruabitur. In manu autē dñi nō quilibet ſed qui regis appellatione dignus fuerit. Quidā regnū dixere legitimā eſſe prefecturā: uel in omnibus imperiū peccato minime obnoxiū. Nā q ſui cōpos imperioſuſq; eſt recte uocari rex poterit. Et gigas non ſeruabitur in multitudine uirtutis ſuę. Gigātem dicit eū q uiribus ac robore corporibus pręſtantibus utitur. Neq; igitur rex ex armis auxiliū ad ſalutē habet. Neq; itē fortis ſibi ad omnia ſufficere idoneus eſt. Infirma profecto & in ualida ſunt cuncta humana: uni dei potētie compata. Quo circa mūdi infirma eligit deos ut fortia cōfundat: & ex ore paruorū & lactentiū laudē perfecit ut inimicū & ultorē deſtruat. Dei namq; gratia maxime in pueris & ſenſu non adhuc utentibus effunditur. Fallax equs ad ſalutē: in multitudine autē uirtutis ſue nō ſeruabitur. Eicitur abuſu ſanctoꝝ equs. Ex quo nec in bellis Iſrael nunq̄ fertur equeſtrē habuiſſe exercitū. Nec ſanctoꝝ aliqs priuatim equo uti pulchrū exiſtimauit. Pharao equeſtri uſus exercitu & Senuacharim ſupbus equoꝝ multitudine narrantur. Quāobrē Pharaonis equm & aſcenſorē deus deiecit in mare & Senuacharim oēs equoꝝ aſſeſſores ſunt interfecti: unde lex p Moſem regibus mādat. Nō ſibi inquit equoꝝ multitudinē cōparent. In multitudine uirtutis ſuę nō ſeruabitur. Quādo.n. infirmor ait Paulus tūnc fortior ſum. Virum nāq; corporis munitio: ſaluti ſpūs eſt impedimēto. Ecce oculi dñi ſuper metuētes eū & alibi dicitur oculi dñi ſup iuſtos hic uero ſup metuētes eū. Quando nos dñm reſpicimus & ipſius maieſtati oculi noſtri ſunt intenti tūc uere illud dicimus. Vt oculi ſeruorū in manibus dominorū ſuoꝝ. Sic oculi noſtri ad dñm noſtrū. Tūc uidelicet ad noſtri curā & cōſiderationē oculū dñi trahimus. Et in his q ſperāt in miſericordia eius. Humilitatē deſcribit. Quomodo inqt aliqs in eius miſericordia ſperat? Is uidelicet q nō propriis uirtutibus: aut proprie fortitudini cōfidit neq; itē ex propria iuſtitia ſeruari exiſtimat: ſed tātū in eius miſericordia ſpē collocās illud ꝓpheticū tenuerit. Ecce dñs & merces eius parata reddere cuiq; ſecūdū opa eius. Ne quis itaq; ob labores oīno mergat aut ob iuſtitiā ſe ꝑcipitet ſed ſperādā dei miſericordiā ꝓmpto ſit aīo exiſtimetq; ob modici/breuiſq; laboris tolerātiā p grām dei & ſeruatoris nr̄i a morte ꝑpetua liberari & in fame nutriri. Anima nr̄a ſuſtinet dñm qa adiutor & ꝓtector noſter eſt. Exhortationē habet ad patientiā hic ſermo ut ſi qñ cōtingat nos ob ea q̄ ꝑter uotū eueniūt tur-

Quod equs ſanctis nō ſit in uſu.

bari/a dei & dñi nr̃i Ieſu Chriſti caritate minime diſcedamus: ſed totis uiribus aiaq; tota ſpe diuini auxilii rebus in aduerſis duremus. Quoniã in ipſo letabitur cor nr̃m & in noĩe ſancto eius ſpauimus. Hoc ſane conuenire uidet̃ cũ his q̃ in pſalmi principio dicit. Exultate iuſti in dño. Itẽ in dño lętabit̃ aĩa mea. Huic etiã illud apoſtolicũ q̃drare uidet̃. In his oĩbus ſup uicimus p eũ q nos diligit. Itẽ illud nõ ſolũ aũt ſed & gloriamur in tribulatõibus. Dicẽs.n. hic pſalmiſta. Aĩa nr̃a ſuſtinet dñm. Nõ uiolẽter neq; coactus ut in tribulatiõibus preſſus patiẽtiã oſtẽdit: ſed cũ gaudio erumnas & incõmoda p noĩe dñi nr̃i Ieſu Chriſti ſuſcipit. Nõ ſolũ inq̃t ſuſtinemus ſed in ipſo lętabit̃ cor nr̃m: & in noĩe ſãcto eius ſpauimus. Mihi tñ ſatis eſt xp̃ianũ nomẽ ut inimicoꝝ piculũ effugiã. Dei ſanctũ dicit̃ eſſe nomẽ nõ quod in ſyllabis tñ ui habeat ſanctitatis ſed quod oĩs dei ꝓprietas & cogitatio cõtẽplationũ de ipſo excellẽti modo quodã: ſancta uenerabilis & pura eſt. Fiat dñe miſericordia tua ſuper nos quemadmodũ ſperauimus in te. Vides quomodo ſcite ac prudenter orat: ꝓpriũ adfectum menſuram facit promptitudinis miſerationũ dei. Tãtũ inq̃t fiat miſericordia tua ſup nos: q̃tũ ſpes fiduciaq; te nr̃a preueniẽdo popoſcit. Omnis.n. ſpes noſtra in requiẽ tuã cõuertitur ut corpori humilitatis noſtrę reformato noſcamus hoc ipſum cõforme factũ corpori claritatis Chriſti cui gloria & imperium in eterna ſecula Amen.

IN PSALMVM XXXIII. PSALMVS DAVID QVANDO MVTAVIT OS CORAM ABIMELECH ET PROPTEREA DIMISSVS ABIIT. BENEDICAM DOMINVM IN OMNI TEMPORE.

PSalmi huius enarratio ad duo ſubiecta nos trahit. Inſcriptio ſiqdẽ parti a Dauid apud Nobe ciuitatẽ ſacerdotũ partim uero apud Geth ab Achis rege alienigenaꝝ geſta uidet̃ habere. Fugiẽs.n. Saulẽ Dauid ac eius ſe mãdato ſimulãs obtẽperare ad Nobe Vrbẽ ad Achimelech ſacerdotẽ uenit ubi fame cogẽte panes ꝓpoſitiõis. Inſup ad ſe tuẽdũ gladiũ goliat accepit: pfectuſq; inde in Geth Vrbẽ ubi Anchus ſiue Achis regnabat in ſeruos eius incidit q interſe dixere. Nõ ne hic Dauid rex terrę nõne huic cãtabãt p choros dicentes Saul pcuſſit mille & Dauid decẽ millia. Timuit aũtẽ Dauid/mutauitq; os ſuum. Cur autem titulus Abimelech nominat quũ Hiſtoria Anchus regẽ Getheorũ dicat: talẽ nos cauſã uarietatis cõpimus. Reges alienigenaꝝ oẽs cõi noĩe Abimelech uocabant̃ ꝓpriũ uero qlibet hẽbat ſicuti apud Romanos Cęſares & Auguſtos dici palã ẽ: alia uero alius noĩa. Et apd Aegyptios Pharaões. Nã & Ioſeph

Achimelech ſacerdos

Abimelech regis alienigenarũ uocati

Achis rex gentheorum.

ſub pharaone fuit & poſt quartã generationẽ tempore Moſis itẽ Pharao & regnante Salomone alius. Accepit inquit filiã eius Pharao & Hieremie tempore ſimiliter alius ſic & Abimelech temporibus Habraã legitur fuiſſe rurſus tẽpore Iſaac & nunc demũ ſub Dauid Abimelech memorat᷑ comune regni nomẽ Anchus uero ſiue Achis a geneſi nomẽ inditũ. Corã igitur Dauid ſuum mutauit os. Delatus eſt enim in manibus ſeruorũ ſtrepens labaſq; ad ciuitatis portas. Defluebant inquit Saliue eius in barbam & ait Achis ad ſeruos uidiſtis hominem inſanũ? Quare adduxiſtis eum ad me? An deſinit nobis furioſi? Dimittite illũ Abiit ergo Dauid inde & fugit in ſpeluncã odollã. Magnũ itaq; piculũ euadẽs Dauid deo ut eius ſeruatori gratias agit in hoc pſalmo dicẽs. BENEDICAM dominũ in omni tẽpore fugiens ex morte ſibi ueluti terminos uite pſcribit ſuãq; ipſius aĩam ad perpetuã diligentiã ſeruãdã auctorat ut nullũ ei tẽpus pꝛtereat: qn deũ laudet ac magnarũ paruarũq; rerũ initia cauſaſq; in eũ referat. Non extimabo inquit ex mea fieri diligentia nec caſu id cõtingere. Sed in oĩ tpe bñdicã dñm nõ ſolũ in rebus uitę ſecundis ſed etiã aduerſis. Hinc edoctus Paulus ait Gaudete ſine intermiſſiõe orate. In oĩbus grãs agite. Vides ne q̃ta uiri caritas? Nõ grauabat᷑ ob maloꝝ ſeriẽ ac multitudinẽ. Quod imprimis pꝛẽm olim & amicos & ꝓpinquos & poſſeſſiões reliquerit: ſed & in manus traditus & iã iã diſcerpẽdus nõ dixit uſq; quo hec mala: nõ ob inſtãtẽ laborẽ eſt territus ꝓbe noſcẽs quod tribulatió patiẽtiã opatur: patiẽtiã ꝓbationẽ ꝓbatio ſpẽ. Et nãq; q ꝓbe inſtitutus ẽ ac ſemel ad res ęquo aĩo pferẽdas ſeſe parauit: labores ueluti cibi ſunt qdã exercitatorii ac gimnaſia ad gloriã dei militẽ ꝓmouẽdũ. Quãdo uerbis petiti cõtumelioſis benedicamus: execrationẽ ſuſtinẽtes patimur: laborẽ tollerãtes grãs deo agimus. Turpe.n. nos in rebus lętis bñdicere: ſilere aũt in triſtioribus: ſed & tũc uberius eſt benedicẽdã plane cognoſcẽdo qd quẽ diligit dñs caſtigat: flagello cedit oẽm quẽ in filiũ recipit: Semp laus eius in ore meo. Videt᷑ rẽ difficilẽ polliceri ꝓpheta: quomodo autẽ dei laus in ore nr̃o põt eſſe qñ in uite factis uariis aut ſermonibus occupatur laudẽ dei in ore nõ habet quãdo itẽ dormit penitus ſilebit. Bibens quoq; aut comedẽs qũo deũ laudabit? Ad hec dicimus quẽadmodũ eſt os quoddã mẽtis intra hoiem quod ex uitę uerbo nutrit᷑ pane uidelicet qui de cœlo deſcẽdit. De hoc itaq; ore ꝓphete loquit᷑ os meũ apui & adtraxi ſpũm. Hoc itẽ nos dñs adhortat᷑ dilatatũ habere opottere ad copioſam uerborũ ueritatis ſuſceptionẽ. Dilata inq̃t os meũ & implebo illud. Poteſt etiã cogitatio de deo infixa ueluti ſemel impreſſa animę rationalis laus dei recte appellari ſemp in aĩa exiſtẽs: põt itẽ ſecundũ apoſtolicũ pceptũ ſtudoſus cuncta facere ad dei gloriã ex qua facta dictaq; ipſius oĩa uim laudis hñt. Siue.n. bibat iuſtus ſiue edat oĩa i dei

Os arcanum.

gloriā facit. Hoc dormiēte cor uigilat ut eſt in cāticis. Ego dormio cor meū uig
lat ut.n. bonoꝝ hoīum bona plerūq̧ ſūt uiſa: ſic reliquoꝝ phantaſmata i ſomnis
ebrię cogitatiōis ſunt ſignificatiōes. In dño laudabit̄ aīa mea nullus inqt meā ſcīē
tiā p quā a piculis ſum ſeruatus laudet. Nō.n. in uirture nō in ſapientia humana
ſed in dei grā eſt ſalus. Nō gloriet̄ inqt diues in facultatibus ſuis neq̧ ſapiens in ſa
piētia ſua neq̧ fortis in fortitudine ſua ſed i hoc gloriet̄ intelligēdo cognoſcēdo
ue domū deū ſuū. Si qs autē in pulchritudine corporis uel parētū nobilitate lau-
dat̄ nō in dño laudat̄ eius aīa ſed in magna conſtitutus eſt uanitate. Non enim
artes medię uerā hñt laudā. Gubernatores aut medici aut oratores aut Archite-
cti Ciuitates ędificātes uel pyramides ſeu labyrinthos uel alios ſumptus ędificio
rū ſupbos faciētes. Qui i his laudant̄ nō inquā i dño ſuā hñt aīam. Satis eſt no-
bis ad oēm dignitatē & exiſtimationē chriſtianos eſſe & talis dñi ſeruos cenſeri.
Non ne ſiquis regis alicuius miniſter erit gloriabit̄ in tale ſe ordine cōſtitutū ui
dere? Qui uero in dei ſeruoꝝ dignationē uenerit aliūde laudē ſibi exquiret?
ac ſi ad omnis excellentiā glorię & nobilitatis hec appellatio nō ſatis eſſet. In dño
laudabit̄ anima mea audiāt māſuete & lętent̄. Quoniā ſine bello inq̄ mea ſa-
lus parta eſt: ex ſola oris mutatiōe ut diuino auxilio deceptis inimicis audiāt mā-
ſueti quoniā & poſſibile his qui ſunt quieti tropeum excitare: & minime pugnā
tes imbelles uictores declarari. Lętētur itaq̧ qui meo exemplo māſueti ſunt. Ac
cepi.n. hāc ex deo grām ut māſuetus exiſtā. Memēto dñe dauid & omnis māſue
tudinis eius. Maxima omniū uirtutum māſuetudo. Ideo inter beatitudines poni
tur. Beati inqt mites quoniam ipſi poſſidebunt terrā. Illa enim terra cœleſtis hie
ruſalem non eſt bellatorum ſpolium ſed longanimitate & manſuetudine predi-
ctorum hominum ſperata hereditas. Idem.n. poteſt audiant manſueti & audiant
chriſti diſcipuli. Vult namq̧ dei rem miram ob beneficiū in eum collatum uſq̧
ad nos & tempora noſtra penetrare. Audiant inquit uentura ſecula & chriſti di-
ſcipuli futuri. Hos namq̧ manſuetos nominauit quibus dominus ait. Diſcite a
me quia mitis ſum & humilis corde. Qui enim mente quieti ſūt & ab omni ani
mi uitio liberi ut nullā in eorū cordibus perturbationem habeant. hi deniq̧ mi-
tes appellantur. Ideo Moſem ſacrum eloquium pręter omnis homines ſupra ter
ram manſuetum fuiſſe teſtatur. Magnificate dominum meum: conuenientem
chorum propheta in domini laudem ſibi adſumit. Neq̧ turbatus neq̧ tumul
tuoſus neq̧ ex carnis adfectibus Oeſtrum patiens mecū ſit ſed uos tantum man-
ſueti qui ſtabilitate firmitateq̧ morū ac trāquille cōſciētię cōſtituti eſtis: ſimulq̧
pigritiā atq̧ corporē ad obeūda ſpiritalia officia procul expellitis: uos inquā ma-
gnificate dñm mecū. Magnificat autē dñm is qui magno mētis propoſito letoq̧

animo & erecto ꝓ pietate labores tolerabit:quoniã qui magna cogitatiõe ac cõ-
tentione animi Creatoris magnificẽtiã cõſiderauerit ſine dubio tante ꝗ pulchritu
dinis conditorẽ ingenti cũ uoluptate ſpectabit:quãto enim quis magis in ſubli-
mitate meditationũ ac rationũ quibus omnia cõſtant & omnia reguntur ſeſe tol
lit tanto magis dei magnificentiã cõſpiciet:tantoq; in ſe ipſo deũ extollet. Quo-
niam itaq; nõ una mens nec unius hominis meditatio:neq; item breue tempus
ſatis eſt ad dei mirandorũ cõprenſionẽ.Omnis ſimul mãſuetos ad huius rei ſo-
cietatem cõuocat.Oportet enim otium omnino ab omni tumultu exteriore ad
eſſe & intra cordis arcana penetraliaq; quietẽ poſſidere illi qui in ueritatis contẽ-
platione uerſari cupit.Audis ne prophetã cõfitentem peccatũ? quid ait. Contur
batus eſt a furore oculus meus.Nõ ſolũ autẽ furor ſiue ira ſed cõcupiſcentia & ti
mor & inuidia oculũ animę cõturbat.Et demũ perturbationes oẽs & immode-
rati motus aciẽ perſpicacitatẽq; animi impediũt & quẽadmodũ oculis adfectis
ac turbidis uiſibilia diligenter deprendere nõ ualemus ſic ex corde adfecto ac in
uitiis & tumultibus occupato rerũ ueritatẽ cognoſcere non erit. Recedere igitur
a mundi occupationibus opus erit:nec per oculos neq; per aures aut alios ſenſus
alienas in animã cogitationes introducere. Inſurgentes enim inimici ex carnis
ſuperbia animã ſtrepentibus tumultibus & mortalibus cõplent ſeditionibus.Ex
quiſiui dominũ & exaudiuit me.Hec inquit audiant manſueti quod ego tempo
re illo difficili quando furor omnis eorum qui ſe uindicare uolebant aduerſus
me motus eſt:omniſq; manus cõtra me armata eſt.Cęterũ ego nudus & inermis
paratus ad oẽm ignominiã inimicis patebã tũc nec ob timorẽ mentẽ precipitem
egi nec de deo cogitatiões ꝑtermiſi. Nõ deniq; ſalutẽ ꝓpriã deſpaui ſed exq̃ſiui
dñm.Nõ.n.queuui tñ ſimplici quadã breuiq; ſpe exquiſiui:plus enim oſtendit
exquirere quam querere:quemadmodũ plus eſt perſcrutatio q̃ ſcrutatio ut defe-
Defecerũt p-ſcrutãtes per-ſcrutatione. ἐξερευνῶντες ἐξερευνήσεως
cerunt perſcrutantes perſcrutatione.Multam igitur quietẽ ac animi tranquillita-
tem ratio exquiſitionis expoſcit.Et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.
Omnis enim iuſti uita laborioſa eſt.Laborioſa itẽ & arcta uia que ducit ad uitã.
Multe quoq; tribulationes iuſtorũ.Idcirco apoſtolus ait in multis tribulati.Item
ꝑ multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ cœlorũ.Liberat.n.ex tribula
tione ſanctos deus quos quanquã ꝓbare cupit patiẽtiã tñ eis oportunã uirtutẽq;
prębendo non deſerit.Si enim tribulatio patientiam operatur: patientia proba-
tione/qui tribulationem detrectat probatione ſeſe priuat.Quemadmodũ nullus
ſine aduerſario triumphat aut coronatur.Sic neq; probatus apparere niſi per la-
bores poteſt.Ex omnibus ergo tribulationibus libera me.Ne queſo me ſinas tri-
bulari ſed cum tentatione fac uirtutis ꝓuentum:ut ualeam ſuſtinere. Adcedite

ad deũ & illuminamini & facies ueſtrę nõ cõfundentur. Hos.n.qui in tenebris & in umbra mortis ſedent. Hortatur ad dñm uenire ac radiis diuinitatis propinquate ut ex ipſius propinquitate ueritatis gratia fulgentis ſplendorem eius in ſe ipſos trahant. Sicut enim ſenſibile hoc lumen non omnibus ſimiliter oritur: ſed habentibus oculos & uigilantibus & nullo impedimẽto prohiberi ualentibus recte conſpicitur ſolis aduentus. Sic & iuſtitię uerũ lumẽ quod illuminat omnem hominẽ uenientẽ in hunc mundũ non omnibus eius ſplẽdorem prebet: ſed his tantũ qui recte erga deũ ſe habent. Lux inquit orta eſt nõ peccatori ſed iuſto. Vt enim ortus eſt ſol ſed nõ ueſpertilionibus nec aliis animalibus nocturnis: ſic & lux natura q̃dẽ ipſa fulgẽs & clara eſt non tamẽ oẽs claritatis participes exiſtunt. Sic & omnis qui male agit odit lucem & nõ uenit ad lucẽ ut eius opa nõ manifeſtentur. Accedite igitur ad ipſam & illuminamini & facies ueſtre nõ cõfundentur. Beatus q in die iudicii quãdo uenerit dominus illuminare abſcondita tenebrarũ & manifeſtare cõſilia cordiũ auſus erit ſub luce illa redargutionũ cõſiſtere: & in uitã reuertens intrepidus ac ſine uerecũdia: conſcientiam incontaminatam ac a uitiis liberã pręfefert. Qui uero male fecerint in probrum & uerecundiam & damnationem reſurgent. In ſeipſis turpitudinem & omnes peccatorũ latebras cõſpiciẽtes. Inſup quod ipſis tenebris & in igne perpetuo erit orribilius: uerecundia cooperientur: q̃a omnino ſuſtinebũt ueſtigia preteritorũ malorũ q̃ admiſerunt uelut aliquam indebilẽ eorũ memorię pmanentẽq; maculã ante oculus habẽtes. Paucorũ enim eſt ad uerã lucem accedere & manifeſtari uelle intrepidumq; & ore & animo cõſtãti examen geſtorũ ſubire. Hic pauper clamauit & dominus exaudiuit eum. Non ſemper laudabilis paupertas ſed ex electione ſumpto euangelicoq; pręcepto. Plures nãq; re pauperes: Diuites uero ac auari ſunt animo quos non egeſtas ſeruat ſed animus condemnat. Non enim q omnino eget beatus ſed qui omnibus orbis theſauris dei mandatũ pręfert/ac potius exiſtimat. Hos & dominus beatos dicit. Beati inquit pauperes ſpiritu. Non autẽ pauperes ob egeſtatem tantum ſed paupertatem animo complectentes. Nihil enim ex his que non ſponte dignius beatum. Quod uirtus omnis & ipſa preſertim in uoluntate conſiſtat. Hic itaq; pauper clamauit: uoce indicatiua ad pauperem ſecundum deum eſurientem & ſitientem & inuidum tuam mentem conuertere conatur. Hic inquit pauper quaſi digito oſtendens. Hic diſcipulus chriſti qui diues natura exiſtit quoniam ſunt patris eius qui propter nos pauper fuit ut nos eius paupertatis diuites eſſemus. Omnis enim actiões que nos ad beatã uitã perducũt auctor ipſe primus dominus fuit ac ſeſe diſcentibus exemplũ prebens ad eas quas ipſe nominauit beatitudines reuocauit quorum preceptiones & exempla ſi queris euerbo

Non ſemper laudabilis paupertas.

primũ manantia reperias. Dicitur enim primũ Beati mites: quo nã modo hanc
manſuetudinem diſcemus? Diſcite a me qui mitis ſum & humilis corde. Beati
pacifici. Quis nobis pacis bonũ oſtendit? Ipſe pacis auctor & concilians. Duos
in unũ nouum hominem ac per ſanguiné crucis eius omnia ſiue in cœlo ſiue in
terris pacificans. Beati pauperes. Ipſe primus pauper eſſe humiliſq; uoluit formã
ſerui accipiẽs ut nos ex eius plenitudine acciperemus. Si quis itaq; a ſancto ac be
nigno ſpiritu ductus nõ ſibi faſtũ adſumẽs aut cõfidẽs ſed humiliãs ſeſe ut alios
exaltet: ſpiritu clamet: magna oret nihil indecens nihil humile ſapiat fragilia ca
ducaq; ſectando. Huius hominis clamor ꝓfecto exaudietur. Auditionis igitur fi
nis quis nã eſt? Ex omnibus tribulationibus incolumẽ ſeruari. Carnis ſuperbię
minime ſeruire aut addici. Quis inſuper modus per quẽ pauper liberatur? Immit
tit angelus domini in circuitu timentiũ eos & ſeruauit eos. Ipſe propheta expli
cat quẽ dixerit pauperẽ. Timentem uidelicet deũ. Quoniã qui timet in ordine
adhuc ſerui eſt. Caritate autẽ ꝑfectus ad filii dignitatẽ accedit. Ideo & ſeruus &
pauper dicitur is qui nihil propriũ habet. Filius autẽ iam diues ob paternam he
reditatẽ. Immittit ergo angelus domini in circuitu timentiũ eum. Omni namq;
in christũ credẽti angelus adſiſtit niſi nos illũ ob noſtra peccata abſterreamus: ue
lut enim fumus apes fugat & fetor columbas expellit: ſic angelũ uite noſtre cuſto
dẽ tenebroſum fetulentũq; peccatũ. Si.n. in aĩa tua ea q̃ ſunt digna angelica cuſto
dia & mẽs diues ueritatis cõtẽplatiõe ac his oĩbus q̃ ſecũdũ uirtutẽ egeris tibi ad
ſint: ꝓculdubio cuſtodes & preſidia cõſtituet: tibi deus teq; angeloꝝ munitione
circũuallabit. Cõſidera igitur q̃ta eſt angeloꝝ natura. Quãdo toto exercitui & ho
minũ circuitui freq̃ẽti unus cõparatur angelus ob magnitudinẽ eius q cuſtodit
caſtra tibi munitiõeſq; ꝓbet deus. Te nempe angeli potẽtia ſecuritateq; uallãdę.
Hoc nãq; in circuitu ſignificat. Sicut.n. muri ciuitatis circũducti inimicoꝝ incur
ſus arcẽt. Sic & angelus a fronte & a tergo cuſtodit: & nihil utrũq; incuſtoditũ re
linquit. Propterea inquit cadẽt ab latere tuo mille & decem millia a dextris tuis;
ad te autem nullius plaga inimici adpropinquabit: quoniam angelis tuis man
dauit de te. Deinde ſequitur: Guſtate & uidete quoniam ſuauis eſt dominus. Si
enim dominus noſter uerus eſt panis & eius caro uerus cibus neceſſe ut volup
tas letitie panis per guſtũ nobis ſpiritalem propinquet. Sicuti mellis natura non
adeo uerbo perſuaderi his qui minime ſunt experti quantum ipſo guſtu cogno
ſci poteſt. Sic nec cœleſtis uerbi bonitas clare preceptis: aut doctrinis tra
di poterit: niſi ueritatis dogmata penitus probantes: propria experientia do
mini bonitatem deprehendere poſſumus. Guſtate dixit & ſaturamini quo
niam nunc ex parte cognoſcimus & per ſpeculum in enigmate uidemus.

Veniet autem quandoq; tempus quãdo huiuſcemodi caritatis guſtus arraboq; ad perfectam ueniet ſatietatem. Quemadmodũ hi qui adfecto ſtomacho & ſine guſtu cibos reſpuentes a medicis curantur ad petentiam aliquo cibi condimento excitantibus ex quo ſenſus prouocatus continuo ad reliqua ad petenda facilo extendatur: ſic & in uerbo ueritatis. Ipſa nos experientia ad inſatiabile prouocat cõtinuo deſiderium. Idcirco ait guſtate ut beati eſtis ſemper retinentes ſitienteſq; iuſtitiam. Beatus uir qui ſperat in eum qui continuo in uerbi deſiderio in nulla re alia ſpem q̃ in domino collocat. Timete dominum omnes ſancti eius quoniam non eſt inopia timentibus eum. Niſi enim timor noſtram inſtruat uitam difficile ſane incorpore per ſancte agere. Confige inquit timore tuo carnes meas: uelut enim qui clauis confixa corporis membra immobilia retinent ſic diuino timore animam confixam habentes omnem peccati materiam & occaſionem facile uitabunt. Timẽti ergo non eſt inopia hoc ẽ: nulla eſt uirtus cui non ſufficiat his q timore correptus ab omni iniuſta ſe actione continebit. Perfectus autẽ is eſt qui nihil pulchri nihil boni humanę conueniens naturę agere pretermittit. Quemadmodũ enim is cui pars aliqua neceſſariorũ in uita defuerit in perfecto rei familiaris ſtatu non erit: ſic item qui unum tantũ deſpexerit mandatum non abſolutus in ea parte uidebitur. Perfectum autem qui ſumpſerit timorem: & omnia ob pietatem uereatur nec unũ quidem contemnat: officiũ aliqua in parte nõ deſerat. Is profecto inopiam non experietur quod ad omnia ob eunda ei timor ſuppeditabit. Diuites eguerunt: & eſurierunt: inquirẽtes autem dominũ non minuentur omni bono. Hic nos edificat ſermo & inſtruit ad corporis ſuſtantiam contemnẽdam diuitiarum ſpem fluxam atq; fragilem eſſe oſtendens. Opes enim dominós ſepe mutãt & quemadmodum unde a uentis exagitate huc illuc perfluunt. Vel diuitem dicit. Iſraelẽ populum quorum & adoptio & adoratio & promiſſiones: ex quibus deniq; patres. Hi. n. ob peccatũ in dñm admiſſũ eguerũt. Alii uero querẽtes dñm nõ minuẽtur oĩ bono. Quomodo aũt eguerũt & eſurierũt? Poſtq̃. n. panẽ uitę interfecerũt uenit ad eos panis inopia fameſue: & qñ inſidias terrę aquę uiuẽtis parauerũt uenit ad eos ſitis q̃ nõ ſolũ corpore ſunt paſſi obſidiõis tpe ſed & ſpiritu famem uerbi dei ſuſtinentes: eguerunt atq; & eſurierunt. Qui uero ex gentibus uenerunt diſcentes querere dominũ non minuentur omni bono. Perfectum bonũ eſt ipſe deus quo non minuẽtur ipſum querẽtes. Nemo. n. eruditus diſcrimen habẽs boni ac mali id quod terrenis oblectatiõibus occupatur bonum appellabit. Is enim qui diuitias & honores corruptiõi obnoxios in boni ordinem redigit uenerabile ac ſanctum & deo ſoli conueniens nomen ad res fragiles & nullus momenti traducit ſimulq; in durum incidit commutate rei

Comparatio

errorem:uel forte apoſtolos ſignificare uult & chriſti diſcipulos qui quamuis in rerum aliquarum inopia fuerint hoc bono non ſūt diminuti. Dominum enim exquiſiuerunt & eius comprenſione nequaquam exciderunt. Nam ęterna nunc requieſcentes requie fruuntur. Oblectatio namq; humana ſeu corporea plus habet ſepenumero doloris q̃ uoluptatis. Nuptię aut ſteriles ſunt:aut incertus liberorum euentus. Preterea iurgia lites uiduitates continent. Agricultura malos ſepe nuntios ſterilitatemq;. Mercatura naufragia. Diuitie inſidias. Sed & delitię & ſatietas & mollis uictus multos ac uarios ſecum trahunt morbos ac afflictionū uaria genera. Paulus qdem dominū inquirebat & nihil ei bonorū defuit:quanquā aliqs eius corporis erumnas numerabit quas per omnem uitā tolerauit. Ter flagellis ceſus:ſemel lapidatus:ter naufragiū paſſus:nocte & die in profundū maris In itineribus ſepe infame & ſiti. In ieiuniis in labore & erumna uſq; ad ultimū tempus. Quo nam modo bonis corporis non eſt diminutus? Sed animū ad ueri boni conſiderationem parūper dirige & ut ſcripture mentem deprendas & te ſententie dubietate minime decipias: Audite filii audite me timorem domini docebo uos. Vox eſt magiſtri amantiſſimi ac per uiſcera patria ad diſciplinam iuuātis. Nam & filius ſpiritalis eſt magiſtri diſcipulus. Quicūq; enim ab aliquo pietatis forma recipitur ſeu gignitur. Is profecto ab eo fingitur & in lucem educitur. Quemadmodū mulier pregnans q̃ in utero formatos geſtat infantes:unde Paulus omnem Galatarum eccleſiam ex prima excidentē diſciplina ueluti ueterno quodā & mentis ſtupore adfectam rurſus reſumens atq; inſtruens filios appellat & quoniā poſt dolorem eos iam collapſos erexit & ad officiū fidei reduxit dolore,ſe quoq; animo dixit ob eorū triſtitiā q exciderūt. Filii inqt quos iterū parturio donec formet̃ chriſtus. Igit̃ uenite filii audite me. Quid tandem nos pater ſpiritalis docere habet? Timorē inquit domini docebo uos. Quoniā ſupra iuſſit timeri deū & ex timore lucrū oſtēdit dicens quemadmodū non eſt inopia timētibus eū:nūc demū preceptionem aliquam nobis huius tradit timoris. Quod.n. ualere oporteat cuiuſuis uel idiotę fuerit dicere. Quomodo aūt ſanitatem preparare ac conſeruare oporteat:tantū eius q medici habet artem: Non enim omnis timor bonus aut ſalutaris. Eſt enim qdam quem propheta in anima refugere uidet̃ dicens. A timore inimici eripe animam meā. Inimici enim timor mortis nobis metū inicit perſonarū faſtus & potentiam terrere nobis perſuadens. Quomodo ergo hec metuens martyrii tempore poterit peccato reſiſtere & domino q p nobis mortuus eſt & reſurrexit ſatiſfacere? Quin talis potius timorē a demone procedentem retinebit. Deniq; timor huiuſcemodi infidelitatis filius eſſe uidet̃. Nam qui deum ut adiutorem fortiſſimum credit ſibi adeſſe: nullus uim inua-

De uitioſo timore

dentis p̄timeſcit:nec facile cōmouebitur. Timor enim ſaluatoris qui ad ſanctitatē deducit & animę diuinitus inſitus qualis exiſtat ſi cupis audire attende. Quādo forte ad aliquod te peccatū uideris paratū. Illud orribile & mandatum chriſti iudiciū cogita:in quo iudex in alto ſedens tribunali circūfuſos undiq; populos corā habebit. Adſtabitq; omnis creatura eius aduentū glorioſum exortēs rationē geſtoꝝ reddidura. Deinde qui multa in uita admiſerunt timidi ac triſtes apparebunt uicinū adſpicientes ignē ſtuas flamas reſpirantes ob malorū preteritorū penitentiā ingemiſcētes:ob ingentē dolorē & odiū ad omnis comune nocti adſpectibus equiperandi. Deinde barathrum & tenebras in adceſſas ignemq; obſcurā cauſticas alioquin uires habentē cōſpicientes. Inde uermiū ſerpentiūq; innumerabiliū genus uenenoſū ac carniuorū nūq̄ ſaturū intolerabiles dolores morſibus infligens. Poſtremo omniū duriſſimā pœnā probrū illud & uerecundiā ſempiternam. Hec tu timebis:hoc demū timore inſtitutus quodā quaſi freno tuā coibebis a prauis concupiſcentiis animā. Talē itaq; domini timorē nos pater ille ſe recipit docere. Non quidē eos qui audire negligunt & ab eo procul abſunt in peccata facile ruentes. Sed qui de ſalute propria ſolliciti a deuiis properāt doctrinā: non in quā hoſpites & peregrinos a fide utriuſq; teſtamenti:ſed q per Baptiſmū & adoptionē dei ſunt facti domeſtici. Propterea inquit Venite hoc eſt pro benefacta mihi uos redite ꝓpinquos. Filii lucis eſtote. Filii pro regenerationē dignati. Audite uos qui aures cordis patentes habetis. Timorem dn̄i docebo uos. Hunc quem pauloantē uobis deſcripſi. Quis eſt homo qui uult uitā diligit dies uidere bonos. Siquis inquit uult uitā:nō mortalē hanc animā qua uiuunt bruta ſed ueram uitā per mortem minime deficientē. Nunc ait apoſtolus mortui eſtis & uita noſtra abſcōdita eſt cū chriſto ī deo. Quādo.n.chriſtus apparebit: & uita noſtra. Igitur uera uita chriſtus eſt & noſtra in ipſo uita uera eſt felicitas. Similiter autē & dies quidā ſunt boni quos propheta promittit. Quis eſt homo qui uult uitā diligit dies uidere bonos. Mundi autē huius dies mali:quoniā dicit quod mundus totus in maligno poſitus. Nihil felix quod caſibus ſubicit uariis & finē eſt quādoq; habiturū. Partes huius mēſure ſunt dies ipſi propterea dicit apoſtolus. Redimentes tempus quoniā dies mali ſunt. Iacob item dies inqt Annorū meorum pauci admodū & mali ſunt. Igit nūc quidē in uita nō ſumus ſed in morte. Idcirco optabat Paulus dicens. Quis me liberabit a corpore mortis huius? Alia eſt.n.uita ad quā nos hic pſalmus uocat. Nunc quidē dies noſtri mali ſunt: qdā alii boni quos non eripit nox. Erit erit deus ipſorum lux perpetua luce inquam eos ſuę glorię illuſtrans. Ne itaq; qum bonos audieris dies hanc uitam putabis prophetam polliceri:breuiter namq; quos hic ſol facit perituri ſunt. Nihil.n.

Timendi iudicii pulchra commemoratio.

Dies boni & mali qui ſūt.

corruptibile illi qui perpetuus fuerit erit. Nã ſi anima immortalis: immortales item eius gratię fuerint. Si autẽ ad legẽ te cõuertis & hec umbrã futurorũ habet bonorum. Intellige quedã ſabbata dedicata ſanctaq; & ex perpetuis diebus. Ne omenię feſta & demũ ſpiritalẽ intellige legẽ. Prohibe linguam tuã a malo & labia tua ne loquantur dolum. Si enim inquit dies uidere bonos in uita cupis fac uitę mandatũ: Qui me diligit inquit & mãdata mea ſeruabit. Primũ autem mãdatũ prohibere linguam tuã a malo & labia tua non loqui dolũ. Peccatũ per linguam admiſſum promptũ eſt admodũ & uerſatile & multimodũ Iratus es: & lingua fulminat concupiſcentia teneris: Ad hanc lingua ante omnia preſto parata ueluti lena quedã & cõciliatrix ad peccandũ & rem ad uotum tuũ deducendam adeſt. Preterea lingue inſtrumento & armis quũ nõ uere ſed per ſimulationem loquaris: ad alios decipiendos uteris. Denicq; quid uerbis opus. Tota uita ex ea peccatis & erroribus contaminatur Scurilitas uaniloquẽtia: maledicta teſtimonia iurgia contentiones. Hec & alia innumerabilia ſunt linguę opera ſeu germina. Qui uero aduerſus dei gloriam atq; iuſtitiam latrant: alio quodã & grauiore oris piaculo ſe cõtaminant. Quoniã igitur ex tuis uerbis laudẽ aut uituperationẽ adſequeris prohibe linguã tuã a malo nec uana mendaciq; lingua iram tibi theſaurizabis. Prohibe item labia ne loquantur dolũ que tibi ſermonis inſtrumẽta ſunt data fac uacationẽ rei peſſime. Eſt autẽ dolus cõſiliũ occultum ac malum quo ſpetie boni ad decipiẽdos proximos utimur. Declina a malo & fac bonum Inquire pacem & perſequere eã. Elementa ſunt hec monitionũ ad pietatem iſagogica: linguam argutã continere: a doloſis cõſiliis abſtinere. Declinare a malo. Nõ.n.res perfecta tantum mala abſtinentia ſed ei qui ſecundũ uirtutẽ uiuere cepit abſiſtere prius a malo cõuenit: ut a mala uite conſuetudine liberatus ſic aggredi opus laude dignũ & in uirtute ſeſe exercere ualeat. Difficile nãq; bonũ attingere niſi omnino prius a malo abſtineas. Vt item difficile ſanitatem recuperare: niſi morbo prius liberatũ uel in calore uerſari eum qui protſus a frigore: non diſcedat. Hec.n.inter ſe reciproca ſunt. Sic item qui in uita eſſe probra exoptat ab omni uitę contaminatione ſe liberet oportet. Inquire pacẽ & perſequere eã. De hac dixit dominus pacẽ relinquo uobis pacem meam do uobis. Nõ ſicuti mundus dat pacẽ ego do uobis Inquire igitur domini pacẽ & perſequere eam. Perſequaris autẽ non aliter q̃ ad ſignũ currens ac brauiũ ſuperne uocationis. Superna.n. pax uera eſt quoniã quãto longiore tempore carni ſumus obnoxii multis & uariis pesturbationibus noſmet peſſundemus. Inquire itaq; pacem & a mundi huius tumultibus quãdoq; ſolui & ante omnia mentem habere tranquillam ac uitę ſtatum ſine fluctibus ſine periculis non prauis adfectibus commotũ: nõ a mẽ

Primum mãdatũ prohibere linguam

dacis ſectarum falſa perſuadentium aliquo modo diſtractum cuſtodire ut uerã dei pacẽ que ſuperat omnem ſenſum ualeat omnino poſſidere. Qui pacẽ inqrit: deum inquirit:qui pax eſt qui ue duos in unũ hominẽ nouũ cõſtituit faciens pacem & per ſanguinẽ crucis eius ſiue in cœlo ſiue in terris cõciliãs. Oculi domini ſup iuſtos & aures eius in preces eoꝝ. Quemadmodũ ſancti corpus ſunt chriſti: & ex parte membra: & poſuit eos deus in eccleſia quidẽ ut oculos/illos uero ut aures:alios item manuũ:alios pedum habentes rationẽ. Sic & ſancte ſpiritales uirtutes circa cœleſtem uerſantes locũ aliquę oculi dicunt᷑ quibus cura noſtri committitur/nonnullę aures que noſtras excipiunt preces deoqꝫ referunt. Nunc autẽ noſtram uirtutẽ contemplatiuã: & precũ adiutricẽ oculos dixit & aures. Oculi ergo domini ſuper iuſtos & aures eoꝝ in preces eorũ: quoniã omnis iuſti actio digna ut adeo ſpectet᷑/ac cõſideret᷑. Et demũ omne uerbũ qum nihil ab eo otioſe dicat᷑ fructuoſum:utileqꝫ admodũ exiſtit. Ideo hic dicitur quod iuſtus continuo & uidetur & auditur. Vultus autẽ domini ſuper facientes mala ut perdat de terra memoriã eorum uultũ quidẽ dici exiſtimo liberũ ac manifeſtum domini aduentũ ad iudicium. Ideo oculi quidẽ domini ut longe nos cõſiderantes adſpicere iuſtũ dicuntur. Ipſum autem uultũ apparere ad iniquitatis memoriam de terra delendam. Non enim dei corpus aliquod intellexeris abſurdum namqꝫ ut credas oculos quidem domini ſplendentes iuſtis. Vultũ uero improbis orribilem ac formidoloſum: quamuis nec oculi ſine uultu. Nec item uultus oculorũ ſit expers. Homo namqꝫ non uidebit dei faciem & uiuet. Angeli enim eorum qui ſunt in eccleſia puſilli cõtinuo faciem patris eorũ qui in cœlis eſt adſpiciunt. Ideo nunc quidem nos capere glorioſe manifeſtationis adſpectũ ob carnis debilitatẽ nos circũdantẽ: difficile ſane. Angeli uero quod nullum habeant ſimile noſtri uelamentũ nihil impediuntur quin glorie dei faciem iugiter cõtemplent᷑. Itaqꝫ & nos poſt q̃ filii reſurrectionis erimus tunc noſſe facie ad faciem dignabimur. Tunc & iuſti in exultatione diuini adſpectus lętabuntur. Peccatores uero diſperdendentur. Clamauerunt iuſti & dominus exaudiuit eos & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Iuſtorum clamor in occulto & penitiore corde uocem habet admodum magnã & ad aures dei penetrare ualentem. Qui enim magna petit & de cœleſtibus orat. Hic demũ clamat & perceptibilẽ deo mittit orationem. Clamauerunt itaqꝫ iuſti: nihil ignobile nihil terrenũ nihil humile quę ſiuerunt: propterea ipſorum uocem ſuſcepit dominus & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Non tantum a rebus duris liberans: quantum meliores ob ea que contigerunt pręparans. Prope eſt dominus his qui tribulato ſunt corde & humiles ſpiritu ſeruabit. Sua nempe bonitate dominus prope eſt omnibus procul au-

tem noſmet facimus & ab eo peccati cauſa remouemus. Ecce inquit qui elongāt ſe abſte peribunt: propterea Moſes deo propinquare dicitur & ſiquis alius ei ſimulis ob fortia probaq̧ facta deo ſe proximum facit. Hic ſermo contra uaticiniū aduentus domini ad iudiciū uidet̃ eſſe nec precedēti cōcordare. Ibi namq̧ dicit̃ uultus domini ſuper facientes mala: hoc eſt manifeſtatio ipſius ad iudiciū aduētuſq̧ ad euertendum omnem iniquitatē fiet. Hic uero prope eſt dominus his q̄ tribulato ſunt corde. Aduentū domini primū uaticinatur adpropinquantem iā nec longe remotū. Quod quidē ex ſimili ferre ſententia Eſaię credibile tibi fiat. Factus eſt ſpiritus domini ſuper me cuius gratia unxit me: euangelizare pauperibus miſit me: ſanare tribulatos corde/predicare captiuis remiſſionē & cecis uiſionem. Quoniam enim medicus tribulatorum corde eſt miſſus. Prope inquit eſt dominus uobis dico humilibus & propriū deponentibus faſtū prope adeſt iam iam uos adfecturus gaudio & ſpe magna expectantes ad longanimitatem deducturus. Cordis namq̧ tribulatio eſt humanarū cogitationū interitus. Quicunq̧ enim res preſentes deſpexerit ſeq̧ uerbo dei addixerit & ſuperiorem eius rationē his que ſupra hominē & longe diuiniora ſunt tradiderit. Hic demū eſt qui tribulato eſt corde. Idq̧ ſacrificiū offerens minime contemnitur apud eum qui cor cōtritum & humiliatum non deſpicit. Prope eſt dominus his qui tribulato ſūt corde & humiles ſpiritu ſeruabit. Qui enim nihil habet faſtus: nihil in rebus ſupbie aut cupiditatis hic deniq̧ tribulato eſt corde & humilis ſpiritu. Eſt item humilis alia quadā & diuerſa humilitate. Is qui in uia peccatorū ambulat: quod peccatum maxime oīum humilē abiectumq̧ reddat. Quemadmodū in hiſtoria regum legimus. Deus humiliauit Thamar filiā Dauid ob amiſſam uirginitatē ac in ſtupro cū Ammon frate depreſſam. Quicūq̧.n. anime pulchritudinē ſublimitatēq̧ ad humū ob peccatū deiecti amiſerunt & humi ſerpentiū more repentes ſe deiciunt ut nullo ſe pacto erigere: aut antiquo decori reſtituere ualeant: Hi demū humiles redduntur non tamen ſpiritu. Non enim laudabilis hic humilitas. Qui uero per ſpiritus ſancti gratiā ſeſe inferioribus ſubiciunt cum apoſtolo dictitantes. Omniū ſe ſeruos omniūq̧ peripſema. Et rurſus ut mundi purgamenta facti ſumus qui ſpiritali utentes humilitate cunctorum ſe faciunt poſtremiſſimos. Vt omniū primi in dei regno appareant. Hos inter beatos ducit dominus dicēs Beati pauperes ſpiritu. Multe tribulationes iuſtoꝝ & ex omnibus his liberauit eos dominus. In omnibus inquit apoſtolus tribulati ſed non anguſtiati: caſtigati & non mortificati. Ideo multos dominus labores diſcipulis ſubeūdos predicit: ſed durandum atq̧ cōfidendum monet: qum ipſe mundum uicerit. Ex quo ſi quandoq̧ in morbis orbitatibus plagis ignobilitate omni deniq̧ egeſtate ac bonorū

Qui dicunt̃ tribulato eſſe corde.

Duplex humilitas iuſtorū & pctōꝝ.

Peripſematu. purgamenta ſcrobes.

amiſſione iuſtos homines conſtitutos uideris. Reminiſcere uerbi huius. Quod multe tribulationes iuſtoꝝ & ex omnibus liberat eos dominus. Qui autẽ dixerit quod uirum plane ſanctũ tribulatio non deceat nihil aliud dicit q̃ athletę nõ conuenire aduerſarium. Athleta enim minime certans quas habebit coronarum materias aut occaſiones? Quater enim in hoc pſalmo legimus quẽadmodũ bonos oleus ex tribulatiõe liberat. Primum quidẽ Exquiſiui dominũ & exaudiuit me & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Secundo Hic pauper clamauit & dominus exaudiuit eum & ex omnibus tribulationibus ſeruauit eum. Tertio Clamauerunt iuſti & dominus exaudiuit eos & ex omnibus tribulationibus eorum ſeruauit eos. Poſtremo Multe tribulatiões iuſtoꝝ & ex omnibus his liberauit eos dominus. Cuſtodit dominus omnia oſſa eorũ unũ ex his non cõteret. Sequemur ne ipſius dictionis ſenſum / an ſublimiorem cogitabimus? Et ſi oſſa hec intelligimus carnis iuſtorum fulcimentũ ut ob cuſtodiam eis a domino datam non conterantur uiuentiũ ne anima mortuorũ intelligimus? Nam profecto multa didicimus experientia iuſtoꝝ qui pro chriſti nomine ſupplicia pertulerunt uariis quandoqꝫ modis contrita & comminuta. Non nulloꝝ crura perfracta: capita abſciſſa: manus clauis cõfixe. Sed nequaquã hic oſſa extrinſecus notat. Vt enim homo etiam anima & mens humana dicitur ſic & membra ipſius ęqui uoce ad ea que ſunt carnis nominantur. Nam ſacrũ eloquiũ interioris hominis membra memorat. Quando dicit ſapientis oculi in capite ipſius hoc eſt prouidẽtia circũſpectioqꝫ occulta ſapientis & rurſus. Preceptum domini lucidũ illuminãs oculos. Quid opus dicere de eo quod ait. Qui habet aures audiendi audiat. Palam eſt quod ſpiritales dicat aures que uerbum dei diligentius attingunt ad eos autem. Qui non habent eas aures quid ait: Surdi audite & ceci reſpicite. Item os meum aperui & attraxi ſpiritũ & dentes peccatorum contriui. Dentes enim eas dicit uirtutes que cibũ ſpiritalem adminiſtrant ſimiliter & illud ponitur uẽtrem meum doleo & pes iuſti non offendit. Omnia namqꝫ ſimilia ſecundum interiorem capiuntur hominem. Sic quoqꝫ & oſſa in hoc loco aliqua erunt occulta in quibus uis coniunctioqꝫ & harmonia potentiarũ anime continentur & quemadmodũ oſſa proprio robore carnis mollitio ſuſtentant ſic & in eccleſia ſunt quidã qui ob propriã uirtutẽ atqꝫ fortitudinẽ debiliũ imbecillitates ferre poſſunt / & ſicuti oſſa interſe neruis ac muſculis per articulos iungi ſunt apta ſic ex caritate ac pace uinculum oritur quod inſitam quandam eiuſdẽ naturę uirtutẽ ſpiritaliũ oſſium in eccleſia dei cõſtituit. De his autẽ oſſibus a ſuorũ uinculorũ & articulorũ harmonia ſolutis propheta inquit. Diſſipata ſunt omnia oſſa mea ſecus infernũ. Si quãdo autẽ a cõturbatione conquaſſione ue adprendantur orans ait. Sana me

domine quoniā cōturbata ſunt omnia oſſa mea. Quando uero propriam ſeruāt harmoniā a domino cuſtodita. Vnum ait ex his nō cōteretur. Vbi demū dignū referri ab eis deo gloriam putat inquit Omnia oſſa mea dicent. Domine quis ſimilis tibi. Vides itaq; intellectiliū oſſium naturam. Sed hoc profecto eccleſia dicere poterit. Omnia oſſa mea dicent ſecundum reſurrectionis myſterium. Inquit enim ſcriptura dicit dominus oſſibus his. Ecce ego fero in uos ſpiritum uitę extēdam ſuper uos carnes & reducam in uos neruos & uiuetis & cognoſcetis quod ego ſum dominus. Hec itaq; oſſa redimentia uitam gratias ei a quo excitantur agentia dicent. Domine quis ſimilis eſt tui. Mors peccatorum peſſima probe additur mors peccatorū quoniam eſt quidā iuſtorū mors natura nō mala ſed bona. Qui enim cum chriſto ſimul moriuntur: in bona ſunt morte. Hi ſunt qui cum uitiis & concupiſcentiis ut ait Paulus carnem ſuam crucifixerūt. Peccatorum aūt mala quod hi ad pœnas & ſupplicia trahantur: quemadmodū ille diues qui induebatur purpura & byſſo & epulabatur cottidie ſplendide & qui oderunt iuſtū delinquent. Qui quod in delictis uiuant iuſtum habent odio & ueluti a recta declinantes uia comparatione melioris redarguuntur. Ex quo preterquā quod me tuēre obiurgentur iuſtum euitant: rurſus ob odiū & maliuolentiā in eos ſeſe pec-

Cur iuſtus habeat odio

catis inuoluunt. Multe namq; occaſiōes ob quas iuſtus odio habetur. Primum ob libertatē iurgandi aduerſantur dicta factaue reprendenti & ſanctum abominantur ſermonem. Pręterea ambitio primas obtinēdi partes & imperii cupiditas multos mouit ut meliores inſectentur: odioq; habeāt. Mors peccatorum peſſima uel omnem uitam mortem appellar ex pauli ſententia qui carnem hanc mortem uocat. Quis me liberabit a corpore mortis huius. Qui autem hoc corpore abutūtur & omniū ſcelerū miniſteriū atq; inſtrumentū id faciunt malam omnino ſibi preparāt mortē. Redimet dominus animas ſanctorū ſuorū & non delinquēt oēs qui ſperant in eo. Quoniā ſub aduerſarii poteſtatem redacti erant: hi qui domino ſeruiunt miſericordiā inuenientes eius pretioſi ſunt ſanguine redempti. Ideo nullis ſunt delictis obnoxii qui dei auxilium ac gratiam continuo ſperant.

IN PSALMVM XXXVII. PSALMVS DAVID IN RECORDATIONEM. DOMINE NE IN FVRORE TVO ARGVAS ME.

SAcrorum uoluminū ſermōes pręſertim iudiciales Chriſti tribunali referunt. Cōprendā inquit & cōſiſtā ante faciē tuā peccata tua. Sic itē reliqua ſobrie intelligamus. Et qñ diē atq; horā ignoramus qua dñs ueniet omni cōtentione animi eius ob tēperare mādatis ſtudeamus. Dñe ne infuro

re tuo arguas me neq; in ira tua corripias me. His uerbis ſextus quoq; pſalmus ſcribi uidet᷑. Reliqua itē q̄ ſecunt᷑ deinceps fere ſimilia ac propinqua exiſtunt. In illo.n.dixit eius oſſa eſſe humiliata & animā ingemitu ſuo laboraſſe additq; dicēs. Lauabo p ſingulas noctes lectū meū/lachrymis meis ſtratū meū rigabo: & his cōiūcta uerbis pſalmi preſentis quadrare uidētur:ubi dicit᷑. Nō eſt ſanitas in carne mea & nō eſt pax oſſibus meis a facie peccatoꝝ meoꝝ. Quoniā iniqtates meę ſupgreſſe ſunt caput meū:& ſic fere pſalmo toto ſuā deflet miſeriā. Miſer factus ſum & curuatus ſum uſq; in finē uehementer. Tota die cōtriſtatus ingrediebar. Sed inſcriptio ſexti talis eſt. In finē in hymnis ꝓ octaua pſalmus Dauid. In hoc uero nihil hoꝝ ſed hoc tantū. Pſalmus Dauid in recordationē. Hec.n.additio in recordationē quāta nobis ſuccurrūt dicamus. Videt᷑ autē mihi Dauid inter plures egregios pſalmos de admiſſo peccato penitentiā cōfitens proprie ꝑſentē elegiſſe in recordationē. Vt ſemp eū in ore ferret & eodē loco cantus in aīe ſue medicinā uteret᷑. Supplicationē igit᷑ deo mittit p q̄ auertit qdē irā cibus peccātibus paratā. Placat autē bonū dn̄m cū eminētiſſimę cōfeſſionis uocibus dicēs. DOMINE ne in furore tuo arguas me. Nō.n.ut nō arguatur:rogat ſed ne cum furore arguatur. Neq; in ira tua corripias me. Non item fugit corripi ſed in ira corripi ueluti ſiquis medici q paratus ſit p ferrū & cauteriū & amara remedia auxilium ferre in cura morbi alicuius dicat. Ne queſo per ignē neu p ferrum & inciſiones ſed per leues & faciles medicinas me cura. Talis.n.nō remediū omnino ſed laborē doloreq; remedii detrectat. Sepe enim dictū quēadmodū ira & furor dei qum in ſacris uoluminibus nominant᷑ nō adfectus ſignificāt:qum diuinitas ab omni prorſus pturbatiōe ſit aliena ſed metaphorice dicta ſūt ſicut & pedes & cetera membra que quidē ut hominibus utiliter adcomodant᷑ ſic audiētiū debilitati ac nature obſecūtur & peccatoribus pœnas ex dei iudicio patientibus qdē laborioſas uelut ex ira & furore īductas figurāt. Hoc & docet apoſtolus dicēs ſecūdum autē duritiē tuā & impenitens cor tuū theſaurizas tibi irā in die irę & reuelationis iuſti iudicii dei:qui reddet unicuiq; iuxta opa ſua ut ſiqs paratas ex lege homicidę pœnas irā & furorē nominet:nō uere lege furēte & iraſcēte ſed delinquētiū mulctas ac punitiones comprendente iram & qui pœnas contra impios adminiſtrant Demones & famulantes deo uirtutes exiſtunt. Tales quoq; ira furorq; nominate ſunt. Sic item dicitur in ſermone cantici egreſſionis contra ęgyptios. Immiſit in eos iram & indignationē & immiſſiones p angelos malos. Sic dextra dicitur dei ea que per dextras & bonas uirtutes dignis adminiſtrata ſunt. Orat itaq; Dauid ne p malas uirtutes arguatur ne ue per immiſſionē maloꝝ angeloꝝ corripiatur ſed p ſermones potius ſalutares & diſciplinas utiles / maxime

autē ſupplicat ne in diē irę & reuelationis iuſti iudicii dei reſeruetur: ſeſe paratū dicens in hac uita ante mortē pœnas dare peccatorū quod & adſecutus eſt/quemadmodū ex laboribus multis apparet quos ante obitū eſt paſſus & ex his pſertim diſciplinis: quas ipſe caſtigando modis quibus fatetur ſponte ſubiuit. Quoniam ſagitte tue infixe ſunt mihi & confirmaſti ſuper me manum tuā. Nō eſt ſanitas in carne mea a facie peccatorū meorū. Magnus enim athleta Iob omnis generis ſuſtinens penas nō ignorauit unde ipſi hec uenirent. Ideo dixit ſagitte tue domine in corpore meo ſunt quarū furor meū exauſit ſanguinē. Addit & cōfirmaſti ſuper me manū tuā. Iob etiam manus domini meminit dicens. Manus dūi eſt q̄ tetigit me & Diabolus ait domino. Mitte manū tuā & tange omnia quę habet & rurſus. Mitte manū tuā & tange carnes eius: & oſſa eius ſed alia quedam erat manus & alię ſagittę ipſius corporis ſuſtantiā penetrantes. Hic uero quoniā Dauid in ipſius anime morbū incidit alias in ipſum ſagittas cecidiſſe ſignificat & aliam manū eū attigiſſe. Ego uero has eſſe diuinos continentes ſermones uel potius ipſa dei uerba eius animā uulnerantia & conſcientiam cruciātia ſatis exiſtimo quoniam tantus uir qum eſſet & tot ex deo munera cōſecutus ſeſe ad indigna facinora perpetranda inquinauerit. He demū dei ſagitte. Per has etiā ipſum diabolū & ignea inimici tela ad amores incendentiā laſciuos & ad uxoris urię concupiſcentiam trahentia ſignificat. De quibus apoſtolus ait. Sumite armaturā dei ut poſſitis oīa tela ignea aduerſam extinguere. Quoniam uero inermis iuuentus Dauid telis huiuſcemodi minime reſiſtere potuit: iure animā uulneratus cōcupiſcentia captus eſt. Quemadmodū Iob diaboli tela: uulnera corpori inflicta deo permittente ſagittas domini nominauit dicens: ſagittę tuę domine in corpore meo quarum impetus meum bibit ſanguinem. Sic congruum fuerit hic Dauid ſagittas domini dixiſſe/quoniam eo permittente ab inimico aduerſus eum conualeſcente deceptus in peccatū ruerit ut dicere poſt hac diſceret: Domine nō cōmouebor in eternum. Huius rei gratia traditus tentatori qui animam eius attingens multo magis eum q̄ Iob adflixit. Sermones inſuper qui iuſtum iudicium ipſius & iram peccantibus paratam ſepe commemorāt/ac ipſam uulnerant & urunt conſcientiam profecto ſagittis acutiores exiſtunt. Sic itaq; puta Dauid ſacris his & diuinis telis petitum uere oraſſe ne per furorem argueretur. Ne uē per iram compare tur. Ne in furore tuo inquit arguas me neq; in ira tua corripias me. Quamobrē quoniam ſagittę tuę infixę ſunt mihi. Sagitte enim que me petierunt: ſatis adflixere ut non ſit opus alia ira furore ue mihi: quoniam ſagitte tuę infixę ſunt mihi uel ſecundum Symmachi editionem petierunt me. Et confirmaſti ſuper me manum tuam. Manum autem domini ipſum attingentem: eam intellige que

Sagitte domini qui ſunt.

Sagittę tuę infixę mihi: ſecūdum Symmachum petierunt me.

a Iob declarata eſt. Omnē nāq; domū dauid efundamētis dñi manus concuſſit. In primogenitū quidē eius Amonē ob amorē ſororis ob ſcenū irata Abſalonis demū fratris furorē ad eū interficiendū impulit. Abſalonem rurſus ad inſurgendum cōtra patrē excitauit. Reliquę item calamitates in hiſtoria regum narratę q̄ ipſius domui euenerūt ſatis oſtendūt tangentē dñi manū. Supplico ig:ł inquit ne alio furore arguar ne ue peiori corripiar ira. Nec ſolū hec ſed etiā ob ea deinceps narrat dicens. Non eſt ſanitas in oſſibus meis a facie peccatorū meorū. Ego inquit preueniens ne aliquis in me plaga extra corpus maiore animaduertat me ipſum caſtigaui & meam carnem per quā peccatū admiſi flagellis tradidi me puniendo multiſq; modis caſtigādo. Quod quidē p alios palā fecit ſermones. Humiliaui in ieiunio animā meā & caro mea alienata eſt propter oleū. Itē oblitus ſū comedere panē meū. A uoce gemitus mei adheſit os meū carni meę. Et lauabo per ſingulas noctes lectū meum lachrimis meis ſtratum meum rigabo. Sic itaq; & nunc ait. Nō eſt ſanitas in carne mea a facie irę tuę. Pro ira autem Aquila & Symmachus ſine differētia interpretati ſunt. A facie fremitus tui. Sufficit inquit mihi uerbum tuum ſcriptum & p ꝓphetā Nathan cōminatio. Ideo a facie fremitus tui me ipſum ita caſtigaui ut afflixerim meam carnē uehemēter & oſſa mea pacē a facie peccatoꝝ meoꝝ nō haberent: pro quo Symmachus propter peccata mea interpretatur. Quoniā iniqtates meę ſupergreſſe ſunt caput meum & ſicut onus graue grauate ſunt ſuper me. Putruerunt & corrupte ſunt cicatrices meę a facie inſipientię meę. Miſer factus ſum & curuatus ſum uſq; in finē. Quoniā ait hec a me patrata ſunt ob hec miſer factus ſum & curuatus uſq; in finē tota die cōtriſtatus ingrediebar. Per hec autē adducit ea que paſſus eſt & quēadmodum ipſe ſeſe caſtigauerit. Nō unum in ſe tantum accuſās peccatum ſed aceruatim multa & tanta ut non occulta ſint in eius anima neq; intra corpus lateāt ſed ipm ſupgreſſe ſunt adeo ut oībus iā manifeſta ſint. Ipſemet igił ſui ipſius accuſator primus exiſtit ut abſe iuſtū repellat accuſatorē ꝓueniēſq; oēm citatōem ipſe ſeſe cōdēnauit. Ex quo ora inimicoꝝ oīa clauſit ut aduerſus eum nihil dicere hērent. Docet itē nos hic ſermo ne mala nr̄a obticeſcere: aut uelare dēamus & ne ut qdam atramētum ac tabum p aīe ꝓfundum penetrēt cōſciētiā cauterio purgandā oſtēdit: quēadmodum in febre quę ſi altius ſerpat ad medullas morbum lōge ualidiorē facit. Si uero ab initio medicamētis occurratł ſpē declinatiōis ꝓbebit. Sic & aīe ſi adſit negligentia cōtinget. Quod Dauid in ſeipſo exptus docet dum ait. Et ſicut onus graue grauate ſunt ſup me. Ipſius.n. cōſciētiā ea q̄ auſus fuerat grauabāt adeo ob aī generoſitatē īgratitudinē erga Deū ferre nō poſſet Qui.n. durꝰ ac ptinax fuerit ſcdm eius cor īpenitēs theſaurizat ſibi irā ī die ire. Addens itaq;

A facie irę tuę.

A facie fremitus tui ut Symmachus & Aquila interpretantur.

peccatũ ſupra peccatũ & propria mala coaceruans peccator quando ad ſummũ uenerit uitiũ cõtemnit. Gratias autem ſi ſemel quandoq; offenderit ac ex aliqua diaboli ſuggeſtione labauerit/grauiter ſibi cõſcientia pelſundari uidetur. Vt nõ ęquo animo quod admiſit tacere aut occultare ualeat. Ex abundantia enim cordis os loquitur ait prouerbium. Ex quo minime ſiluit propheta labores ſuos dicens. Et ſicut onus graue grauate ſunt ſuper me. Palam eſt autem quod iniquitates meę rurſus putruerunt cicatrices meę a facie inſipientie meę. Inſipiẽtiam ſtultum ſuum factum nominat ab inſipientia procedens. Omne enim peccatum per ſtultitiã fit uirtus autem prudentia eſt. Omnia ſecũdum ipſam laude ſunt digna Sed & ea que per prudentiã fiunt: ſanitatem animę gignũt. Stultia uero & uulnera & cicatrices inicit. Qui igitur in peccatis durant ſecũ gaudẽtes/ ac uoluptatem capientes porcis cõparari poſſunt ſeſe in limo uolutantibus. Qui uero ſemel lapſus fuerit/deinde ſeſe noſcens caſtigauerit ut impurũ ac putidum abominabitur. Tale igitur quid ſe paſſum eſſe Dauid cõſcientię ſanitate reſipiſcẽs fatetur dicẽs. Putruerunt & corrupte ſunt cicatrices meę a facie inſipientię meę. Quoniam igitur multiplicate iniquitates meę ſupergreſſe ſunt caput meum & ſicut onus graue grauate ſunt ſup me & putruerunt & corrupte ſunt. Huius rei gratia curans me ipſum miſer factus ſum & incuruatus ſum uſq; in finem & nõ ad unum diem/neq; ad breue tempus ſed tota die contriſtatus ingrediebar. Secundum uero Symmachi interpretatiõem. Triſtis ambulabã: nõ autẽ lętus aut ſuperbus in his que admiſi: nõ quemadmodum rex elatus ac nulli ſubditus iudici. Verũ ob metum fremitũq; tuũ tota die cõtriſtatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſiõibus & nõ eſt ſanitas in carne mea. Adflictus ſum & humiliatus ſum nimis rugiebã a gemitu cordis mei. Dñe ante te oẽ deſideriũ meũ & oſſa mea abſte nõ ſũt abſcõdita: huius rei grã curãs me ipm miſer factus ſum & incuruatus ſũ uſq; in finẽ & nõ ad unũ diẽ neq; ad breue tẽpus ſed tota die cõtriſtatus ĩgrediebar. Secũdũ Symmachi interpretationẽ triſtis ambulabã. Nõ autẽ lętus aut ſupbus in his q̃ admiſi. Nõ quẽadmodũ rex elatus ac nulli ſubditus iudici uerũ ob metũ fremitũq; tuũ tota die cõtriſtatus ingrediebar. Quoniã lumbi mei impleti ſunt illuſionibus & nõ eſt ſanitas in carne mea. Adflictus ſũ & humiliatus ſũ nimis rugiebã a gemitu cordis mei. Dñe ante te oẽ deſideriũ meũ & gemitus meus abſte nõ eſt abſcõditus. Nã ubi dicit lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, Aquila interpretatur impleta ſunt latera mea ignominia. Ob hoc itaq; in memoriam ueniens eius turpiſſimi facti qum pars anime ſenſitiue doleret hec dixit. Putruerunt & corrupte ſunt cicatrices meę a facie inſipientię meę. Sed cur putruerunt addit dicens. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus uel mauis.

Contriſtatus ingrediebar: Triſtis ambulabam ſecundũ Symmachum.

Lũbi mei impleti ſũt illuſionibus. Latera mea impleta ſũt ignominia ſecũdũ Aquilam.

dicere latera mea ignominia. Innuit ex hoc turpis facti genus. Deinde ſeſe increpans ait. Non eſt ſanitas in carne mea Quando quidē lumbi mei impleti ſunt illuſionibus. Ideo ait in penitentiā ueniens: meam carnē caſtigo pleƈtoq;. Quamobrē non eſt ſanitas in carne mea: ut ſi in iuſtitiam reuertens poſſim quādoq; dicere. Si exterior homo noſter corrumpatꝛ. Interior tamen renouatur de die in diē ut apoſtolus dicebat. Superius ait nō eſt ſanitas in carne mea ut ſi in iuſtitiam reuertens poſſim quādoq; dicere. Si exterior homo noſter corrumpatꝛ. Interior tū renouatꝛ de die in diem ut apoſtolus dicebat. Supius ait nō ſanitas in carne mea & non eſt pax oſſibus meis. Deinde ait adfliƈtus ſum & humiliatus ſum nimis. Hoc.n. pauloante in aliā ſentētiā dixit. Miſer factus ſum & curuatus ſum uſq; in finem. Proprium eſt hominum prudentium in peccatis & rebus turpibus nō efferri aut gloriari ſed potius erubeſcere & cōſcientię ſtimulis tangi ac humilem ſe gerere. Dauid igitur poſt hec ait. Rugiebam a gemitu cordis mei uel ſecundum Aquilam a fremitu cordis mei. Non enim ut multis manifeſtus fiam ore tantū fateor ſed corde ipſo clauſis oculis tibi ſoli reſpicienti arcana: mecum ipſe lugens meos oſtendo gemitus. Non enim multis uerbis mihi opus ad confeſſionē ad q̄ & cordis mei ſuſpiria: & ex anime penetralibus imis ad te deū meum iterati queſtus ſatis exiſtunt: Sed & deſideriū meū de mea ipſius ſalute coram te deus meus pulchrū admodū uideri poteſt. QVando uero praue concupiſcētie patrator fui. Non corā te meū deſideriū fuit. Nunc ego cuncta faciens: que ad humilitatē ſpectant & ex corde imo lugendo & te deū meum & mei luƈtus tu cauſam minime ignoras. Noſti.n. quod ſuſpiria tuam decentia humanitatem emitto quoniā nō mortem ſed penitentiam peccantium expetis. Ideo ait & gemitus meus abſte nō eſt abſconditus. Cor meum turbatum dereliquit me uirtus mea & lumen oculorum meorum & ipſum non eſt mecum. Amici mei & proximi mei aduerſus me ad propinquauerunt & ſteterunt & qui iuſta me erant de longe ſteterunt: & uim faciebant: qui querebant animam meam & qui inquirebāt mala mihi locuti ſūt uanitates tota die meditati ſunt. Hic facile apparet cur in inſcriptione tituli in recordationem fuerit adpoſitum. Nam memoriam eorum que iam diu ipſi euenerunt: repetit. Docet.n. ea in quibus ruens in peccatū fuit. Cuius gratia oēm hāc cōfeſſionē edidit dicens. Miſer factus ſum & curuatus ſū & cōtriſtatus ingrediebar & humiliatus ac rugiebā a gemitu cordis mei. Ad hec omnia uenio. Quoniam tempore aliquo cor meum cōturbatū eſt & dereliquit me uirtus mea: & lumen oculorum meorum & ipſum non eſt mecū. Tempore enim inquit peccati pars animę rationis particeps prauo cōfuſa adfeƈtu: & tenebris ab eo q̄ peccati fuit impulſor obduƈta modicum non ſuſtinuit/adeo ut in inſipientiam incideret.

Ideo ſuperius dic Putruerunt & corrupte ſunt circatrices meę a facie inſipientię meę. Conturbatū itaq; cor eius quoniā in inſipientia fuerit:& a uirtute prudētie exciderit. Opus enim inſipientię facit. Tunc dereliquit eū uirtus eius. Nō enim amplius dicere ualuit ea ǭ Paulus gloriatur. Omnia poſſum in eo qui me potentem facit:qum a cōcupiſcentia ſit uictus & ſine fortitudine inuentus. In his enim qui ſecundū uirtutē agunt ſpiritus admodū promptus eſt caro autē infirma. In his uero qui iuuantur a uitio caro quidē ingens ac ualida reperit́ anima uero infirma & debilis. Tunc igit́ qum peccauit cor meū conturbatū eſt & dereliqt me uirtus mea alia quoq; mihi dura euenerunt. Lumen oculoꝶ meoꝶ hoc eſt. Hoc eſt propheticus ſpiritus ipſius anime adſpectum inluſtrans:& ipſum nō erat mecum. Dereliquerunt me ac abierunt/quoniā in maliuolam animā non introibit ſapientia nec in corpore ſubiecto peccatis. Sanctus enim ſpiritus diſciplinę fugiet dolū & a cogitationibus inſipientiū diſcedet. Hic ergo abieris Dauid uacuū reliquit poſt uero eius cordis turbationē & animę debilitatē. Lumen oculorū ipſum deſolatum orbumq; reliquit:ſic & illi qui prius erant amici & proximi eius omni tempore cum eo uenientes ipſum deſerētes longe ſteterūt flētes ut fas erat amici calamitatem. Quidā autem erant qui in bonis eius primis gaudebant. Angeli uidelicet boni & miniſtri dei in hominū ſalute lętari adſueti. Nā & ſup peccatore penitente gaudiū in cœlis oritur & angeli dn̄m timentes eū fouent ac tuētur. Hi deniq; ſunt omnes Dauid amici qui tempore ipſius peccati ſeſe auertentes diſceſſerunt nō tamē eū omnino deſeruerunt. Longe alioquin ſtantes dolebant:quod & ipſemet docet dicens. Amici mei & proximi mei aduerſus me ad propinquauerunt & ſteterunt:& qui iuxta me erant de longe ſteterunt. Quibus procul factis quidā aliis qui peccato cauſam dederūt prope me cōſtiterunt: uim anime meę attulerūt. Ideo ſubdit & uim faciebant qui quirebant animā meam & qui inquirebāt mala mihi locuti ſunt uanitates & dolos tota die meditabātur. Hi enim meū ſanguinem ſitientes & meā ruinam ſpectare cupiētes qum primū tempus uiderunt:quo me uirtus deſeruit & lumen oculorum meorum abſceſſit. Amicos inſuper meos qui iuxta me erant procul a me factos ſtatim inſiliētes aīę meę uim attulerunt:& ut maligni uanitates ſunt locuti hoc eſt uanos intra meā animā inicientes ſermones ſed & doloſa blanditia ac uoluptate me decipiētes & bonis apparentibus inuitantes tandem ad peccatū traxerūt. Ideo ſubdit & dolos tota die meditabātur. Ego autem tanq̄ ſurdus nō audiebā & ſicut mutus nō aperiens os ſuum & factus ſum ſicut homo nō habēs in ore ſuo redargutiōes. Poſtq̄ enim q meā q̄rebāt aīam inermē inuenerūt eā deluſere:meiſq; malis inſultauere. Deinde loquebātur uanitates & dolos tota die. Inſup qum me deſertū ab amicis

conſpicerem prę uerecundia non habui aliquid dicere ideo quaſi ſurdus non audiebã. Sed ego qui uir olim prudentiſſimus ac omni ſapientia probatus fuerã factus ſum ſurdus & ſicuti mutus non aperiens os ſuum. Nullus inquit mihi ſermo ad excuſationẽ erat. Non habebam aliqua inimicis dicere: ſemel ab eis uictus ſed eram ueluti homo non audiens nec habens in ore ſuo redargutiões. Arguebat ipſe & non redarguebar nec uim loquendi habebam uerecundia coopertus. Quoniam in te domine ſperaui tu exaudiſti me deus meus. Quoniã dixi nequãdo ſupergaudeant mihi inimici mei dum cõmouentur pedes mei ſuper me magna locuti ſunt. Hec. n. mihi euenerunt ideo factus ſum ſicuti ſurdus non audiẽs & ſicuti mutus nõ aperiẽs os ſuũ & ſicut homo non habens in ore ſuo redargutiones. Idcirco nihil aduerſus inimicos redarguam ut ab eis ſuperatus. Non attamen deſperaui Cogi rurſus me ipſum quemadmodũ ex morte deſiliens cõfeſſionis medicina meum ipſe ulcus meaſq́ cicatrices cognoſcens ex mea inſipientia reſipiſcere curari ne cupio rogoq́ ideo in te domiqe ſperaui. Non proprie cõfiſus uirtuti/nec aliã ullam preter te ſpem ante oculos mihi ponens ea que ſunt ſanitatis mihi preſcripſi. Quoniam ego ſperaui domine: ſpes non cõfundit quia tu exaudis & uolens miſericordiã tu es & non uis mortem peccatoris ſed ipſius penitẽtiam oro ut tuũ adſequar auxiliũ. Ne quãdo ſupergaudeant mihi inimici mei. Nondum enim omnino gauiſi ſunt. Gaudebũt autẽ niſi tuam attingam miſericordiam. Sed ue non ſupergaudeant mihi inimici mei qui iam prius dum commouerẽtur pedes mei in me magna locuti ſunt: ad te confugio & dico non confundar in ęternum neq́ irrideant me inimici mei. Et rurſus dico ad te domine clamabo ne ſileas a me & adſimilabor deſcendentibus in lacũ & reliqua que mihi in pſalmis diuerſis apud te dicuntur tibi ſupplicant: tuum implorant auxiliũ. Si enim maxime commoueri meos contigit pedes quo tempore cor meũ conturbatum eſt: & dereliquit me uirtus mea: & lumen oculorum meorũ & ipſum nõ erat mecum. Nõ attamen omnino excidi nec talẽ dedi ruinã/ qualem deficiẽtes a fide ſolent: quoniã eodem illo tempore pedes mei cõmoti & aduerſus me magna locuti ſunt inimici mei ut non nimiũ mihi inſultarent/ad te deum tanquã ad ſalutis patrem confugi ut qui labores hominũ prauoſq́ animi adfectus poſſis ac ſoleas curare. Quoniam ego in flagella paratus ſum & dolor meus in conſpectu meo ſemper. Quoniã iniquitatẽ meam ego cognoſco & cogitabo pro peccato meo ſemper Ab initio dicens. Ne in furore tuo arguas me: nunc ait quoniam ego in flagella paratus ſum. Non ergo iram ac furorẽ deprecatur ac detrectat qũ ſe paratum ad flagella dicat. Nouit enim quod quem diligit deus caſtigat: flagellat autem omnem filiũ quem recipit. Quamobrẽ generoſe flagella tulit que per

calamitates domeſticas poſt peccata ei euenerumt ut in regum legitur hiſtoria Et dolor meus contra me eſt ſemper. Multi.n.priorum peccatorũ obliuione capi untur/nullam eorũ habentes ratiõe & quaſi diuinam contemnentes miſericordiam nullis putant opus eſſe precibus ad deũ. Dauid uero dei tribunal continuo ante oculos habens ac ſibi perſuadẽs queadmodũ oẽs corã eo conſiſtere oportet ut referat unuſquiſq; ſiue bonũ ſiue malum quod geſſit in corpore ſuo in anxietate continuo conſiſtebat & hunc anime ſuę dolorẽ ſanare meditans ipſe ſeſe p confeſſionem deo accuſat. Ideo ait & dolor meus contra me eſt ſemper. Quoniã iniquitatem meã ego cognoſco & cogitabo pro peccato meo: fidelem animam & diligẽter inſtructam & bene de iudicio dei ſentientẽ huiuſcemodi uoces attingunt. Inimici autẽ mei uiuũt & cõfirmati ſunt ſuper me & multiplicati ſunt qui oderũt me inique: qui retribuebant mihi mala pro bonis detrahebant mihi quoniam ſequebar bonitatẽ. Ne derelinquas me domine deus meus ne diſceſſeris a me. Intende in adiutoriũ meũ domine deus ſalutis meę. Omnium inimicorum ſuorũ reminiſcitur: qui eũ ad peccatũ traxerũt. Orat ſupplicat dominũ ne ab eo diſcedat. Videbat enim aduerſarios etiã nunc eũ circũſiſtentes/nec contentos de prima in eum audacia. Ideo ſollicitus ne rurſus in eadẽ rueret inimici mei uiuũt inquit. Non.n.mortui ſunt ſed cottidie inualeſcunt plures contra me exiſtentes. Multiplicati ſunt qui me oderunt qui retribuunt mala pro bonis qui nondum deſinunt me calumniari/mihiq; detrahere bonam ſalutaremq; uiam perſequenti animę meę ſaluti inuidẽtes. Huius rei gratia oro obſecroq; ne derelinquas me domine. Solus enim aduerſus tantos reſiſtere nequaquam ualeo. Tu igitur deus ne diſceſſeris a me. Adiutor queſo & cuſtos meę ſalutis adſis.

IN PSALMVM XLIIII. FINEM PRO HIS QVI MVTABVNTVR FILIIS CORE AD INTELLECTVM CANTICVM PRO DILECTO. ERVCTAVIT COR MEVM VERBVM BONVM.

PSalmus hic perfectionẽ quandam humanę uitę ſimulq; utilitatem ac auxilium his qui ſecundũ uirtutẽ uiuere ſtatuerunt. Vt proficiẽtes ad propoſitũ quãdoq; finẽ ac ad perfectũ peruenire ualeãt tribuere uidet. Inſcriptionẽ habet in finem pro his qui mutabuntur hoc eſt pro hominibus per iphraſi quadam utens. Nos.n.preter omnis creaturas rationis particeps maxime cõuerſionibus ac mutationibus ſingulis fere horis obnoxii ſumus. Neq; enim corpore neq; mẽte idẽ cõtinuo ſimileſq; nobis exiſtimus. Sed corpus qdẽ noſtrũ

ſemp nouũ atq; diuerſum ex adſidua redditur mutatiõe uel a paruo ad magnũ creſcẽdo:uel a perfecto ad minus deficiẽdo. Nõ.n.idem eſt puer iã ad ludũ preceptorẽq; iens & probe ſe ad percipiẽdas diſciplinas habẽs/ ac illi qui nuper eſt natus. Alius rurſus ab hoc ephebus qui iuuenilia dignoſcere iam poteſt. Reſpectu itẽ huius alius uir factus & magnitudine & robore corporis. Qum uero i florẽ uenerit ętatis ad ſummũq; uigoris:rurſus ad deterius tẽdit habitu paulatim defluẽti & neruis corporis deficiẽtibus donec a ſenectute uictus & incuruatus ultimã uiriũ ſubtractionẽ ſuſtineat. Nos ergo hi ſumus q mutamur. Et profecto ſapiẽter nos hoĩes hic pſalmus p hãc uocẽ ſignificat. Nõ.n. Angeli mutationẽ patiũtur. Nullus.n.apud illos puer neq; adoleſcẽs neq; ſenex in quo abinitio creati ſũt ſtatu in hoc perpetuo remanẽt q ſtabili firmaq; natura perſeuerẽt. Nos autẽ cõtinuo mutamur quod quidem ſecũdũ corpus iam oſtẽdimus ſecũdum uero animã & interiorẽ hominẽ cõtinuo etiã ex rebus rerũq; euẽtibus ſentẽtias mutamus. Alii namq; ſumus in felicitate:& rebus proſpere ſuccedẽtibus alii uero ĩ aduerſis & ſi quid cõtra nr̃m acciderit uotũ. Mutamur itẽm in iracũdia ſtatũ quẽdam fermũ ſummẽtes. Mutamur & in cõcupiſcẽtiis inſtar brutorũ ob uitę uoluptates effecti. Equoꝝ naturam ſumimus quin p inſanã libidinẽ uxores uexamus alienas uir doloſus uulpeculę ſimilis reddit̃ quemadmodũ Herodes fuiſſe dicit̃ impudẽs uero carnis appellat̃ ſicuti Nabal Carmelius uides itaq; quãta in nobis mutatio:uarietaſq; exiſtat. Admirare igit̃ eũ q tam probe hãc nobis appellationem cõuenientem indidit. Nam mihi qdam ex his q ſacros libros cõuerterũt pulchre locũ tituli huius pſalmi fuiſſe interpretatus uidet̃: & eũdem ſenſũ per alia uerba expoſuiſſe. Nam pro mutãdis ſcripſit:pro liliis florem uidelicet preter oĩs alios cito pereũtem dignũ putauit:naturę humana fragilitati cõparari. Quoniã uero in futuꝝ tempus hec uox extenditur. (Dicitur.n.p mutãdis ueluti hac mutatiõe nobis impoſteꝝ apparitura.) Conſideremus ne forte reſurrectiõis nobis ſermonem innuat inqua mutatio nobis in melius ac plane ſpiritalis erit. Seminatur inquit Apoſtolus in corruptiõe:ſurget in incorruptiõe. Seminatur in debilitate:ſurget in uirtute. Seminatur corpus animale ſurget corpus ſpiritale. Videſne mutationẽ hãc deniq; oĩs creatura rationalis corporea patitur. Nã & cœli ut ueſtimentũ ueтereſcent & ſicut opertoriũ mutabit eos deus & mutabũtur. Tũc & ſol erit ſeptuplo maior ut ait Eſaias:& luna ut nũc eſt ſol amplitudine. Quoniã uero nõ oĩbus eloqa dei ſcripta ſũt ſed habẽtibus aures ſecũdũ interiorẽ hoĩem:mutãdis iſcripſit ut exiſtimo ſeipſos curãtibus & cõtinuo p pietatis exercitationũ magis ac magis pficientibus. Ipſa demũ eſt optima mutatio quã dextra facit excelſi quãue beatus Dauid ſciuit:qñ deguſtãs uirtutis bona priora cõdẽnauit. Quid.n.

De uitę mutatione pulchra ratio.

Pro liliis

Sol erit ſeptuplo maior: & luna ut ẽ nũc ſol

inqt uolui abſte. Et dixi nunc cepi hec mutatio dexterę excelſi. Ex quo is q ꝓſicit in uirtutē: nullū eſt tēpus quo nō mutet. Quādo.n. inqt erā paruulus loquebar ut paruulus ſapiebā ut paruulus cogitabā ut paruulus. Quādo autē ſum factus uir euacuaui q̄ erāt paruuli: metā ac brauiū ſupne uocatiōis ſum ꝓſecutus. Mutatio igit uera ac ꝓpria interioris eſt hoīs qui de die in diē renouat. Quoniā uero ꝓpheta noſter in hoc pſalmo nuntiaturus erat ea que dilecti ſunt q myſteriū incarnationis ꝓ illis ſuſcepit q hac gratia ſunt digni. Hūc edidiſſe cāticū filiis Core dicit. Canticū.n. eſt quoniā nuda uoce ſine muſici inſtrumenti harmonia cū uocis alioquin concinnę modo emittitur. Canticū ſcribit pro dilecto. Quem uero hunc appellet dilectū profecto dicā ſi prius illius euāgelicę uocis reminiſceris. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui ipſum audite. Dilectus.n. patri ut unigenitus. Creaturę autē omni ut pater humanus & bonus preſes. Idē autē natura eſt & dilectū & bonū. Ideo qdā bonū eſſe definiuerunt quod omnia expetunt. Nō.n. cuiuſuis eſt in caritatis re perfectū & uere bonū noſſe ſed eius q ueterē hominē: cōtaminatū cōcupiſcentiis exuere poteſt & induere nouū: ſecūdū creatoris imaginē. Ex quo ille q pecuniā amat & circa inquinatā corporis pulchritudinē: attonitus uagatur: & hāc gloriolā magnifacit/ad ueri dilecti ſpectaculum hallucinatur. Ideo dicit diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo & ex tota anima tua & ex omni mente tua. Hoc autē quod ex omni dicit diuiſionē non admittit. Quātū.n. dilectionis in rebus terrenis collocaueris. Tantū tibi ab hoc toto neceſſe fuerit ut demas. Ideo pauci ex omnibus dei amici appellati ſunt: quēadmodū ſcriptū eſt Moſem fuiſſe amicū. Amicus.n. ſponſi inqt euāgeliū ſtās gaudio gaudet: hoc eſt qui ſtabilē atq; immobilē in chriſtū caritatē retinet. Idcirco diſcipulis iam perfectis dn̄s ait. Non eſt ut iam uos ſeruos dicā ſed amicos. Quoniā ſeruus non nouit: que ipſius dominus facit: uere igitur perfecti & amici dei eſt dilectum noſſe. Nemo enim improborū aut ſtultorū amicus. Nā amicitie bonum/aut uirtus in prauū nequaquam cadit adfectum: quoniam nihil turpe aut in concinnū in amicitię concordiam uenire poteſt. Malum enim non ſolum bono eſt aduerſum ſed ipſum ſibi. Sed iam ad uerborum pſalmi ueſtigationem ueniamus.

ERVCTAVIT cor meū uerbū bonū. Nōnulli.n. exiſtimauere ex patris perſona hec dici de uerbo exiſtēte: apud eū in principio: quod uidelicet ex bono corde ait & ex uiſceribus produxit: & ex bono corde bonū uerbū proceſſit. Mihi autem uidet: ad prophetę referri pſonā. Nā que deinceps ſecunt ad patrē minime ptinere uidebunt. Neq; de lingua ſua diceret pater. Lingua mea calamus ſcribe uelociter ſcribētis: ſpetioſus forma prę filiis hominū. Non.n. pulchritudinis eius excellentiā hoibus compararet. Paulopoſt ait. Propterea unxit te deus deus tuus

oleo letitię. Nõ dixit unxit te ego deus ſed unxit te deus. Ex quo palã eſt quod alia ſit pſona loquẽs. Que autẽ hec ſit. Quid niſi prophetã dicere poſſumus; q in ſe ipſo ſancti ſpiritus uirtutẽ ſuſcipiens. Eructauit inquit cor meũ uerbũ bonum. Quãdo qdẽ eructatio occultus eſt ſpiritus ęſtum crapulę ad ſupni amoris deſiderũ erumpẽtis ſpirãs. Nutritus uiuo pane e cœlo deſcẽdẽte: uitã q̧ mũdo tribuẽte: refertus demũ omni uerbo quod pcedit ex ore dei ſecũdũ cõſuetã ſcripture tropologiã. Anima nãq̧ ſacris educata diſciplinis ſaturatã cibis cœleſtibus euomit eructationẽ. Quoniã ergo ſpiritalis erat optimaq̧ nutritio uerbũ bonũ ppheta eructauit. Bonus nãq̧ homo ex bono cordis ſui theſauro bonum pfert. Quęramus itaq̧ & nos ex uerbo cibũ ad animarũ noſtrarũ ſaturitatẽ. Iuſtus.n. inqt: explet animũ ſuũ ut ex his qbus nutrit nõ quodcũq; uerbũ ſed bonũ emittat, improbus uero prauis dogmatis paſtus prauũ corde uerbum eructat. Nõ ne uides qualia hereticorũ ora eructauit: q̃ dura & fetulẽta: quãtũ intus morbũ arguẽtia? Malus itaq̧ ex theſauro ſui cordis malum profert. Caue igit magiſtros tibi coaceruẽs q tuis pruriãt auribus q ue tuis uiſceribus morbũ inicere/ac prauorũ morbũ eructationẽ tibi miniſtrare ualeãt quorũ cauſa in die iudicii condẽneris. Ex uerbis eius inqt iuſtificaberis & ex uerbis itẽ cõdemnaberis: Dico ego opa mea regi. Hec nãq̧ ſententia ualde facit ut pphetice pſone uerba uideant. Dico ego opera mea regi hoc eſt cõfitebor iudicii. In meis nãq̧ factis accuſatorẽ preuenio quod mandatum accepimus. Dic tu tuas iniqtates primus ut iuſtificeris. Lingua mea calamus ſcribe uelociter ſcribẽtis. Sicut.n. calamus inſtrumẽtũ ſcribendi eſt ipm ſcire mouente manu ad eorũ ſignificationẽ que ſcribunt. Sic & iuſti linguã quã ſanctus moueat ſpiritus ęterne uitę uerba ardentiũ cordibus inſcribit/ tincta qdẽ nõ atramẽto ſed ſpiritu dei uiuẽtis. Scriba igit ſpiritus ſanctus quoniã ſapiens ac preter oĩs ueluciter ſcribit. Velox.n. dei motus eſt. Scribit itẽ nobis diſciplinas tabulis nõ lapideis ſed carneis noſtri cordis. Pro portione autẽ apoſtolorum cordibus. Nã plura pauciora ue occulta uel manifeſta ſecundũ puritatis preparationẽ cordibus inſcribere ſolet: ob celeritatẽ uero eorũ que ſunt ſcripta: plenus orbis terrarũ euangelii ppetuo factus eſt. Quod autẽ deinceps ſequit uiſum eſt mihi aliud habere principiũ & his nullo modo iungi que ſunt hactenus dicta ſed deinceps aliud exordiri. Spetioſus pre filiis hominum. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Ad nos.n. hec ſententia dicitur: ubi Aquila & Symmachus interpretantur. Pulchritudine ſpetioſus factus es prę filiis hominũ. Spetioſum.n. forma dominũ appellat eius innuens diuinitatẽ. Nõ.n. carnis pulchritudinẽ laudat. Nã ſcribit uidimus ipſum & nõ habebat ſpetiẽ neq; formã ſed eius ſpetiẽ ignobilẽ relique rũt prę filiis hoium. Palã itaq̧ eſt quod eius claritatẽ ppheta cõtemplãdo: fuerit

plẽdoribus animę refertus. Vnde admonitus ad diuinã ſpiritalis pulchritudinis
amorẽ exarſerit qua humanę aię facta manifeſta omniaq dẽ turpia ſordidaq; ap
parẽt. Ideo Paulus poſtq̃ formã ſpetioſum uidit Reliqua ut ſtercora putauit: ut
Ieſum Chriſtũ lucrifaceret. Qui.n.extra ueritatis uerbũ reperiunt: Euãgeliũ ſtul
titiã appellãt: humilitatẽ ſimplicitatẽq; ſacri eloquii omnino cõtẽnũt. Nos autẽ
gloriamur in cruce dñi nr̃i Ieſu chriſti qbus palã facta ſũt: p ſpũm omnia q a deo
ſũt cõdita: nõ qdẽ in ſublimibus humanę ſapiẽtię uerbis ſed humili ſermone lo
cuplete ex deo gr̃a nobis ad ueritatis cognitionẽ effuſa. Quamobrẽ breui tpe ad
oẽm orbẽ terrar̃ uulgata p̃dicatio. Diues itaq; & copioſa gr̃a euangelizantibus
quos labia xp̃i ꝓpheta nominat eſt diffuſa. Vnde illis aie gẽtiũ oĩum parauerũt:
& p gr̃am xp̃i fidei imobilibus ac ꝑpetuis cõprẽſę ſũt dogmatis. Ex quo ait Apo
ſtolus p quẽ accepimus gr̃am & apoſtolatũ ad obediẽdũ fidei. Et rurſus Abun
dãtius oĩbus illis laboraui. Nõ ego ſed dei gr̃a q̃ mecũ eſt. Diffuſa eſt gr̃a ĩ labiis
tuis: hac de cauſa benedixit te deus in eternũ. Scribit̃.n.in euangelio, Quemad
modũ admirabant̃ in uerbis gratię que ex eius ore ꝓcedebãt. Quamobrem ma
nifeſte Pſalmus gratię uerbor̃ dñi noſtri Ieſu chriſti oſtẽdere uolẽs. Diffuſa eſt
gratia in labiis tuis ait. Benedixit te deus in ęternũ. Manifeſtũ quod ad humani
tatẽ referre oporteat ſecũdũ quod & ſapiẽtia & ętate & gratia ꝓficiebat. Dilexiſti
iuſtitiã & odiſti iniquitatẽ ꝓpterea unxit te deus deus tuus oleo lętitię prę parti
cipibus tuis. Ex hoc ſane intelligimus quẽadmodũ unctiõis honor ei ob uirtutes
data ſit. Simile aũt huic & illud: quod Paulus ſcribit ad Philippẽſes. Humiliauit
ſe ipm uſq; ad mortẽ: mortẽ autẽ crucis: ꝓpter quod deus exaltauit illũ & dedit
illi nomẽ: quod eſt ſupra omne nomẽ. Ex quo palam eſt quod hec de Seruatore
ut homine ſcribunt̃: qm̃ eccleſia corpus eſt dñi & ipſe caput eccleſię quẽadmodũ
diximus labia eſſe chriſti. Eos q diuini uerbi ſunt miniſtri ſicuti Paulus in ſe chri
ſtũ habẽs loquẽtẽ & ſi qs illi uirtute ſimilis fuerit. Sic demũ reliqua corporis xp̃i
mẽbra uelut unus credẽtiũ ſumus. Qui ergo datã eccleſię benedictionẽ in dñm
refert nõ errabit. Benedixit te deus: hoc eſt mẽbra tua & corpus tuũ referſit ex ipſo
bonis in eternũ hoc eſt in infinitũ. Accinge gladiũ tuũ ſup femur tuũ potẽtiſſi
me. Spetie tua & pulchritudine tua. Putamus.n.in dei uerbũ tropice referri ut car
ni cõiungat̃. Quod eſt uehemẽs & penetrabilius oĩ gladio ancipiti ptingẽs uſq;
ad diuiſionẽ aie ac ſpũs cõpagũ: quoq; & medullar̃. Diſcretor meditationũ cogi
tationũq; cordis. Quoniã femur ſignũ eſt eius humanę genealogię. Ipſe inqt ſcri
ptura egredientes aie ex femore Iacob. Vita & uia & panis & uitis & uera lux &
alia multa dñs nr̃ Ieſus chriſtus nominat̃. Sic & gladius diuidẽs ptẽ aie ſenſitiue
& motus cõcupiſcẽtię perimeus. Deinde qm̃ deus uerbũ carnis debilitati: ſeſe cõ

iŭcturus erat: pulchre addit̃ potẽtiſſime: quoniã maxime potẽtię demõſtrationẽ
habet. Poſſe deũ in natura eſſe humana. Nõ.n. cœli & terrę globus & maris & ae-
ris & maximorũ elementorũ generatio & ſi qd ſupra mũdũ intelligit̃ & ſi qd ſub
terras uſq̃ repit̃ a deo diuini uerbi potentiã oſtendut̃ quãtũ incarnationis myſte
riũ ac uirtus & ad humilitatẽ uſq; debilitatẽq; noſtrã deſcẽſus manifeſtãt. Spetie
tua & pulchritudine tua. Speties a pulchritudine differt quod ſpetioſum dicit̃.
Id quod tpis oportunitati quadrat ac ſeruit ad ꝓpriã cõſequẽdã perfectionẽ: ὡραῖον καλὸν
quẽadmodũ ſpetioſum ſeu tempeſtiuũ frumẽtũ & meſſiũ tempeſtiuitas fructuũ
Quãdo ad maturitatis pfectionẽ p anni tempus & ad uſum uenit. Pulchrũ uero
eſt in membrorũ cõpoſitiõe & harmonia gr͂a uigens. Adcinge igit̃ gladiũ ſuper
femur tuũ potentiſſime ſpetię tua hoc eſt in tpis pfecti oportunitate. Et pulchri-
tudine tua ideſt cõtẽplabili tuę & intelligibili ueritati. Illud.n. uere pulchrũ quod
humanã oẽm excedit cõprenſionẽ tãtũq; cõtemplabile. Nõ uerũt autẽ ipſius pul
chritudinẽ eius diſcipuli qbus parabolas ſoluit & dedit noſſe regnũ cœlorũ: uide
runt & huius pulchritudinẽ Petrus & filii tonitrui in mõte fulgentẽ: ſupra ſolis
ſplẽdorẽ & exordia ipius glorioſi aduẽtus oculis cõprẽdere digni ſũt habiti. Intẽ
de inqt & pſpere ꝓcede & regna: hoc eſt miſſa cura ac diligẽtia carnis ꝑpetuã ac
nunq̃ deſiturã ſequere ſpũs ſuſtãtiã. Hec.n. & uiã & curſum pdicatiõi pbebit: &
oĩs tuo ſubiget impio. Nec mirũ tibi uideat̃ qd impatiue dicat ꝓcede ob ſcriptu-
rę cõſuetudinẽ hoc modo figurãtis ea q̃ optant̃. Nã & impatiue dr̃ fiat uolũtas
tua: & adueniat regnũ tuũ. Propter ueritatẽ & mãſuetudinẽ & iuſtitiã & deducet
mirabiliter dextera tua. Rurſus hic ſermo figurat̃ uelut in mercedẽ hec accipiẽte
dño ꝓcedere & regnare: ꝑ ueritate & mãſuetudĩe & iuſtitia. Opꝫ ãt ſic itelligerĩ: qd
poſtq̃ i mẽdacio ſũt res hũanę ut ſeras ueritatẽ. Regna ĩ hoĩbus peccato ſubiectis:
ut qũ tu ſis ipa ueritas & mãſuetudo oẽs exẽplo tuo in mãſuetudinẽ & bõitatẽ re
ducãt̃. Iõ dñs ait. Diſcite a me qa mitis ſũ & hũilis corde: qd nõ ſolũ uerbis ſed
re qdẽ oſtẽdit. Nã cõtumelia laceſſitus tacebat: uulnerat⁹ ſuſtinebat. Et deducet te
mirabiliter dextera tua. Nõ colũna nubis nõ ignis ſplẽdor ſed ipa tua dextera. Sa
gittę tuę acutę potẽtiſſime. Sagittę potẽtis acutę: ſũt cõcini ſmões: audiẽtiũ corda
feriẽtes: ac aĩas bñ iſtitutas penetrãtes uerba nãq; ſcripturę: ſtimuli ſunt boũ. Ex
quo pſalmiſta cupiẽs qñq; a doloſis hoĩb⁹ ſcdm gñationẽ liberari. In auxiliũ do
loſę linguę ſagittas potẽtis acutas exqrit. Querit itẽ carbões adeſſe deſolatorios.
Qui.n. has ſagittas ob cordis aliẽationẽ ac remotionẽ minime attigũt: his parata
mulcta q̃ carbões dſolatorios appellauit. Quicũq; ſe dei dſertores cõſtituũt aut ꝓ
cul ab eo ſe faciũt: his ãxietas & eſtus deſolatoriorũ hoc ẽ urẽtiũ ac uaſtãtiũ carbo
nũ neceſſari⁹. Sagitę tuę acutę. Ex his nãq; ſagittis ſuſcipiẽtes xp̄ꝫ aĩe & ſũma ipi⁹

caritate ardẽtes uulnerant̃:ſimileq́ʒ illud ſponſe dicunt. Vulnerate caritatis ego
ſum:inexplicabilis ꝑfecto ac ineffabilis uerbi pulchritudo & ſapientię ſpecies &
dei ſummi forma natura cũ ſua:Beati q uere pulchritudinis faciẽ uidere optãtes
& dei ueluti p caritatẽ cõiuncti/cœleſtẽ beatũq́ʒ amorẽ:tantũ intuẽtur. Obliuiſcun
tur.n.domeſticoꝝ familiariũ:omnis deniq́ʒ curę nõ ſolũ ſupflue ſed etiã in eden
do bibẽdoq́ʒ ac reliquo uictu neceſſarię:ſoliq́ʒ puro & diuino amori uacauere. In
tellige itẽ ſagittas acutas eos q p orbẽ uniuerſum ad euangelizadũ miſſi ſunt:qui
quoniã linguas ſuas ut ſagittas acuerũt:operibus iuſtitie fluxerunt: ac tenuiter &
acute animas eoꝝ q edocti ſunt ſubierũt. His itaq́ʒ ſagittis populos ut ſub iugum
chriſti uenirẽt prępar auerũt. Mihi qdẽ uidet̃ ſermo hic longe melius conſequat̃
ſi p Hyperbaton cõſtituat̃ ut talis ſit ſenſus. Intende procede & regna & deducet
te mirabiliter dextera tua:& populi ſub te cadent. Nullus deo aduerſus aut cõtu
max aut ſupbus ſub deo cadit:uel ei ſe ſubigit niſi fidẽ accipiat. Sagittę namq́ʒ in
corda cadẽtes quãdoq́ʒ inimicoꝝ regis trahunt eos ad ueritatis deſideriũ & ad ip
ſum dñm ut inimicos dei exiſtẽtes eidẽ p doctrinã cõcilient̃. Sedes tua deus in ſe
culũ ſeculi uirga directionis:uirga regni tui. Dilexiſti iuſtitiã & odiſti iniquitatẽ
propterea unxit te deus deus tuus oleo letitię prę participibus tuis. Quoniã uero
circa humanitatẽ:multa uerſando dixit. Nũc ſermonẽ ad altitudinẽ glorię unige
niti cõuertit. Sedes tua deus in ſeculũ ſeculi hoc eſt regnũ tuũ omni ſeculoꝝ cogi
tatiõe eſt antiquius & pulchre admodũ poſt populoꝝ ſubiectionẽ:regni dei ma
gnitudinẽ comẽdat:uirga directiõis uirga regni tui. Idcirco ei ꝓpriã reddidit ap
pellationẽ clare deũ uocãs. Sedes tua deus inſtructiua eſt admodũ regni dei eru
dietq́ʒ nec obliqua ſed recta facit iudicia. Ideo uirga directiõis uirga regni ipſius
noiat̃. Si.n.dereliquerint filii eius legẽ meã & in iudiciis meis nõ ambulauerit ui
ſitabo i uirga iniqtates eoꝝ:uides ne iuſtũ dei iudiciũ:quo nõ in oĩs ſine diſcrimi
ne ſed tñ i peccatorẽ utit̃. Sed & ipa cõſolatiõis ẽt dr̃ uirga: Virga.n.tua inqt &
baculus tuus ipa me cõſolata ſunt. Dicit̃ & uirga flagrũ ſeu flagellũ. Reges eos in
uirga ferrea & tanq̃ uas figuli cõfringes eos:cõterunt̃ autẽ terrea ac lutea in eoꝝ
beneficio quos deus regit ac diligit:ſecũdũ quod in carnis pditionẽ tradunt̃: ut
ſpũs ſeruet̃:ꝓpterea unxit te deus deus tuus oleo letitię p̃ participibus tuis. Quo
niã uero unctionẽ ſeu chriſma typicũ & typicos põtifices ac reges figurare opor
tuit. Caro xp̃i uero chriſmate ob aduẽtũ ſcĩ ſpũs i illã uncta ẽ qđ qdẽ exultatiõis
oleũ uocat̃. Vnctus eſt aũt p̃ participibus eius hoc eſt ſupra oĩs hoies xp̃i partici
pes exiſtentes qm̃ illius qdẽ particularis q̃dã tributa eſt ſpũs cõicatio:ſupra uero
filiũ dei ſanctus deſcendens ſpũs:ut ait Ioãnes mãſit ſupra ipm pulchre aũt exul
tationis oleũ ſpũs appellat̃ quia gaudiũ unus e ſpũs ſancti fructibus numeratur.

Quoniā uero mixtus eſt de ſeruatore ſermo propter & diuinitatis naturā & incarnationis myſteriū/rurſus in dei humanitatē reſpiciēs ait. Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatē: pro eo quod eſt. Reliqui quidē homines labore & exercitatiōe & attentione ſepenumero amando ſequēdoq; bona & rurſus ſeſe a malis auertendo proficiunt. Tibi autē naturalis quedā ad bonū familiaritas & ab iniqtate alienatio. Et nobis profecto fratres non difficile uolentibus. Amorē erga iuſtitiam & odiū aduerſus iniquitatē ſuſcipe. Omnē.n.potentiā deus animę rationis participi ſicut amandi ſic odio habēdi utiliter dedit ut ratione directi uirtutē quidem amemus: odio uero habeamus inigratē que ſine dubio pſequēda eſt odio. Dicitur.n. odientes te domine odiui & pfecto odio oderā illos. Myrra & gutta & caſia a ueſtimētis tuis a domibus eburneis ex quibus delectauerunt te filię in honore tuo. Deſcendens paulatim ac cōſequenter propheticus ſermo ac omnibus myſteriis obuiam procedēs ſpiritus ei occulta patefacientis inſtigatione uenit ad mortē dominicā. Myrra inquit & gutta & caſia a ueſtimentis tuis Myrra quidē quoniam ſepulchri ſignum eſt quod euangeliſta Ioannes docuit dicens Ioſeph Arimathęa eū cum myrra & aloe tumulaſſe. Gutta uero & ipſa myrrę ſpeties eſt tenuiſſima. Ex hoc enim aromate contuſo omne quod exit liquidū in guttam ſeparatur. Reliquum quod reſtat craſſius myrra appellatur. Itaq; chriſti quidē odor Myrrā ob mortē ſpirat. Guttā uero quod nō īmobilis nec otioſus in ſepulchrū pmāſerit. Sęd illis diebus ac noctibus in infernū deſcenderit/ac oīa circa reſurrectionē myſteria ne quid eorū que ab ipſo agēda erant relinqueret abſoluerit. Caſiā demū ſpirat que foliū eſt odoratū ac tenuiſſimū ligneū extēdēs calamū. Crucis itaq; ſupplicium in beneficium oīs creature ſumptum altius nobis ac ſapiēter hic ſermo p caſię nomē innuit. Habes ergo myrrā ob ſepulchrū. Guttā ob deſcēſionē ad infernū quod oīs guta ad inferiora tendat. Caſiā uero ob carnis circa lignū myſteriū. Ex hac deniq; cauſa lętificauerūt inqt te filię regum ī honore tuo filię qdē regię quedā ſunt generoſę ac magnę regięq; animę quę ob deſcenſum ad humana noſcētes chriſtum lętificauerunt eum in honore in uera fide ac caritate pfecta ipſius diuinitatē pbātes. Aromata uero hec non leui de cauſa in eſſe chriſti ueſtibus dicit. Similiter & domos memorat: eburneas ut p has ſane parabolas ordinatio eccleſię & dogmatum chriſti ędificatio cōſtructioq; plane ſignificētur. Domus nāq; ex ebore cōſtructę pulcherrimę ſplēdidęq; eſſe apparēt. Diuitias itaq; puto chriſti caritatis erga mundum pphetā enuntiare. Adeſt regina a dextris tuis in ueſtitu deaurato circundata uarietate. De eccleſia dicit de qua in canticis canticoꝝ didicimus. Quod una eſt pfecta chriſti columba que in dextrū chriſti locum eos accipit qui in benefactis ſunt exercitati ac ueluti paſtor oues

ab edis ſeparat ab improbis. Adſiſtit itaq; regina anima ſponſali uerbo coaptata
minime peccatis ſeruiens ſed chriſti regni particeps a dextris ſeruatoris in ueſtitu
deaurato hoc eſt in dogmatis florentibus & uariis & contextis grauiter ſeſe ac re/
ligioſe ornans. Non enim una tantum ſpetię dogmata ſed uaria & multimodas
morales ſimul & naturales & contemplatiuos comprendētia ſermones exiſtunt
propterea uariam ſponte ueſtem hic dicit. Audi filia & uide & inclina aurem tu
am & obliuiſcere populū tuum & domum patris tui & concupiſcet rex decorem
tuum: quoniam ipſe eſt dominus deus tuus & adorabunt eū. Vocat eccleſiā ad
acroamata & mandatorum obſeruationē & familiarē ſibi ex ipſa appellatione fa
cit: filiā eam nominando quaſi per caritatē pariens. Audi filia & uide: docet ip/
ſam nudā ſimplicēq; cōtemplationi mentē gerere ex eo quod ait uide. Noſce ait
creationē ut ordine naturę p te excitata ſic ad creatoris cōtemplationē altius aſcē
das. Deinde flectēs collū iactātię faſtu ſublatū inclina aurē tuā: ne curras ad exter
nas fabulas: recipe euāgelii uocē/ac uerbis humilitatē. Inclina aurē tuā ad hāc p̄/
ceptionē ut plane obliuiſcaris prauarū illarū & paternaꝝ doctrinaꝝ. Ideo obliui/
ſcere populū tuū & domū pr̄s tui. Oīs q peccatū admittit ex pr̄e diabolo eſt. Abi
ce inqt Dęmonū p̄cepta: obliuiſcere ipuri ſacrificii: nocturne choreę fabulaꝝ de/
niq; ad oēm libidinē prauāq; cōſuetudinē aīas excitātiū: ꝓpterea filia mea appel
lata ut pacē q te prius in pditionē genuit odio pſequaris. Si.n.p obliuionē macu
las ueteꝝ p̄ceptoꝝ deleueris: ꝓpriū recipies decorē & delectabilis apparebis & re
gi placebis. Q m̄ ipſe eſt dn̄s deus tuus & adorabūt eū. Officiū obediētię manife
ſtat: ex eo quod ait. Ipſe eſt dn̄s deus tuus. Adorabit autē ipſum oīs creatura qm̄
in noīe Ieſu chriſti: omne genu flectet cœleſtiū terreſtriū & infernoꝝ. Et filię tyri
in muneribus uultū tuū precabūtur: oēs diuites populi. Videt.n.ſumma idola/
tria in Cananea regione fuiſſe. Metropolis aūt Canaam Tyrus Cōuerſus igitur
ad eccleſię obedientiā ſermo. Filia inquit ueniet quandoq; tempus quum diuites
populi cū muneribus uultū tuū hoc eſt chriſtū eccleſę caput quem ꝓſopon ideſt
perſonā ſacrū eloquiū nominat. Omnis gloria eius abintus in fimbriis deauratis
circūdata uarietate. Adducent regi uirgines poſt eā. Poſtquā aīa prauis iniquita
tis preceptis aures clauſit & oblita populi ſui & domus patris ſui ſalubribus mo
nitis obtempauit. Narrat eo q̄ ſūt de ipſa ſpūs ſanctus & quēadmodū eius intus
puritatem uiderit. Oīs inqt gloria chriſti ſponſe factę in futurū p adoptionē filie
regis intus eſt. Hortat plane hic ſermo ad eccleſiaſticę glorię myſteria intrinſecus
p̄ndenda. Velut intus exiſtēte nymphę decorę q̄ ſi adorat aut aliqd boni facit nō
oſtentatiōi aut fame ſeruit ut uideatur ab hoibus ſed ſoli deo placere ſtudet. Hec
omnem intus habet gloriā ſicut & filia regis fimbrias aureas quibus cicundetur

& uariata eſt intus tota. Ne queras auro aut uarietate circũdare corpus ſed illũ q̄ eſt ad imaginẽ dei creatus ut ait Apoſtolus. Exuentes ueterẽ hominẽ induite nouum eũ q̄ renouatus eſt ſecũdũ imaginẽ dei in oĩ pietate bonitate humilitate/lõganimitate mãſuetudine. Hec intus circũdãt intus hoĩem ornãt. Paulus itẽ monet Induite dñm Ieſum nõ ſecũdũ exteriorẽ hominẽ ſed mẽs nr̃a dei memoria circundet̃. Puto.n.ſpiritalẽ ornari ueſtẽ qñ diſcipline uerbũ actio cõſequit̃. Quẽadmodũ.n.pannus ſtamine orditus cõtexitur. Sic ſi uerba facta comitent̃ aut ſermonibus ꝑbis actiões induant̃ ornatiſſima q̄dã aĩe circũdatio/munitioq̄ fiet q̄ uitã re ac uerbo pfectã redolent fimbrie nãq̄ ueſtis ſpiritales he quidẽ ſunt. Ideo auree dicũtur eſſe que itẽ uirtutẽ notare uident̃ re ac uerbo abſolutã: quod he ueſtibus extẽt & panno ſupſint. Secũtur autẽ ſponſam dñi. Anime quedã aliena dogmata minime ſuſcipiẽtes & he quidẽ regi adducẽtur. Audiãt hec q̄ uirginitatem deo nouerunt: quẽadmodũ uirgines regi adducẽtur que ſacroſanctã eccleſiam rite ſequẽtes ab eius ordine aut p̄cepto minime diſciuerũt. Adducẽtur autẽ in letitia & exultatiõe. Adducẽtur in templũ regis. Non.n.inquit per uim ingredientes uirginitatẽ neq̄ ex triſtitia aut neceſſitate pulchrã ſibi eligentes uitã ſed in letitia & exultatione/ac in tali actione magnopere gaudentes. Ipſe demũ regi adducẽtur & non in locũ quemlibet ſed in templum regis uaſa nãq̄ ſacerdotalia que humanus uſus non cõmaculauit: in ſancta ſanctorum adducentur: & ad ſecreta tranſeundi poteſtatem habebunt: ubi contaminati pedes non ambulabũt. Quantũ uero quid ue referat in templũ regis adduci propheta per ſe orans oſtẽdit. Vnã petii a domino hanc requirã: ut habitem in domo domini cunctis diebus uite mee ut uideam iocunditatem domini & inſitem templum ſanctũ eius. Pro patribus tuis non ſunt filii tui conſtitues eos principes ſuper omnem terrã. Quoniam uero ſupra precepit ut anima populi ſui & domus patris obliuiſceret̃ ut obedientie uirtus muneretur pro patribus filios accipit tanta dignitate pollentes ut eos principes ſuper omnem terram cõſtituat. Hi ſunt eccleſie ſeu euangelii filii uniuerſe terre dominãtes. In omnẽ inquit terrã exiuit ſonus eorum & conſtituti ſupra duodecim thronos iudicabunt Duodecim tribus Iſrael. Si quis autẽ ſponſe patres accipiat Patriarchas. Hec de apoſtolis ſentẽtia ꝑpterea nõ reicit̃. Nã pro illis facti ſunt ſponſe filii per chriſtũ: opera faciẽtes Abraã & ideo equales ei honore cenſetur: ex eo quod eadem ab illis geſta ſũt ob que magnis honoribus digni ſunt facti patres. Principes uero uniuerſe terre ſunt ſancti ob nature ipſius proprietatẽ: ad bonũ que eis imperiũ prebet ſicuti p̄buit Iacob ſupra Eſau poteſtatẽ. Eſto inq̄t dñs fratris tui. Igitur pares honore patribus facti & uirtutis exercitationẽ ſupra omnẽ conatũ accipientes. Hi demũ filii chriſti ſpõſe ſunt &

a propria matre principes ſic per omnẽ terrã cõſtituũtur. Cõſidera ergo parum reginę poteſtatem quanta ſit eligere principes ſuper omnẽ terrã. Recordabor nominis tui in oĩ generatione & generatione. Propterea populi benedicent tibi in ſeculũ & in ſeculũ ſeculi. Hec.n.ex eccleſię pſona dicũtur. Recordabor nominis tui i oĩ generatiõe & generatiõe. Que.n.eſt eccleſię memoria? Cõfeſſio populorum

IN PSALMVM XLV. IN FINEM FILIIS CORE PRO ARCANIS. DEVS NOSTER REFVGIVM.

VAticinium hic mihi cõplectĩ uidetur Pſalmus de his que ſunt ad finẽ Quem finẽ Paulus uidens ait Deinde finis quando tradiderit regnũ deo patri. Vel quoniam actiones nunc ad finẽ nos quęlibet ſibi proprium ducunt. Bona quidem ad beatitudinem improba uero ad eternũ ſuppliciũ. Conſilia in hoc pſalmo a ſpiritu ſancto tradita ad bonũ ducunt finẽ auſcultãtes. Hac itaq; de cauſa inſcriptus eſt in finem ueluti doctrinę ipſius utilitas ad beatũ humanę uitę finem reducatur. Filiis autem Core hic dicitur pſalmus quos ſpiritus ſanctus non diuidit: quod uelut una anima & una uoce cum omni inter ſe concordia propheticos ingent ſermones: nihil circa reliquum altero prophetante ſed ęque ipſis prophetię gratia conceſſa ob ęqualem inter eos ad res optimas affectum Pro archanis dicitur: hoc eſt in myſterio occultis quem qu ad ea ueneris que in parte ſunt pſalmi facile noueris & quemadmodũ nõ cuiuſlibet eſt diuina myſteria deprendere ſed tantũ eius qui concinnum enuntiandi organum fieri poterit ut loco pſalterii eius anima a ſpiritu ſancto impulſa moueri poſſet.

DEVS noſter refugium & uirtus in tribulationibus que inuenerunt nos nimis. Homo enim ob inſitam & a natura debilitatẽ pluribus in eũ rebus triſtibus & laborioſis irruentibus multo indiget auxilio. Ex omnibus circunſtantibus refugiũ querens uelut in tutũ ſe recipiens locũ ad aliquem acutũ uerticẽ in expugnabili circundatum muro ob inimicorũ incurſum ſeſe munit. Sic in hoc pſalmo ad deum confugit eius hoſpitiũ ſolam eſſe requiem putans. Quod igitur in deũ uerũ eſt refugiũ apud omnis in confeſſo eſt/multũ erroris confuſioniſq; hoſtis diabolus in eo deligendo a quo ſeruari credamus nobis offert. Tendens enim inſidias eis quos ſemel erroribus inuoluit rurſus ſuadere cõtendit/ut ad eũ tanquam cuſtodem confugiant Ex quo duplex ipſis iminet malũ uel per uim capi uel ex deceptiõe perire. Idcirco increduli ad dęmones cõfugiũt q diaboli inſtigatiõe mẽte cõfuſi ueri dei notitia ſunt priuati & qũ deũ ob rerum diſtinctionẽ ac pulchritudinẽ cognoſcere queãt oĩno errãt ſine diſciplina & rerum utiliũ uera notitia petitiões

edentes quedam ueluti bona poſtulant. Ad ea tamen que uere ſunt bona alioqui eis uiſa incomoda malaq; minime confugiunt. Verbi gratia fugiens aliquis ex morbo laborem ſanitatem cupit amiſit pecuniã: dolore mulctatur. Eſt enim morbus ſepenumero utilis qui peccantem caſtiget & rurſus ſanitas noxia quum peccati inſtrumẽtum poſſidenti fuerit. Sic & pecunia iam quibuſdam miniſtra eſt facta luxurię: rurſus paupertas multos eorum qui malę ſunt inſtituti ad ſobrietatẽ reduxit. Nec itaq; fugias que non oportet: neq; item confidas quibus non oportet. Sed unum tibi tantum uitabile ſit peccatum: & unum in malis refugium Deus. Nolite cõfidere in principibus nec in incerto diuitiarum gloriemini. Ne ſuperbite ob corporis uires. Ne deniq; humane glorię claritatẽ ſequamini. Nihil horum ſeruare alioquin eſt aptum. Omnia momentanea & inſidioſa unum tantum refugium deus. Maledictus homo qui confidit in homine / aut in aliquo rerum humanarum ſperat. Ergo deus noſter refugium & uirtus. Illi enim qui ut apoſtolus diceret ualet. Omnia poſſum in chriſto me uiuificante uirtus eſt deus. Multorum namq; eſt dicere. Deus noſter refugium. Itemq; domine refugium factus eſt nobis. Sed eodem quo propheta noſter adfectu paucorũ. Pauci admodum qui non admirantes humana ſeſe deo penitus tradiderint Ex eo pendeant. In ipſo ſpem omnem collocauerint. Res enim que eueniunt facile noſtram deprendunt mentem: quando in laboribus & erumnis ad omnia alia potiuſq̃ ad deum confugimus. Paruus filius in morbum incidit. Tu uero incantatorem requiris uel ſuper uacaneos uanoſq; characteres ſeu figuras aut litteras puerorum innocẽtium collo ſuſpendis: uel ad poſtremum ad medicum uenis & medicinas quę ſunt aptę curę meditaris. Si forte inſonniũ te ſollitat: ad ſomnorum coniectorem properas. Si quid item timueris eum prorſus qui omnium hominum eſt pariter inimicus ducem tibi cõſtituis. Et demũ in qualibet neceſſitate iminente deprenderis uerbo tãtum te deum refugium habere. Re autem ex inutilibus uaniſq; rebus auxilium querere. Eſt enim iuſto uerum & unicum auxilium deus: ueluti dux quidam nobilibus inſtructus armis paratus continuo parti laboranti opem ferre. Sic deus adiutor noſter & auxilium contra omnem diaboli apparatum miniſtros ſpiritus in ſalutem indigentium cogens. Inuenit enim tribulatio iuſtum omnem ob uitę ſtudium quicunq; per uiam arduam atq; anguſtam ambulauerit a tribulatiõibus inuenietur. Propheta namq; ualde rem proprie deſcripſit inquiens in tribulationibus que inuenerũt nos nimis. Sicut enim animalia noxia nos erumnę petere atq; inuadere contendunt: noſtram patientiam exercẽtes & per patientiam probationem & per probationem ſpem & ut apoſtolus ait per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum: & rurſus mul

te tribulatione iuſtorum.Sed qui generoſe ac tranquille tentationem ſuſtinens dicet.In his omnibus ſuperuicimus per eum qui nos diligit:ac tantum abeſt ut uociferetur aut deſperet quod occaſionem gloriandi ex malorum multitudine ſumat cum Paulo dicens. Non ſolum autem ſed & gloriamur in tribulatiõibus Sequitur deinde.Ob hoc non timebimus dũ turbabitur terra & trãsferenť mõtes in cor maris.Magnũ oſtẽdit in chriſto cõfidẽtię firmamentũ propheta noſter quoniam & ſi omnia ſupra infraq; miſceantur & terra turbata uertať & omnes montes propriam deſerentes ſedem in medium transferentur mare. Non timebimus quando deum e refugiũ & uirtutem & auxilium in tribulatiõibus habeamus que inuenerũt nos nimis.Cuius nam tam integra mens.Cuius tã quietę cogitationes ut in tanta confuſione erga deum animo ſit recto atq; firmo & ob ſpem in eum nihil rerum aut euentum expaueſcat? Nos autem hominis iram non ſuſtinemus.Non canem aut aliquam aliam beſtiam incurrentẽ Non deniq; in rebus duris deum adiutorem noſtrum reſpicimus ſed ſtupidi attonitiq; ad nos ipſos conuertimur.Sonuerunt & conturbate ſunt aquę ipſorum uidelicet marium.Quando itaq; terra turbabitur & aque mariũ ſonabunt ac fremẽt.Montes quoq; transferrentur & ob magnam domini potentiam multam ſuſtinebũt turbationem.Tunc ait intrepidum cor noſtrũ quod ſecuras firmaſq; in deum ſpes habeat.Turbati ſunt montes in fortitudine ipſius.Potes & ſenſum huius ſermonis tropice capere.Montes appellans eos qui proprie cõf dunt potẽtię dei magnitudinem uimq; ignorantes ſeſe contra dei ſcientiã extollentes. Deinde ſuperati a uirtute ac ſapientia eoꝝ qui dei ſermonem enuntiant dominum timent:ac ſub eius potenti manu ſeſe humiles reddunt:uel etiam principes ſeculi huius ac patres perditę ſapientię fortaſſe montes dicuntur contuſi ac confracti in chriſti fortitudine quã ipſe in agone crucis contra poteſtatem mortis habentem oſtendit & ueluti generoſus athleta ſe adiungens poteſtates ac principatus uicit exemplo quoq; ac uerbo de ipſis in ligno triumphauit. Fluminis impetus lętificat ciuitatem dei.Salſę enim aquę uehementer auentis perturbate ac cõmotę ſonuerunt:& turbatę ſunt.Fluminis autem impetus ſine ſtrepitu procedens ac illis qui digni ſunt eius ſuſceptione fluẽs Ciuitatem dei lętificat. Et nũc iuſtus uiuentẽ ſerit aquam:poſtea uero copioſius bibet:quando in Ciuitate dei adſũptus erit.Sed nunc per ſpeculum in enigmate bibit ob breuem diuinarum contemplationem comprenſionem.Tunc autem ſimul inundantem fluuiũ ac omnem dei ciuitatem irrigare ualentem. An is dei fluuius erit ſpiritus ſanctus ex fide in chriſto credentiũ iuſtus inſitus? Qui crediderit in me fluuii ex eius uẽtre fluuent:& rurſus.Siqs biberit ex hac aqua quam dabo:fiet in eo fons aquę

ſalientis in uitam eternam. Hic itaq; fluuius omnem dei ciuitatem letificat. Vel etiam eccleſiam ſignificat eorum qui in cœlis adminiſtrationem habent uel om nem intellectilem creaturam a cœleſtibus uirtutibus uſq; ad animas humanas Ciuitatem intelligere oportet: ſancti ſpiritus mundatione letificatam. Definiunt enim quidam Ciuitatem conſiſtentem eſſe congregationem legibus adminiſtra tam. Hec enim illi quę ſurſum eſt Hieruſalem cœleſti Ciuitati maxime conue nit. Nam & ibi deſcriptorum in cœlis congregatio & ob inmutabilem ſanctorũ uitam & ſecũdum legem cœleſtem gubernatam ſtabilis quidem ac perpetua eſt. Ordinem uero illius & omnem ornatum perdiſcere naturę nõ eſt humanę. Ibi nãq; ſũt que oculus nõ uidit nec auris audiuit nec in cor hominis intrauit: que ue deus pręparauit diligentibus ſe. Millia ſunt ibi angelorum & ſanctorum ce lebritates & primogenitorum eccleſia deſcriptorum in cœlis. De hac itaq; Dauid loquitur Glorioſa dicta ſunt de te Ciuitas dei. De hac inquam. Per Eſaiam deus ait. Ponam in te exultationem perpetuam lętitiam generationũ generationibus & non erit contritio neq; miſeria in foribus tuis ſed uocabitur ſalutare muri tui. Tolle igit᷑ oculos animę digne ad ea que ſunt ſuptaiquete quę ſunt ciuitatis dei Quis enim dignum aliquid illa beatitudine unq̃ nouerit: quam lętificat quidã fluuius dei. Artifex autem & gubernator eſt ipſe deus ſanctificauit tabernaculũ ſuum altiſſimus. Carnem dicit domini noſtri ſanctificatam ob dei in eodem ſup poſito coniunctionem. Ex quo intellige tabernaculũ dei altiſſimi per carnis ma nifeſtationem. Deus in medio eius non commouebitur. Adiuuabit eum deus mane diluculo. Et quoniam deus in medio ſue Ciuitatis eſt eam ſtabilitate do nauit. Auxilium in primo lucis ortu hoc eſt in cordibus oriendo iuſtorum pręs bens. Siue igitur illi quę ſurſum eſt Hieruſalem ſiue eccleſię que infra eſt Ciuita tis nomen omnino quadrat. Sanctificauit ipſi tabernaculum ſuum altiſſimus. Hoc nempe tabernaculũ quod ſumpſit in medio autẽ huius ciuitatis deus equa les radios ubiq; ipſius prouidentię ad circuli fines trãſmittit. Sic enim dei iuſtitia ſeruatur eandem omnibus bonitatis menſurã diſtribuendo. Adiuuabit eam de us mane diluculo. Sol enim matutinum apud nos facit quando ſupra nos oriri incipit. Matutinum autem in anima iuſtitie ſol pficit in ortu lucis intellectilis edens diem apud eum qui ipſum recipit. In nocte autem nos homines ſumus quum ignorantie tenebris obuoluimur. Poſtquam uero ad rationis imperium recurrentes glorię ſplendorem receperimus & perpetua luce fulxerimus. Adiuua bit eam deus. Poſtquam filii lucis facti erimus & nox a nobis abſceſſerit dies ad propinquabit. Tunc demum dei auxilio digni facti ſumus. Adiuuabit ergo Ci uitatem deus per proprium ortum & manifeſtationem matutinam ipſi apparẽs.

Ecce enim homo dicit propheta oriens nomen ipſi. Quibus enim lux oritur in̄tellectus ac ſalutis in tenebris iniquitatis & ignorantię conſtitutis. Matutinū his fit quoniam lux in mundum uenit ut per ipſam ingrediens non offendat. Auxilium namq; ipſius matutinum mentibus gignit. Vel quoniā diluculo ſurrectio futura erat. Adiuuabit eam deus mane diluculo: hoc eſt uictoriam contra mortem die tertia matutina referrens. Conturbatę ſunt gentes Inclinata regna dedit uocem ſuam commota eſt terra: Intellige aliquam Ciuitatem ab inimicorum inſidiis oppugnatam/quam multarum gentium/multorum item populorum ac regum ſceptra tenentium arma circunſiſtant. Deinde aliquem ducem uiribus imbellem certatum huic ciuitati auxilio uenientem qui obſidionem quidem ſoluat: coactam gentium multitudinem diſſipet. In fugam deniq; reges conuertat ſola uocis potentia clamoreq; eorum corda perterreat. Quantum igitur tumultū fieri populorum & regum in fugam conuerſorum q̄rum ue ſtrepitum ex ruina fugientium naſci putandum eſt: Omnis profecto locus eorum qui ſunt perterriti complebitur. Commotioq; ac turbatio ciuitatibus eos excipientibus oriatur ueriſimile eſt. Tale itaq; auxiliū talemq; defenſionem dei ciuitati a ſeruatore prouenit. In eo quod dicit conturbate ſunt gentes inclinata ſunt regna: dedit uocem ſuam Comota eſt terra. Dominus uirtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter deus Iacob. Nouit carnem deum ſuſcepturum. Nouit ex uirgine ſancta edendū Emanuel & hac de cauſa prophetice clamat. Dominus uirtutum nobiſcum oſtendēs plane quemadmodum. Hic eſt qui ſanctis prophetis ac patriarchis apparuit. Adiutor noſter inquit. Non alius ex prophetis datis ſed deus Iacob qui in reſponſo ſuo ſeruo dixit. Ego ſum deus Aabrram: deus Iſaac: deus Iacob. Venite & uidete opera domini que poſuit prodigia ſuper terrā auferens bella uſq; ad fines terre. Hic enim ſermo eos qui procul ſunt a uerbo ueritatis ad iuſtitie uicinitatem conuocat. Venite & uidete. Velut enim oculis euenire ſolet ut interualla remota ebetem faciant uiſibilium comprēſionem. Propinquitatis uero ac uicinitates intuentium otioſe ac diſtincte notitiam uiſibilium prebent. Sic & in contemplationibus puris is qui per bona opera ſeſe deo familiarem ac propinqum non reddit. Ipſius opera puris mentis oculis uidere non poterit. Idcirco uenite & ad propinquate prius: deinde uidete opera domini prodigioſa & admiranda quorum gratia gentes prius terribiles & inimice & ſeditioſę ad quietem redacte ſunt. Venite filii audite me. Et uenite omnes qui laboratis & onerati eſtis. Patria nempe uox apertis ulnis ad ſe rebelles obiter uocitans. Qui igitur uocationem audiuerit & ad propinquauerit & ſe pręcipienti coniunxerit uidebit eum qui cuncta per crucem in pace ſiue in terra ſiue in cœlo conſtituit. Arcum conteret & con-

teret & confringet arma:ſcutum comburet igni. Vides pacem auctoritatemq́ꝫ domini uirtutum quod iuuiſibiles angelorum multitudines ſecū habeat. Vides fortitudinem ſimul & humanitatem:ducis uirtutum:qui qum dominus ſit omnium & omnis angelorum turmas ſecum habeat:nullum tamen inimicorū uulnerare/nullum dicere/attingere ue ſuſtinet. Sed arcum conteret ut non amplius ignea tela per ipſum mittat. Arma uero confringet commus pugnātia: ut neque ant hi qui prope ſunt inſidias patientes uulnera recipere. Et ſcuta comburet igni Aduerſarios ab oppugnantibus liberans & omnia in beneficiorum inimicorū faciens. Vacate & uidete quoniam ego ſum deus. Quatenus enim extra deum rebus uacamus:dei notitiam recipere nequaquam ualemus. Quis enim facta mūdi curans ac carnis diſtractionibus intentus poterit dei ſermonibus uacare & tātę contemplationum altitudini ſatiſfacere? Non ne uides quod in ſpinas incidens uerbum aſpinis opprimitur. Spine nāq́ꝫ corpus uoluptates & diuitię & uitę ſunt curę. Extra hec omnia opus ad percipiēdam dei notitiam:& ab omnibus perturbationibus atq́ꝫ adfectibus uacare:ſic demum dei ſcientiam deprēdere. Quomodo enim animam cogitationibus uariis occupatam dei cognitio cogitatioq́ꝫ penetrabit? Nouit & propheta quod proprium eſt illius qui uacat:deū inquirere. Idcirco increpat Iſrael dicens. Vacate & dicite deo noſtro. Attēdamus. Ipſa enim uacatio:bona uacanti atq́ꝫ utilis ſalutem ad ſalutarium doctrinarum generans ſuſceptionem. Mala uero uacatio Athenienſium:quibus nihil preterq̄ uanum dicere aliquid aut audire mos eſt. Quos & nonnulli nunc mitantur uitę uacatione & otio abutentes ac continuo alicuius rei ſuperuacaneę inuentioni intenti. Talis enim uacatio immundis ſpiritibus eſt amica. Quando inquit exiit immundus ſpiritus abhomine:ambulat per loca immunda. Reuertar ait in locum unde exiui & ueniens inuenit domum illam uacantem & tabeſcētem. Abſit igitur fratres ut nos cum huiuſmodi uacatione inuenti aditum aduerſario prebeamus ſed domui mentis noſtrę uacemus ut in nobis chriſtus per ſpiritū inhabitet. Igitur poſtquam nobis agitatis in bello pacem reddit:tunc dicit. Vacate:abinſectatione uidelicet inimicorum ut in pace & quiete ueritatis uerba facilius conſideretis. Idcirco dominus alias dicit. Qui non renuntiauerit omnibus que poſſidet. Non poteſt meus eſſe diſcipulus. Vacate itaq́ꝫ ab opere nuptiali ut orationi uacemus:uacare item a ſtudio diuitiarum:a cupiditate item manis glorię a uoluptatum uſu: ab inuidia & omni demum in proximum noſtrum malignitate:ut anima noſtra in trāquillitate exiſtens & a nulla re perturbata uelut in ſpeculo quodam pura & ſine tenebris reddatur. Inſuper dei ſit ſplendoribus referta. Exaltabor in gentibus & exaltabor in terra. Palam hec de propria morte dicit dominus ut eſt in euange

Sentes apud euāgeliū ſpinę nominantur.

Athenienſiū mala uacatio

Io ſcriptum.Quãdo ego exaltatus fuero traham omnes ad me ipſum: & ut Moſes exaltauit ſerpẽtem in deſerto.Sic exaltari oportet filium hominis a terra.Dominus uirtutum nobiſcum ſuſceptor noſter deus Iacob.Promittens enim dei auxilium bis eandem uocem repetiit.Dominus uirtutum nobiſcum. Hec quaſi iactabundus & inſultans inimico dicit ob ingentem in ſeruatorem animarum noſtrarum confidentiam. Vtꝗ nihil ſibi fidens.Si enim deus pro nobis;quis cõtra nos?Qui enim Iacob uictoriam dedit & paulopoſt eũdem Iſrael uocitauit. Hic demum eſt ſuſceptor noſter ipſe pro nobis pugnat. Noſtrũ uero officium quieſcere ac uacare : quoniam ipſe eſt pax noſtra faciens utrunq; unum ut in unum nouum hominem duo faciat.

IN PSALMVM XLVIII. IN FINEM FILIIS CORE AVDITE HEC OMNES GENTES.

De finibus bonorum

NOnnulli ex his qui extra fidem ſunt de humanis finibus differentes diuerſas interſe ſententias attulerunt: Aliqui enim palam dixere ſcientiã eſſe finem quidam uero actionem in uita practica diuerſis uſibus adeo nodata.Nonnulli beſtiis propiores uoluptatem eſſe dictitauerunt. Nobis uero finis cuius gratia cuncta facimus & ad quem omni ſtudio properamus.Beata eſt in futuro ſeculo uita quam deo ſeruiendo conſequimur. Hoc enim fine naturę humane rationis participi nihil unquam erit potius:nuſꝗ ut melius. Ad hũc & apoſtolus excitat:dicens Deinde ad extremum qũ tradiderit regnum deo patri. Hunc & Sophonias adducit ut ex dei perſona loquens.Quoniam iudicium meum ut congregem gentes & colligã regna:& effundam ſuper ipſos iram meam. In igne zeli mei conſumetur omnis terra:quoniam tunc reddent populis labrũ electum:ut omnes inuocent nomen domini ut ipſi ſub uno iugo ſeruiant. Ad hunc igit̃ finẽ fas referre pſalmorũ utilitates hãc habẽtiũ inſcriptionẽ. Adſtipulantur autẽ & huic ſententie qui inſcribunt.In uictoriam uel uictorem uel triũphum.Poſtquã.n.abſorpta eſt in uictoria & abſolutũ eſt illud dicentis. Ego uici mundũ & ubi oĩa a chriſto ſunt uicta:& in nomine ipſius omne genu flectetur. Cœleſtiũ terreſtiũ & infernorũ.Iure ſpiritus ſanctus triumphali cantu hec que ſecuntur clamat. AVDITE hec omnes gentes auribus percipite oẽs q habitatis orbem.Quiq; terrigine & filii hominum ſimul in unum diues & pauper. Auditoriũ maximũ ubi oẽs cõueniãt q habitãt orbẽ. Trahit autẽ ut exiſtimo terrigenas & filios hominũ & diuites & pauperes clamore hoc & alia ratione ad audiẽdũ ꝓuocat.Qualis dic mihi terre ſpecula uniuerſę tantũ ſupeminet ut ex ea cun

Sophonię uerba.

ctas uideri gẽtes & uniuerſum orbẽ oculis luſtrari poſſit? Quis adeo ualida uo-
ce preco ut quod audiendũ eſt tãtis queat auribus inclamare? Qualis denique ma
giſter tanta ſapiẽtia preditus ut digna tãte cõgregatiõi precepta inuenire ualeat?
Parumper expecta diſces queadmodũ digna enũtiatiõe ſunt q̃ deinceps ſecunt.
Ille enim q cõgregat omnis: ac preconio cõuocat paraclitus eſt ſpiritus ueritatis p
prophetas & apoſtolos eos qui ſeruãdi ſũt cõgregãs quorũ in omnẽ terrã exiuit
ſonus & in fines orbis terre uerba eorũ. Idcirco audite inqt oẽs gẽtes & oẽs q ha
bitatis orbẽ. Eccleſia namque gentes ex omni ſtudio & arte cõuocat ut nemo extra
utilitatẽ relinquat. Tres. n. ſunt uocatorũ cõiugatiões in quibus omne hominũ
cõprendit genus. Gentes & q habitãt orbẽ. Deinde terrigene & filii hominum.
Poſtremo diuites & pauperes. Quẽ ergo extra hoc auditoriũ dimiſit? Alieni. n.
a fide p gẽtes uocati ſunt q in eccleſia ſunt habitãtes orbẽ. Terrigene uero ſunt
que terrena ſapiũt ac diligũt: tum corpris uiribus fidũt & carnis deuiũ uolupiati-
bus obuiã eunt. Filii hominũ ſupradictis longe honeſtiores q diligentiã quãdã
& exercitationẽ indicẽdo habẽt ꝓpriũ nãque homines oratio. Diuites autẽ ac pau
peres inde cognitã habẽt ꝓprietatẽ: quod alteri rebus neceſſariis ſupabũdẽt. Alte
ris uero neceſſaria deſinit. Quoniã autẽ animarũ medicus non uenit uocare iu-
ſtos ſed peccatores ad penitentiã. Primũ in uocatiõe ordinauit: quod in qualibet
cõgregatiõe magis damnatũ erat. Peiores nãque ex oibus q orbẽ habitabãt i gẽtes
erãt & hi qdẽ ad uocationẽ preponunt ut male prius habẽtes ex medico ſentiãt
adiumentũ. Deinde terrigene ante filios hominũ uocant & diuites ante paupe-
res quod difficiliorẽ longe cauſam ac impedimẽta ad ſalutẽ maiora omnino ha-
berẽt. Talis enim medici humanitas his q ſunt debiliores prima remedia impe-
tit. Huiuſcemodi uero uocationis comunitas pacẽ mutuã ſimul cõſtituit ut ſi q
contrariis forte interſe ſtudiis agitarent iidem per eccleſiam recõciliati in mutuã
caritatem cõuenirent. Noſcat eum diues quemadmodũ equali cum paupere uo
catus eſt honore. In unũ inqt diues & paup. Da itaque diues quod ſupeſt paupi &
ex diuitiis fructũ. Sic ingredere in eccleſiã dei neque igit diues pauperẽ deſpiciat:
neque itẽ paup locupletẽ potentẽque cõtemnat. Ne uero filii hominũ terrigenas par
uipendãt. Nec rurſus terrigene ab illis ſe ſeparẽt. Preterea gẽtes ſe cũ his cõciliẽt
q habitãt orbẽ. Ideſt cũ his q in eccleſia iã ſũt. Et habitãtes orbẽ nõ dedignent
peregrinos ad utriuſque teſtamẽti ueritatis cognitionẽ iure caritatis excipere. Os
meũ loquetur ſapientiã & meditatio cordis mei prudẽtiã. Quoniã ut ait apoſto
lus corde creditur ad iuſtitiam. Ore autem fit confeſſio ad ſalutẽ. Amborũ nãque
actus in his uerbis reddit. Idcirco utrunque hic ſermo in unam oris enuntiationẽ
cum cordis meditatione coniunxit. Nam quomodo per os aliquis theſaurum

profert quem intus non habet? Si quis autem animo gerens bona nequaquam oratione demonſtret: huic illud dicetur. Sapientia occulta & theſaurus deſoſſus: que nam in utriſq utilitas? Quamobrem ad aliorum uſum os meum loquetur ſapientiam. Ad noſtrum uero profectum os meum loquetur prudentiam. Inclibo in parabolam os meum: aperiam in Pſalterio propoſitionem meam. Hic propheta os ſuum concinnat atq magnificat/ne ſermones eius ut ab humana inuẽtione prolati uileſcant. Que inquit a ſpiritu ſancto didici hec uobis nuntio: nihil meum nihil humanum dico. Sed poſtquam auditor ſum factus propoſitionũ ſpiritus in myſterio tradentis mihi dei ſapientiam: aperio uobis & manifeſto propoſitionem. Aperio autem non aliterq̃ per pſalterium. Eſt enim Pſalterium inſtrumentum muſicum cum harmonia cantum ex uoce reddẽs. Pſalterium itaq uocale tunc aperitur maxime quando actiones humane actionibus reſpondẽtes interſe concordia quadam & harmonia conueniant. Nã & ille ſpiritale pſalteriũ eſt qui facit ac docet. Hic profecto in pſalmis aperit propoſitiõem precepta quò ad eius fieri poterit per exempla propria aliis tradens. Itaq ut nihil in concinnũ nihil diſſonum ſibi ipſi in uita conſcius ſed ſermones confidenter qui ſecuntur faciet. Cur timebo in die mala iniquitas calcanei mei circundabit me. Malam iudicii diem dicit. De qua dicitur Dies domini miſerabilis in omnis gentes in qua propheta teſte quemlibet propria conſilia circunſiſtent. Tunc itaq quia nihil iniquum in uita admiſerimus: malã diem non timebo. Non me peccatorum ueſtigia circundabunt neq me tacita accuſatione aliqua facta reprenſionem adferẽtia cõdemnabunt. Nemo quidem alius accuſator q̃ propria conſcientia ſtatuetur: propria facta qua geſta ſunt forma auctori cuilibet inſtabunt. Fornicatio furtum luxuria cum loco perſona tempore/modis omnibus. Me igitur peccatorum uia nõ terrebit. Quoniam inclinaui in parabolam animam meam & aperui in pſalterio propoſitionem meam. Calcaneum in ſacris uoluminibus in malam partem pro mente cõtaminata ac uitioſa capi ſolet. Qui cõfidũt in uirtute ſua: & in multitudine diuitiaꝝ ſuaꝝ gloriant. Prophete ſermo ad duas eſt pſonas & ad terrigenas & ad diuites. Hos.n. adloqtur quietẽs arboris uiriũq ſuaꝝ opinione. Illos uero a timore/ac ſupbia diuitiaꝝ auertere. Vos inqt q ueſtrę cõfiditis uirtuti. Hi.n. terrigenę corpis uiribus cõfidẽtes ſatis eſſe humanã naturã putãt ad ea que cupiunt pficienda: & uos inqt q etiam in incerto diuitiarum ſperatis. Audite pretio uobis redemptiõis eſt opus ut a ſeruitute liberemini qua inſidiis diaboli ſuperati quõdam priuati fuiſtis q captiuos uos retinens non prius a ſua tyrannide deſiſtet q̃ aliquo conuenienti perſuaſus pretio pmutare uelit. Pretium autẽ hoc non ſimilis eſſe generis oportet his q capti ſunt ſed longe dignitate praſtantius ſi ex iugo

ſeruitutis captiuos fuerit amiſſurus. Quamobrem frater ullus nos nequaquam
redimere ualebit. Nullus enim homo perſuadere diabolo poterit ut eū miſſum
faciat quem ſemel in ſeruitutem redegerit. Nam is qui de propriis peccatis non
eſt idoneus aliquo munere placare: quomodo pro alio id facere tentabit? Quid
enim adeo magnum in orbe poſſideat ut dignam habere animę commutatione
ualeat: qua: quod ad creatoris imaginem ſit facta nihil diuinius in terris poſſi-
demus. Hęc.n. ut ſimpliciter intelligimus ita enarrauimus ut ad facultates & opes
humanas referant. Vt ſiquis in hac uita ſibi potens uideatur: ſi poſſeſſionū mul
titudine munitus fuerit. Si uiribus etiā corporis ac robore polleat: hoc plane ſer
mone admonet /non altū ſapere ſed humilibus adſentiri/nō efferri mēbrorū pre
ſtātia: nō itē diuitiarū copia gloriari. Poſſumus itē ſermonē hūc ad animę poten
tias adplicare ac conuertere: quę quanquā perfecte natura ſunt nō attamen ſatis ad
ſalutem. Nam ſi quis perfectus citra dei ſapientiam uidebitur etiam ſi ſcientię di
uitias omnis comprenderit ſi rerumq multarum contemplatione inluſtretur: ni-
hili profecto exiſtimandus. Audiat eſt opus precepti ueritatem quemadmodum
anima omnis humana maligno ſeruitutis iugo comunis omniū inimici eſt ſub-
dita & ſui creatoris libertate priuata. Captiua ergo peccati cauſa ducta eſt. Omni
autem captiuo opus pretio ad libertatem recuperandam. Neq igitur fratrem fra
ter redimere poterit neq quiſquā ſe ipſum. Quoniam multo meliorem redem-
ptorem q̄ captiuum/aut iam ſeruientem oportet eſſe. Sed & neq homo erga de-
um pro peccatore propitiationem offerre facultatem habet: quod & ipſe ſit pecca
ti reus. Omnes enim peccauerunt & gloriam ſummi dei amiſerunt. Iuſtificati au
tem dono eius gratię in chriſto Ieſu domino noſtro. Non dabit ergo deo placa-
tionem ſuam: & pretium redemptionis animę ſuę. Neq enim fratrem in redē
ptionem querit ſed aliquem qui noſtram ſuperet naturā. Non item hominē tan
tū ſed hominem deum Ieſum chriſtum qui ſolus pro nobis omnibus ſe deo pro
pitiationem dare poteſt: quod ipſum deus placationē in eius ſanguine per fidē
elegerit. Frater erat Iſrael Moſes. Non tamē ipſum redimere ualuit. Quomodo
ſi tātus uir non potuit: alius poterit. Quamobrē hoc tantū demonſtrat frater nō
redimet. Hoc uero p interrogationem cū grauitate infert. Redimet homo? Mo-
ſes enim non a peccato populum liberauit ſed dei aduerſus peccatum iracundi-
am ac motum retinuit placauitq. Is itaq placationem dare natus in peccato nō
ualuit. Nam & ipſe poſt tanta taliaq prodigia ſignaq que uidit: illam inſanam
emiſit uocē. Audite me qui non obtemperatis. Ex hac petra uobis aquam non
educemus. Ob hoc itaq uerbū dixit dn̄s ad Moſem & Aaron. Quia nō credi-
diſtis mihi ut me ſanctificaretis coram Iſrael non introibitis in ſynagogam hanc.

in terram quam illis dedi. Non dabit ergo deus propitiationem ſuam. Inuentū tamen unum pro omnibus ſimul hominibus dignum pretium ſanguinis domini noſtri Ieſu chriſti quem pro nobis omnibus effudit/quāobrem pretio ſumus empti. Si igitur frater non redimet. Redimet homo? Si enim homo nos redimere nequit: profecto qui homo nō eſt Redimet. Noli igitur quia dominus in carnis ſimilitudine nobiſcum eſt uerſatus eum tantum modo hominem exiſtimare diuinitatis ignorans uirtutem qui opus nō habuit ſeſe ſua cauſa deo offerre qū peccatum non admiſerit nec dolus ſit in eius ore inuentus. Redimere ſe ipſum nullus idoneus niſi ueniat is qui populos captiuitate liberet non pretio quidem aut donis ut in Eſaia ſcriptum eſt: ſed eius ſanguine qui non fratres nos exiſtētes ſed inimicos ei ob peccatum factos. Neq; item homo amicus ſed deus poſt libertatem nobis conceſſam fratres nos ſuos appellat. Adnuntiabo eum inquit Dauid nomen tuum fratribus mei. Itaq; qui nos redemit ſi eius conſideras naturā nec frater neq; homo. Si uero ipſius in nos humanitatem caritatemue reſpicias. Nos fratres nominat & ad humanitatem uſq; deſcendit qui pro orbe toto; non autem pro ſe propitiationem dabit. Talis enim nobis pontifex conueniebat ſanctus: innocens immaculatus: a peccatis alienus & ſupra cœlos omnis altiſſimus factus: cui cottidie non eſſet opus ſicuti pontifici quondam in lege ueteri pro ſuis ante omnis ſacrificium deinde pro populi peccatis offerre. Poſt hec dicit & laborauit in ſecula & uiuet in finem. Nam ille qui uere eſt uita; & uirtus & natura immortalis laborauit in hoc ſeculo. Quando feſſus ex itinere apud fontem in Samaria conſtitit. Qui non uidebit interitum quando uidebit inſipiētes morientes. Non enim dabit ſanctum eius pater dare corruptionem: quando hi qui uanam iactant ſapientiam moriantur. Si autem uis ut de hominibus iuſtis hec dicta ſint. Reminiſcere Iob dicentis. Homo natus eſt labori. Item Apoſtoli de ſe teſtantis abundantius omnibus illis laboraui & rurſus in laboribus abundātius in plagis ſupra modū. Qui igit̄ in hoc mūdo laborauerit hic uiuet in finē que uero in lautitie & oībus delitiis molliter egerit: purpurā & byſſum induerit & in cōuiuiis cottidie ſplēdide ſe exhilarauerit. Deniq; pro uirtute labores ſubire noluerit. Is nec laborauit in hoc ſeculo neq; in futuro uiuet ſed lōge uitam uidebit in Camini flama cruciatus. Qui uero ꝑ uirtute mille preſſus anguſtiis inſudauerit & ut eā adſequat̄ multis exercebit̄ malis. Is eſt inquā qui uiuet in finem. Quan multa paſſus eſt lazarus paup: quā multa item Iob uidit incomoda. Idcirco dn̄s laborantes ac grauatos ad requiem uocat. Quomodo qui benefaciēdo inſudauerint non grauari dicentur: Qum propheta dicat. Eūtes ibant & flebant mittentes ſemina ſua. Veniētes autem uenient cū exultatione portātes manipulos ſuos.

Fructus enim quiſq; pro portione eorũ que ſeruent referet. Grauati itaq; dicunť hi qui in benedictionibus ſeminant: de benedictionibus & metent: & cum letitia ſempiterna ſpiritalium bonorum manipulos ſibi reponunt. Igitur qui redẽptus eſt per hoſtiam illius qui ſe pro nobis tradidit: deinde in hoc mundo laborauerit: poſt hec uiuet in finem. Is non uidebit interitum: qum uiderit ſapientes morientes. Qui rurſus anguſtam laborioſamq; uiam prę leui ac placida elegerit. In tempore dei uiſitationis qum ad eternas trahentur pœnas hi qui a dei ſermonibus abſtiterint: & uana cordis deſideria ſecute fuerint. Is demum liberabitur: ac perpetuum interitũ in ferendis continuo pœnis non uidebit. Sapientes autẽ dicit uel aſtutia graues de quibus ait Hieremias: Quod ſapientes ſunt male agendo: bonum autem facere omnino neſciunt. Vel ſapientes dicit diſcipulos principum huius ſeculi uariorũq; philoſophorum qui dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt: quoniam ſapientia huius mundi ſtultitia eſt apud deum. Quamobrẽ qum ſit uana hec ſapientia ideo deus ait Apoſtolis. Diſperdet ſapientiam ſapientũ & prudentiam prudentum reprobabit. Perſuaſiones igitur falſę ſcietię cauſa ſunt mortis his qui ſuſcipiunt eas quam mortem non uidebit redemptus ab eo qui per ſtultitiam predicationis potuit ſaluos facere credentes ut inqt Paulus. Deinde ait ſimul inſipiens & ſtultus peribũt: & relinquent alienis diuitias ſuas & ſepulchra illorũ domus eorũ imperpetuũ. Tabernacula eorũ in progenie in ꝓgenie uocauerũt nomina ſua in terris ſuis. Supra namq; nomine uniuerſali ſapientes appellauit quos nũc ſubdiuidens ſtultos & dementes uocat. Videlicet ſapiẽtes qdem eos ex nominis ſimilitudine dixit: quemadmodũ deos nominat nõ natura ſed eorũ conſuetudinem ſecutus q decepti ſunt. Ita ſapientes nũc ſtultos & inſipientes dixit. Poſſibile namq; cogitatione ſtultũ ab inſipiente ſeu demente diuidere. Stultus enim eſt qui ad officium comune ac humanum nõ recte ſe habet/ac demum a quadam ſeculari prudentia alienus. Nam ſcripture conſuetudo prudentes uocat eos qui utile ab inutili probe in rebus uite huius iudicat ſecũdum quod in euangelio diciť: Quod filii huius ſeculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt. Non enim abſolute prudentiores ſed ſecundum cõuerſationem & conſuetudinem uitę huius. Hi namq; miniſtri iniuſtitię dicũtur quod diligenter proprie utilitati conſulere ſciant. Hoc etiam modo & ſerpentes prudẽtes exiſtũt quod ſeſe in cauernis tutius agitare putantes condant: & ut in periculis plagas euitent: caput occultant. Inſipiens uero ſiue demens diciť q horũ cognitione que ſunt homini excellẽtiſſima caret ut ſũt dei patris notitia. Item uerbi quod in principio erat apud deũ inſtructio & ſancti ſpiritus illuminatio procedẽs: quem q poſſident poſſũt eum Paulo dicere. Nos mentem

Inſipiens & ſtultus quid differãt: hoc ẽ μωρὸσ καὶ ἄνουσ

Inſipiẽs apd grecos anus: ſcribiť q proprie demens apd nos dici poterit. Stultus ãt moros.

chriſti habemus Sacri namq; eloquii mos eſt huiuſcemodi uerba mutuari ut
Atheon ſiue deum ne gentem dicat inſipientem. Vt dixit inſipiēs in corde ſuo
non eſt deus. Et rurſus qui in uita ſibi nocentia querit ſtultum uocat. Quemad
modum apoſtolus de his qui in concupiſcentias incidunt uarias & inutiles. Stul
tus ergo & inſipiens ad unum comunem finem hoc eſt perditionem trahuntur.
Poterit etiam quis dicere ſtultum eum qui gentiliter iuuat. Inſipientem uero q
iudaice legem tantum ſeruat. Stulto namq; dixit deus: quoniam is deum eſſe
animo minime putabat. Stulte hac nocte animam abs te repetent. Inſipiens ue
ro ſecundum carnem Iſrael nominatur ut ait propheta. Erat ephren ſicut colum
ba inſipiens Aegyptum prouocauit & ad Aſſyrios profectus eſt. His itaq; ſimul
ab eorum ignorantia peſſundatis. Nos alienigenę ipſorum diuitiarum heredita
ti ſuccedimus. Nobis inquam qui a ſeculo iuſti cenſeatur ſiue patriarchę ſiue ꝓ
phetę ſuas reliquerunt opes. Illos uero in ſua ſtultitia pereuntes preterierunt. Ho
rum itaq; habitationes ſtulti & inſipientiis ſepulchra ſunt in ęternum. Quorum
enim uita mortuis ob peccata operibus completur. Horum ſepulchra ſunt habi-
tationes in ęternum. Mortuis namq; ratione peccati non in domo ſed in ſepul-
chro ob animam mortuam habitat. Domum uero Iacob habitat atq; colit qui ſi
ne dolo eſt & moribus ſimplex. De quo ſcribitur. Erat homo uerus ac bonus
habitans domum. Sepulchrum ergo colit qui eſt omnino iniqus nec ab operi-
bus mortuis per penitentiam reſurgere curat ſed ſimilis ſepulchro dealbato effici
tur: qui extra quidem pulchrum apparet. Intus uero mortuorum oſſibus & om
ni tabo refertum. Quamobrem talis loquens non os aperit: dico dei: ſed ſepul-
chrum hoc eſt propriam gulam habet apertum. Si quis itaq; in chriſtum credēs
non conſequentes fidem actiones reddat is quod improbum dogma ſequatur:
quodq; ſcripturę auctoritatem non recte exceperit ſibi ipſi ędificat in petra mo-
numentum. Tabernacula eorum in generatione & generatione. Declarat ipſe
met quemadmodum per ſepulchra: tabernacula hoc eſt corpora ſignificare uo-
luerit: quibus ob iniquitatem animę premortuę inhabitant. Addit ipſis taber-
nacula eorum in generatione & generatione. Hi enim uocauerunt nomina ſua
in terris. Non enim impii nomen in libro uitę ſcribitur neq; memoratur. cū his
qui cęlo ſunt predeſtinati. Sed in terra ipſorum remanent nomina: quoniā hāc
fragilem uitam: breuiq; tempore duraturam prę tabernaculis perpetuis extima-
uerunt. Non ne uides eos qui fora & Gymnaſia in ciuitatibus ędificant muros
& citantes: aqueductus ſuperuacuos & magni ſumptus conſtituentes ut nomi-
na ſua his terrenis operibus inſcribant. Sed & equorum armentis eadem quidā
inuſſerunt Sepulchris quoq; ac magnificis monumentis titulos ſuos inſcriptos

reliquerunt ut ſui memoriam in longum temporis ſpaciū prorogarent: Hi ſunt qui terrena: preſentiſq; temporis gloriam ſapiunt: ac per hominum hora uolitare tantum ſtudent: quibus ſatis uidetur de beatitudine tantum differere. Nam & uideas quoſdam in prauorum dogmatum notitia ſe iactantes ac uanam pręſe ferentes ſcientiam: qui ſpecie pietatis hereſiarchas eſſe contendunt / aut Marcionem ſeu Valerianum / uel eorum aliquem qui nunc uigent ac pollent: Noſce quemadmodum hi ſunt qui uocauerunt nomina ſua in terris: mortalibus hominibus & omnino terrenis ſeſe immiſcendo. Homo enim quum in honore eſſet non intellexit comparatus eſt iumentis inſipiētibus & ſimilis factus eſt illis. Hec uia illorum ſcandalum ipſis poſtea in ore ſuo complacebūt. Magna res homo & pretioſa uir miſericors. ait Salomō. Magna profecto ac pretioſa ſi exordium eius ac naturalem pręparationem reſpicimus. Quid enim alterum in terra ad creatoris imaginem eſt conditum? Cui nam alii poteſtas data eſt & imperium ſuper omnia terreſtria aquatiliaq; & aeria animalia conceſſum? Paulominus ab angelis diminutus: & quanquam eum deus ex terra fecit. Attamen intelligendi: cognoſcendiq; ſuum auctorem uirtutem addidit. Inſufflauit enim in faciem: hoc eſt partem aliquam proprię gratię adpoſuit homini ut in ſimili ſimilē cognoſceret. Nam hec dei imago quantum referat: ex eo deprendere licet: quod ea de cauſa cœlo ſoli ſtellis omnibus eſt honore prelatus. Quod nam cœlum. Quenam ſphęra Imago dei altiſſimi dicitur? Qualem ſol ſeruatoris imaginem ſeruat? quid luna: quid aſtra reliqua inanimata quidem ac lucentia tantum corpora retinentes in quibus nequaquam mens eſt: non uoluntarius motus: non arbitrii libertas: ſed inſtantis neceſſitatis ſerua ſunt: per quam cōtinuo ſemper motu circa eadem uerſantur. His itaq; omnibus homo dignitate propoſitus non intellexit: ſed uiam dei relinquens nec ſimilem ei ſe reddere curās corporis perturbationum atq; adfectuum ſeruus factus eſt. Comparatus eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis quandoq; ut equs dum feminas concupiſcit equę proximę adhinniens interdum ut lupus rapax alienis inſidians: nunc per dolū in fratres aſtutię uulpinę adſimilatus. Demum per inſanię magnitudinem omnino beſtia & procul a ratione factus ſeſe ad conditoris imaginem conſtitutum minime uoluit intelligere / aut ei tales conceſſas gratias ne ue ex illis honorem ſuum deguſtare curauit ſed potius terreni ſimilitudinem adſumpſit. Quem deus tādem miſeratus ut a peccato eriperet uerbum caro factum eſt & habitauit in nobis: ac adeo ſeſe humilem reddidit ut obediens uſq; ad mortem fieret: mortē aūt crucis. Quod ſi forſan primę tuę generationis excellentis nolueris reminiſci ex honore ſaltem reſtitutoris: quandam dignitatis accipe cogitationem. Reſpice pa

De hominis dignitate conſideratio pulcherrima.

rumper id quod pro te compenſatum eſt. Noſce propriam dignitatem pretioſo domini noſtri Ieſu Chriſti ſanguine redēptus. Noli ſeruus eſſe peccati ne iumētis inſipientibus ſimilis fias. Hęc uia illorum ſcandalum ipſis gubernans res humanas deus nobis per uitium ambulantibus occurrit ac impedimēti offendiculum opponit ut deficientes per inſipientiam uitę: poſtea in ore noſtro cōplaceamus. Corde nāq; creditur ad iuſtitiam: ore autem fit confeſſio ad ſalutem. Paulus perſecutus eſt: uexauit eccleſiam dei: ſuas ad iniquitatem exercuit uires. Poſt hec in ore ſuo complacuit: nuntians in ſynagogis quoniam hic eſt Chriſtus. Vt oues in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos. Beſtiis enim & iumentis inſipientibus comparatos uelut oues intellectu ſimul & uiribus adſe defendendum carētes rapiens inimicus in ſuam ipſius munitiōem adduxit ac morti ut eos paſceret tradidit. Et dominabuntur eorum iuſti in matutino. Ponit enim mors ab Adā uſq; ad Moſis edminiſtrationem donec uerus paſtor uenit qui animam ſuā pro ouibus poſuit quam exſuſcitans & ex inferni cuſtodia educens in reſurrectionis matutinum tradidit iuſtis hoc eſt ſanctis angelis ad ipſas paſcēdas cuilibet enim fidelium eſt angelus adſiſtens: patrem domini Ieſu q eſt in cœlo uidere dignus: Hi namq; iuſte dominabuntur eis qui ſunt ex miſera liberati ſeruitute & dominabuntur exiſtentibus in matutino. ideſt ad ſolis ortum ſubintrātibus. Conſidera cunctam uerborum ſcripturę ſeriem: Homo in honore exiſtens non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis. Qui enim ex natura rem ſecum habet pretioſam & ob peccatum in eo inhabitans minime illam ſentiat; is demum comparatus eſt iumentis inſipientibus. Deinde quod ſe a ratione alienauerit: factus eſt inſipiens ut ouis ſine paſtore ab inimico rapitur ac in inferno morti ut eam paſcat traditur. Ideo inde ab iniquo paſtore liberatus dicit Dominus paſcit me apud quē nō eſt mors ſed uita: nō ruina ſed reſurrectio nō mendaciū ſed ueritas. Et auxilium eorum ueteraſcet in infernum. De morte dicit nequeunte ſuis uiribus his quos paſcit opitulari; quorum omne auxilium ſeneſcens ac debile ſatis eſt: Hoc itaq; in his hominibus tunc deprendetur: q mēte decepti ac diuitiaꝝ glorię potentię uanitate ſunt inflati In inferno ueteraſcet. Depreuſa eorum debilitate uel q̄nq; auxilium iuſtoꝝ ac ſanctoꝝ patrum a domino liberatoꝝ in inferno mandabitur iam q̄dem diu prorogatū quin nōdum ꝓmiſſiones retulerint. Deo aliquid melius proſpiciente ut nō ſine nobis illi q primi fuere ad uitā perueniant beatam. Verūtn̄ deus redimet aīam meā de manu inferi q̄n accipent me. Palam uaticinatur Chriſti ad infernū deſcenſio: qui una cū aliis ꝓphetę ipſius aīam ſit liberaturus ut ibi nequaq̄ remaneat. Ne timueris

De puidētia

qum diues factus fuerit hō uel cū magnificata fuerit gloria domus eius. Ne tūc

inqt qñ in diuitias uenerit homo: qñ iniuſtũ opibus creſcentem uideris: iuſtum uero in pauptatem ueniẽtem/ne aĩo turberis aut de ꝓuidentia dubites aut dicas quod nuſq̃ ſit: aut ſi ulla: ad res tñ humanas & terrę huius latebras non ꝑueniat ut nr̃a facta aptiſſime uideat aut curet. Si.n.ulla eſſet ꝓuidẽtia ꝑfecto cuilibet ꝓpria traderet ut iuſti & hi q diuitiis uti ſciũt adfluerẽt: In pauptatẽ uero uenirẽt improbi. Opibus uẽ iniqtatis inſtrõ carẽtes. Qm̃ itaq; multi ſunt inter gẽtes & terrigenas q talia ſapiũt: putãt uẽ & ob in ęqualitatẽ apparẽtem diuiſiõis reꝝ q̃ i uita uerſant̃: ſine ꝓuidẽtia mũdum eſſe arbitrant̃. Hos monet hic ſermo: eoꝝ ſine diſciplina motũ frenare quęrẽs: parabolis ẽt ad audiẽdum inuitat. An forte ad ſoli paupis pſonã ſe cõuertens ait. Noli timere qñ diues factus fuerit homo Hi.n.maxime cõſolatiõe indigẽt ne potẽtia ſupiores metuãt. Nihil.n.inqt felicitas diuiti moriẽti ac ſecũ diuitias ferre nequẽti ꝓdeſt q tãdiu illis fruit̃ q̃diu aĩa in uita apud adulatores beata reputet̃. In moriẽdo inqt nõ ſumet oẽm hanc copiã. Vix ueſtẽ ſumet: quã pudẽda tegat: & hãc ſi ſeruis adſtãtibus uideat̃: Satiã nãq; habere putabitur ſi paꝝ terrę ſortiat̃: ſi tñ p eos licebit q funus curãt: q hãc illi nõ tã caritatẽ q̃ uerecũdia quadã cões naturę pmoti tribuẽt. Nec ipſi gratificãtes ſed humanitatẽ uerẽtes. Sis igit̃ aio pſenti ac bono ad eã que inſtãt & beatã illã atq; ꝑpetuã uitã expecta: Videbis tũc demũ queadmodũ bona de cã iuſto pauptas ignobilitas: uitę duritas obueniãt Neq; ſup his q bona nũc putant̃ aio turberis ut nõ ordine recteq; diuiſa. Audies ẽt quõ diuiti qñq; dicet̃ Recepiſti bona tua in uita tua & pauperi ſimiliter mala. Ex quo gaudeat hic ꝑpetuo ille uero doleat. Cõfitebunt̃ tibi quum benefeceris ei. De terreno loqtur hoie & eo q tm̃ bona eſſe exiſtimat huius uitę illecebras: diuitias ſanitatẽ potẽtiam. Hic de tm̃ cõfitebitur dño qum benefecerit ei. In malis uero inſtãtibus oĩno execrabitur. Nã ad dñm ſermo uertitur de his q in rebus tm̃ lętis deo grãs agunt. In triſtioribus uero nequaq̃ eodẽ aĩo pſeuerãt. Tale.n.eſt illud quod a diabolo obicitur Iob queadmodũ gratis deo nequaq̃ ille ſeruiret: ſed pietatis mercedẽ diuicias haberet. Idcirco ut uiri uirtutẽ deus oſtenderet eum oĩbus que poſſederat ſpoliauit ut ipſius erga deũ caritas ac grates in oĩbus apparerent. Introibit uſq; in ꝓgenies patrũ ſuoꝝ. Exiſtimo nãq; de pctõre & ex pctõribus genito dicat q tm̃ deũ cognoſcit quãtum pãtrũ ipſius cõſuetudo tradit: ꝓpria uero ſapiendi uirtute nihil plus poſſidet/neu per ſe quicq̃ ueritatis addit cognitiõi/nec maior illi de deo cogitatio q̃ patribus exiſtit. Vnde magnã mentis uanitatẽ/maláq; carnis conſuetudinẽ illius ſignificat qui in diuitiis ac delitiis: deniq; in curis uitę uariis aium depreſſum habet. Idcirco uſq; in ęternum non uidebit lumen. Qui enim a cecis ſeduci permittunt magiſtris ſeſe lucis uſu priuauerunt. Habet item hic locus ta-

lem quendam ſenſum. Introibit uſq; in ꝓgeniem patrũ ſuoꝝ hoc eſt. Hi q in uita iniqua & dogmate paterno pſeuerantes ꝓcul ab eccleſia ſunt non tm̃ ex deo dãnant̃ quod patres imitentur ſed quod duces iniquoꝝ dogmatũ qᵽrunt. Et hoc quod dicit introibit uſq; in ꝓgenies patrũ ſuoꝝ. Nõ ſolu is q prauas de deo opiniones habet reus eſt ſed qui hoꝝ duces & doctores imitati ſunt. Tales nãq; patrũ uitio ſuccedentes eo deteſtabiliores ac prinaciores exiſtunt quo magis opinioni ſtudiũ & lõgi tpis moram adhibuerũt. Vſq; in ęternum nõ uidebit lumẽ Mittunt̃ enĩ ad tenebras exteriores ubi erit fletus & ſtridor dentiũ. Quod & iuſto dei iudicio ſuſtinebũt ob lucem in hac uita malefaciẽdo inuiſam. Homo in honore exiſtens nõ intellexit Cõparatus eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis. Miſera ꝑfecto uox Homo paulominus diminutus ab angelis. De quo item Salomon ait Magna res homo & ualde pretioſa uir miſericors. Is demum quod propriam dignitatem non ſentiat ſed relicta ratiõe appetitum ſequatur Comparatur iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis.

IN PSALMVM LIX. IN FINEM PRO HIS QVI MVTABVNTVR IN TITVLI INSCRIPTIONE IPSI DAVID IN DOCTRINAM QVM SVCCENDIT MESOPOTAMIAM SYRIÆ ET SOBA ET CONVERTIT IOAB ET PERCVSSIT EDON IN VALLE SALINARVM DVODECIM MILIA. DEVS REPVLISTI NOS ET DESTRVXISTI.

EGo fratres dilectiſſimi ueſtram hodie ad audiendum alacritatem reſpiciens & meam ipſius indicendo debilitatem conſiderans quandam ſimilitudinẽ pueri infantis uidere mihi uideor qui lacte ubere materno ob ualitudinẽ deficiẽte ꝓhibet̃ Mr̃ uero filii deſideriũ ſentiẽs quãtũq̃ exſiccato lactis fonte uexata tñ & mãibus puerilibus pulſata ubera q̃liacũq; poſſet nõ tã ut infantẽ nutriat q̃ ut flentẽ ſedet & ad quietem adducat. Sic itaq; & mihi euenit q quanq̃ ualde ſum ex hoc morbo corpore debilitatus nõ cõſolatiõem uobis quidẽ optatã ac dignã ad ferã ſed copiã ac facũdiã qualẽ poſſumus ꝓſtabo. Quãobrẽ ingẽti caritati ueſtrę tm̃ ſatis erit ueſtrũ in me deſideriũ ſola uoce ſedare. Erudiat̃ igit̃ eccleſia dei diſcatq; qđ in hoc memorat̃ pſalmo dicere. Da mihi auxiliũ in tribulatiõe qa uana ſalus hois. Quę qdẽ ſentẽtia oẽm ualitudinis excuſatiõem mihi tollit ſi & tribulatio diuini auxilii non aũt debilitatis occaſio nobis miniſtraq; fuerit. Quod aũt ad hũc attinet pſalmũ. Hi q ob pctm̃ adeo ſunt ex-

pulſi deide peniteẽtes ob eius humanitatẽ recepti illud opportunũ dicere poterũt. DEVS repuliſti nos & deſtruxiſti nos iratus eſt & miſertus es nobis Magis aũt poſtq̃ in hũc incidimus ſermonẽ eius hypoteſeos ante oĩa expoſitõem breuiter attingamus. Hiſtoria pſentis pſalmi ſecũdum inſcriptiõem nõdũ inuenitur uſq; nũc poſita. Nã in libro regũ ſecũdo aliqua fere huic ſimilia diligẽter inqrentibus iueniunt in qua ſcribit: Et pcuſſit Dauid Adadezer filiũ Roob Regẽ Soba qñ pfectus eſt ut dñaret ſup euphratem; Et accepit Dauid ipſius mille currus & ſeptẽ millia eqtũ & uigintimilia uiroꝝ & neruos oĩbus currũ iugalibus ſuccidit & reliqt ex eis centũ currus. Et paulopoſt ſeqtur. Et regnauit Dauid in hieruſalẽ & erat faciẽs iudiciũ & iuſtitiã: & Ioab filius Saruię ſup exercitũ erat & paulopoſt ait. Miſerũt filii Amon & ſtipẽdio cõduxerũt Syrũ Soba & nouit Ioab qd fcm̃ eſt aduerſus ſe paratũ eſſe proclium afronte & atergo & elegit ex oĩbus filiis Iſrael & duxit exercitũ aduerſus Syrũ & uicti ſũt Syri & timuerũt auxilia q̃ erãt cũ Adadezer & trãſfugerũt ad Iſrael & ſeruierunt ipſis. In hac.n. hiſtorię comemoratiõe pſalmi inſcriptiõe facile inuenimus ꝓpoſito cõuenientẽ. Verũ.n qm̃ tpe tituli huius Dauid lõge clariſſimus ac potentiſſimus in belli ſucceſſibus erat: dubiũ oriri põt ueſtigatione dignũ quõ hic lugens & quaſi lamentans incipiat. Veriſimile nãq; ut lętior in pſperis rebus exultat. Alię nãq; gaudẽtium uoces & alię dolentium. Victoria nãq; lęticię popularis augumẽtum & materia nõ militibus ſolũ ſed colonis & mercatoribus & opariis & demũ oĩbus q ſunt bonoꝝ pacis pticipes. Quõ igitur inqt deus repuliſti nos. Nã cõtra uidemus qd uictores ſuſcipit: quomodo aũt deſtruxit quos tm̃ ſucceſſu reg auxit tradens eis & arma & equos & ſubditos & regnũ tributariũ Arabiã Phœniciã Meſopotamiã Dignũ pfecto ſcire hoc ne aliquã uerba ingratitudinẽ hẽant. Qui.n. prius Adradezer regẽ Soba euertit/cepitq; mille currus & ſeptẽ millia peditũ. Rurſuſq; regẽ Syrię ſuppetias ferẽtem in ſeruitutẽ redigẽs ac tributariũ cõſtituens & uno tpis momẽto uiginti & duo millia ipſius exercitus interficiẽs: Et tertia uictoria filios Amon ſupans aduerſus ueniẽtes ꝓpe ciuitatis portã p Ioab militię principẽ Qui in duas ptes exercitũ diuidẽs hos a fronte: illos a tergo adoriẽs cepit. Quõ in quã in tãta uictorię felicitate ac ſucceſſibus triſtis admodũ queri uidet dicẽs: Deus repuliſti & deſtruxiſti nos iratus es & miſertus es nobis. Sed tẽpus oportunũ tituli huius erat in rebus benegeſtis. Vis aũt ſcriptoꝝ in finẽ habet relatiõem ac in ſeculi conſumationem refertur: quando finem quiſq; ſuum conſequetur. Ex quo ad omnis ferme hoĩes recte prouenire huius pſalmi utilitas uidetur: qui & mutari & mutandi iure dici poſſunt: qum non eundem corporis habitum ſeruent nec in cognitione ſeu propoſito ſemp eodẽ uiuant: Sed ore qdẽ ſecũdum

ętatis uarietatem mutati:mẽte item alii aliiſq; prepoſitis in ſenectute omnino di uerſi. Item alii in ſecundis rebus/longe uero in aduerſis ac duris uarii reperimur Inſup alii dum egrotamus & alii dũ ualemus. In ai quoq; pturbatiõibus nõ idẽ ut in nuptiis & hilaritate. Vel quia nõ ꝓ mutatis ſed mutãdis pſalmus inſcribiť. Vaticiniũ ꝓphetę ad eos deduci põt tm̃ qui ex gentibus:futuris poſt eũ tpibus relicta Iudeoꝝ ac idoloꝝ uanitate Chriſti euãgelium ſunt ſecuti. Nõ itaq; iudę is pſalmus eſt ſcriptus ſed nobis mutatis qui cultũ plurium deoꝝ in pietatem ac idoloꝝ ſupſtitiõem in creatoris & ueri dei cognitiõem mutauimus. Itẽ ꝓ execra bili uoluptate moleſtiam elegimus. Pro delitiis & choris & ebrietatibus Pſalmos & ieiuniũ & oratiõem ſuſcepimus. Nobis ergo ꝗ pſalmũ hũc fuiſſe ſcriptũ dixe rit nõ errabit. Ideo & nr̃i ſunt diuini ſermones & in dei eccleſia ut diuinitus miſ ſa dona utq; cibus qdã aię ex ſpiritu ꝓcedens in ſingulis cõcionibus leguntť. In ſcribiť aũt pſalmus in titulũ hoc eſt uerba ipſius ita fixa mẽte retineas ut in co lũna aut aliqua re duratura titulo cõſcripta. Qum ipſius materia eius ſit generis ut edifici ꝑpetuo debeat & ſemel depreſã obliuionẽ nullo unq̃ tpe apud te ſit ha bitura. Si eni nos Iudeus ex his ſcriptis ut alienos nihilq; ad nos ptinentibus ex cludit Ex eiſdẽ item & nos ipm̃ refellemus declarãtes uocatiõem gẽtium ſdiſcre tã eſſe que & diſtantia cõgregat & que longe ſunt uocat Multos deniq; unum ꝑ fidẽ Chriſti facit. Meus eſt inq̃t Galaad & meus Manaſſes & Ephram & Iudam dixit. Cũ his quoq; Moab cõmemorauit & in Idumeã extẽdam calciamentum meũ: Deniq; oĩum ſimul obediẽtiam adnuntiat dũ ait. Mihi alienigenę ſubditi ſunt. Deus igitur repuliſti nos. Eos nãq; qui ſe ꝓcul abſte ſecundũ peccatoꝝ'poꝛ tiõem faciunt reppuliſti:noſtrę iniq̃tatis magnitudinẽ deſtruxiſti nos beneficiis adficiẽs. Iratus es:q̃m natura filii irę eramus:ſpe ac deo in hoc mũdo penitus ca rentes. Miſertus eſt nobis qñ unigenitũ tuũ ꝓ peccatis nr̃is ꝓpiciatiõem dediſti ꝑ eius ſanguinẽ redẽptiõem inueniremus. Nos aũt tua beneficia minime cogno uiſſemus niſi uino cõpuntiõis nos potaſſes. Vinũ appellat cor intellectũ & ueꝝ ſenſum penetrãs atq; attingẽs. Dediſti metuẽtibus te ſignificatiõem ut fugerẽt a facie arcus Moſes eni Iſraelitaꝝ poſtes ſanguine adnotauit. Tu aũt nobis ipſum agni ſanguinẽ immaculati ac ꝓ uniuerſi orbis pctis iugulati ſignificatiõem dedi ſti. Et Ezechiel in frõtibus facieꝝ datũ eſſe ſignum dicit. Ambulate inq̃t poſt ip ſum & pcutite,ne parcite neq; miſeremini. Seniorẽ & iuuenẽ & paruulũ & uirgi nẽ & mulieres interfuite. Ad oẽs aũt in q̃bus eſt ſignũ nõ adpropinquate. Deus locutus eſt in ſancto ſuo:lętabor &,partibor Sicimã. Vocatiõem gentium notat quibus teſtm̃ ſuum partitus eſt:hoc eſt legis ac gratię ſuę participes eſſe dedit. Si cima nãq; nobile eſt opidum quod Iacob dedit filio Ioſeph. Pro figura ponitur

Sicima opidum.

teſtamenti quod ſoli Iſrael uiſum eſt dari. Nobile nãq̧ teſtm̃ & hereditatẽ po-
puli hãc in diuiſionẽ deducã & cõem faciã reliqs. Diuiſio.n.teſtõ in oẽs & eius
cõi utilitate in cunctos hoies beneficio adfectos a deo publicata. Tunc cõualles
tabernaculoꝶ metieẽ: hoc eſt orbis uniuerſus quaſi ſortibus qbuſdã habitationi
bus p loca ſingula diuideẽ. Tunc demũ diſtãtia cõiunget auctor ille pacis ſiue i
terris ſiue in cœlo & mediam materiȩ parietẽ frãgẽs ex duobus unum cõſtituet:
Meus eſt Galaad & meus eſt Manaſſes. Nepos eſt Manaſſe Galaad ut plane oſtẽ
dat patriarchaꝶ genealogiã ex deo ꝓuenientem. Ex qbus ſcdm humanitatẽ deſcẽ
dit Et Ephraim ſuſceptio capitis mei Iuda rex meus. Saſſas connectit p cõcordiã
ptes Moab lebes ſpei meȩ. Lebetem dicit batiſmi lauacꝶ uel ut qdã hunc locum
cõuertit Lebetẽ ſecuritatis hoc eſt. Homo ſemel reiectus & minis abſterritus nõ
ingredieẽ in eccleſiã dñi. Non intrabit enĩ Moabites & Amianites uſq̧ in tertiã
generatiõem & demum in tp̃s ꝑpetuum. Nihilominus poſtq̃ p baptiſmi grãm
ueniã ſuſceperit peccatoꝶ & ſecuritatis pignus p cõciliatiõem & dei familiaritatẽ
extenderit Moab inqt Lebes eſt pretii redẽptionis uel lebes ſecuritatis. Oẽs enim
alienigenȩ iugo Chriſti colla ſubdiderunt. Idcirco in Idumeã extendit calciamẽ
tum. Hoc.n. diuinitatis calciamẽtum eſt uel caro deum ferens p quã inter hoĩes
uerſatus eſt. In hac itaq̧ ſpe collaudans ꝓpheta & btm̃ appellans dñi aduentus
tp̃s ait. Quis deducet me in ciuitatẽ munitionis eccleſiam omnino ſignificat. Ci
uitatem nãq̧ ob frequentiam & congregatiõem eſſe legitime putandum Muni
tionis uero ob fidei munimẽtum & robur. Ex quo qdam ex his q hunc locũ cla
riſſime interp̃tatus eſt dixit. In ciuitatem munitã. Quis inqt mihi felix hoc ſpe-
ctaculum dabit ut uideam deum inter hoĩes uerſantem: Hoc aũt eſt quod a dño
dicitur. Multi ꝓphetȩ & iuſti deſiderauerunt uidere q̃ uos uidetis & nõ uiderũt.
Da nobis auxiliũ de tribulatione Nõ a uiribus propriis auxiliũ querã nõ a cor-
poris habitudine proſpera: A nulla in quã te que apud hoies q̃uis magna & po
tens eſt in meã defenſionem exqram nõ ex diuitiaꝶ factione nõ ex uirium & po
tentiȩ faſtu. Quod nõ in gloriȩ ſublimitati uictoria cõſiſtat nr̃a. Sed his q tribu
lato ſunt corde iuxta eſt deus & his q eum exqrunt p̃ſto eſt. Sic.n. Paulus dum
erumnas ſuas iactabat: & ex his gloriabatur dicere ſolebat. Qum infirmor tunc
fortior factus ſum: Da igiẽ nobis auxilium de tribulatiõe: qm̃ tribulatio patien
tiã operatur: patientia ꝓbatiõem: ꝓbatio ſpem ſpes aũt non confundit: Vides quo
te tribulatio tandem deducat in ſpem que non confundit. Si in morbum incide
ris: gaude quoniam quem diligit deus caſtigat: Pauper es: lȩtare: quoniam Lazari
te bona excipient. Deſpiceris ob Chriſti nomen: hec tibi uerecundia in an-
geli gloriam transferetur. Itaq̧ fratres dilectiſſimi noſmet tribulationis tempore

confirmemus:ne in uanas hominũ ſpes incidamus: Neq; inde auxilia nobis ex pectemus ſed in lachrymis & ſuſpirus & precibus aſſiduis & uigilãtia ſolerti uo ta effundamus. Is.n.auxiliũ de tribulatione ſuſcipit q auxilium humanũ deſpi ciens eius tantum qui nos ſaluos reddere poteſt ſpe firma munietur: In Chriſto Ieſu domino noſtro. Cui gloria & imperium in ęterna ſecula. Amen.

IN PSALMVM.LXI. IN FINEM PRO IDITHVM NONNE DEO SVBIECTA EST ANIMA.

DVos eſſe omnino pſalmos nouimus Titulos pro Idithum habentes Octauũ & Triceſimũ & hũc q eſt in manibus. Quorũ ſane auctorem Dauid putamus eſſe dicaſſeq; Idithũ ad eũ in laboribus conſolandũ & ad populi melodiã p quã & ipſe deus collaudat & audiẽtes ob har moniã mores correxerũt. Erat aũt Idithũ ſacrorũ ſacerdos ut hiſtoria Paralipome non nobis teſtat dicẽs. Et cũ ipſis Aeman & Idithũ. Iubeq; & cimbala reſona re & organa cãticorũ dei & Paulopoſt ait. Et duces exercitus ad opa filios Aſaph & Aemã & Idithũ loquẽtes cũ cimbilis & organis & tympanis. De patiẽtia igit uterq; pſalmus plurimũ loqtur: p qua animę iracũdię & timor ualde corrigitur Sụbia uero oĩno excluſa: humilitas facile introducit: Difficile nãq; eũ q ſe infe riorẽ oĩbus & poſtremũ nõ facit aut irã: iniuria ꝓuocatũ coibere/aut ĩ laboribus & erũnis aĩ turbatiõis p lõganimitatẽ ſupare. Ille nãq; q in humilitate magnope ꝓficere querit: q᷑ in cõtumeliis pferẽdis plurimã utilitatẽ cognoſcat: laceſſitus nequaq̃ aĩo cõmouebit. Sed dũ audiuerit pauptatẽ ei ꝓbro dari ſeſe paupem ue re exiſtentẽ & oĩum egenũ & in dies uictũ a domino expectãte. Si itẽ ſe ignobilẽ & ex ignobilibus uenietẽ uocari audierit. Iã aĩo dudũ comptum habet ex limo terrę ſe natũ eſſe: Idcirco in pſalmo.xxxviii. quẽ ſupra ſimilẽ fere materiã habe re dixit ait. Cuſtodiã uias meas ſi nõ delinquã in lingua mea. Narrat pctõris in ꝓuocãdo audaciã & ꝓpriã in tolerãdo cõſtãtiam. Dũ cõſiſteret inqt peccator ad uerſum me ſurdus factus ſum & humiliatus ſum: & ſilui a bonis Deide in ꝓceſ ſu ait. Verũtñ uniuerſa uanitas oĩs hõ uiuẽs Deide theſaurizat & ignorat cui cõ gregabit ea: In pſenti aũt pſalmo dubitando exordit ut q cũ aĩa ſua differit quẽ admodũ ex ſupradictis appet: Cur inqt carnis ſupbie & prauorũ adfectuũ aiam facio ſeruã q̃ adeo & corporis & oĩum ipſius ſenſuũ dux atq; princeps eſt creata? Oportet itaq; aĩ pturbatiõibus dñari: deo aũt ſeruire. Difficile nãq; & pctõ ſimul & deo ſubiectũ eſſe. Sed opus ut ſi dño uniuerſorũ ſubdi cupit uitiũ ſupet: Idcir co propheta illi qui prouocat ac laceſſit multamq; malorum ei turbam adfert &

ſpiritus dignitatem corporis imperio ſubigere cõtendit: reſpondit & quaſi uanã
ipſius cogitationem: & conatum reprendens: hec tãdem ait. Quid me ſeruire co
gis his quibus fas nõ eſt. Mihi dominus eſt quem ueiũ noui regem. Nõne deo
ſubiecta eſt anima mea. Ab ipſo enim ſalutare meum? Cũm dic cur ſubigi do
mino cõtendas: qm̃ ex deo ſalutare meum Proprium aũt rectoris eoꝝ que fecit
curã gerere uti ſeruentur: Vel ab ipſo ſalutare meũ Quoniam prophetice preui
dens futurã eſſe humanitatis dñice gratiam hoc dicit quemadmodũ deo ſeruire
& ipſum amare oportet q tale beneficiũ ingenus humanũ cõtulerit ut proprio
filio nõ parceret ſed ꝑ oibus tradiderit. Salutare eni mos eſt ſcripturę noie Chri
ſtum dei Sicut & alibi Simeon ait. Nũc dimittis ſeruũ tuum dñe in pace quoni
ãm uiderunt oculi mei ſalutare tuum. Subdamur itaq; deo qm̃ ex ipſo ſalutare:
Quid aũt ſit ſalutare declarat. Nõ actio nobis illa grãm prębens in liberãda cor
poris debilitate ac proſpera cõſtituenda ualitudine: ſed quid ſalutare? Ipſe deus
meus & ſalutaris meus ſuſceptor meus nõ cõmouebor amplius. Deus noſter eſt
Ex deo filius idẽ & ſeruator humani generis noſtrã corroborans debilitatem ac
nr̃am corrigẽs ob uarias tentationes animis inſitam infirmitatem. Non cõmo
uebor amplius inquit. humaniter imbecillitatẽ fatetur ut plerũq; ſolet euenire.
Difficile nãq; in hoĩs anima aliquam culpę cõmotionem nõ eſſe. Quouſq; inqt
parua: paruaq; admittimus: quiete admodũ uelut a molli aura impulſi: poſtquã
uero plura maioraue fuerint mala ex peccatorum proportione augetur protrahi
turq; commotio: nonnullis leniter qbuſdam adeo uehementer ut radicitus euul
ſi euertantur. Quando uidelicet iniquitatis ſpiritus qui omni tempeſtate uiolẽ
tior eſt animi radices quibus fides ſecundum deum ſtabilita eſt euellit. Idcirco
ego inquit ut homo commotus ſum: magis autem nõ commouebor quoniam
dextra manu ſpiritus firmabor. Vſq; quo irruitis in hominem interficitis uniuer
ſi uos tanquam parieti inclinato & materie depulſę. Rurſus cum malignis dia
boli miniſtris dimicat hic ſermo/accuſatq; ex ipſis procedentium inſidiarum ma
gnitudinem quoniam homo quidem animal eſt debile uos autem irruitis. Nec
contenti prima irruptione: ſecundam ac tertiam aggredimini donec ſic animam
ante uos cadentem perdatis: quemadmodum inclinatum murum & materiam
depulſam: Murus enim donec rectam cuſtodit ſtabilitatem ĩteger manet: ubi ue
ro inclinauit neceſſe ut totus quandoq; corruat. Pondera enim legittima ſi ſe
mel icta ſunt: facile reſtant/at ſi plurimo impulſu commota ſemel inclinatiõem
fecerint: nulla mora qn penitus ruãt uixq; poſtea inſtaurent: Ex hoc ſane oſtẽdit
quẽ admodũ hoĩs natura cõpoſita exiſtẽs ex pcõ qdẽ ĩclinat ex quo ſolus ipſam
qdẽ oĩo oportet ac rurſus ab eodẽ artifice q illã cõdidit ĩſtaurari. Vnde repata ac

reſtituta ſecur tatem immortalitatemq́ recuperabit ut in ſecundam ruinam mi
nime ſit inſidias paſſura. Dei enim agricultura inqt apoſtolus dei ędificatio eſtis
Ædificatiõem hanc cõquaſſauit inimicus. Rector uero noſter reparauit. Verum
tñ pretiũ meum cogitauerunt repellere cucurri inſiti ore ſuo bñdicebant: & cor-
de ſuo maledicebãt: Pretiũ hoĩs ſanguis Chriſti. Pretio inquit empti eſtis: nolite
fieri ſerui hoiũm. Hoc itaq́ pretiũ cogitauerũt inutile nobis reddere ſemel libe-
ratos rurſus in ſeruitutẽ nos trahere q̃rentes. Cucurri in ſiti: Vim inſidiarũ dia-
boli dicit q cõtra nos cucurrit noſtrũ ſitiens interitũ. Ore ſuo benedicebãt: & cor
de ſuo maledicebãt. Multi nãq́ ſunt qui pro bonis prauas recipiũt actiones & ui-
tia uirtutibus uicinis honeſtare contendũt: Nã ſcurilia loquẽtem urbanũ. Acer-
bũ atq́ iracundum fortẽ magnanimũ ac diligẽtem uocãt. Parcum uero ac mini-
me liberalẽ ut ſobriũ diſpenſatorẽ. Prodigũ quoq́ ut liberalẽ libidinoſum & laſci-
uum & uoluptariũ ut quẽdam remiſſi animi collaudãt: & in ſumma uitiũ oẽ ex
proxima uirtute cognominãt. Tales itaq́ ore bene locunt. Corde aũt maledicũt
In uerborũ nãq́ benedictione oẽm execrationem inducunt: ac reos ęternę dãna
tioni ob ea q̃ recipiũt ſeſe conſtituũt. Rurſus aũt propheta aĩam adloqtur eã ad
deo ſeruiendum adhortãs. Verumtñ inqt deo ſubiecta eſto aĩa mea. Magnitu-
dinẽ tentationũ oſtendit: & illud apoſtoli comemorare uidetur dicentis. Fidelis
eſt deus qui nõ pmittet uos tentari ſupra id quod poteſtis. Ab ipſo.n. paciẽtia
mea in deo ſalutare meũ & gloria mea deus auxilii mei & ſpes mea in deo Bea-
tus q ex nulla re in hac uita quãuis magna nimiũ gaudet ſed in deo ſpem glori-
amq́ collocat ad Xp̃m tñmodo crucifixũ iactans: & cũ apl'o dicit. Mihi abſit glo
riari niſi in cruce dñi noſtri Ieſu chriſti. Nũc aũt multi circa res corporis ſiue cer
tamina athletica excitant: plures etiã ui armis pre ſe ferre fortitudinẽ gloriantur:
quin & mouere ſeditiones & necare ciues ſuos in tumultibus uirtutẽ exiſtimant:
Fortitudo namq́ in bellis & tropęa a ducibus aut ciuitatibus erecta ex nulla re
alia q̃ ex cedis magnitudine ueniũt. Nonnulli item ciuitates menibus circũdare
gaudent: Alii uero in ornatu uanę ſupellectilis & magnorum gymnaſiorũ ędi-
ficiis ille ſuas opes in eos erogat: qui feras in theatris conficiunt & uanis popu-
lorum plauſibus letatur: propriis inflatur laudibus & alta nimis ſapiens gloriam
in propria uerecundia: dedecoreq́ collocat: qui etiam in celebrioribus urbis lo-
cis titulum hoc eſt uitium ſuum in tabulis marmoreis futuris monumentũ ho-
minibus inſcribit. Alius in diuitiis Alius quod orator eloquentiſſimus uel hu-
mana ſit ſapiẽtia preditus tumet: Quorũ oium gloria: miſericordia digna eſt. Fas
aũt eos potius brũs exiſtimare q deũ ſuã ſtatuerũt felicitatẽ. Si.n. ille faſtus adſu-
mit: & alta ſapit qđ terreni regis ſit ſuus maximoq́ apud eũ i honore habitus q̃to

Qui titulos ſuos uãis opibus adponũt uitiũ ſuũ poſteris manifeſtant.

magis fas erit magna ſibi polliceri ac ſublimẽ putare quod regis ęterni miniſter appelleris eiq; per ſpiritũ adoptiõis acceptũ ſumma familiaritate iungaris. Ad imitatiõem quoq; ſui populũ ꝓuocat dicens ſperate in eũ oĩs cõgregatio populoꝝ effundite corã illo corda ueſtra. Impoſſibile nãq; nos ad diuinã gratiã ſuſcipiendã habiles reddere niſi ꝑturbationes & uitia noſtras aĩas poſſidẽtia prius eiciamus. Vidi ego iã medicos nõ prius medicĩas ſalutares dare q̃ uomitu graſſantẽ naturã morbi cãm euacuent/quẽ ex malo dietę genere hoĩes intẽperantes ſibi ipſis creauerũt. Sed & uas quod odore tetro fuerit refertũ: unguẽtũ odoratũ minime recipe poterit. Opus itaq; ea q̃ prius occupãt ut ĩpedimẽta remouere ſi alia ſuccedẽtia collocare uelimus. Verũtñ fili hoĩum Nouit.n. non oĩs eius ꝑcepto obtemperaturos nec ſpẽ in deũ recepturos ſed in rebus uitę uanis atq; fragilibus fiduciã hñtes. Idcirco dicit uerũtñ uani fili hoĩum mẽdaces fi i hoĩum ĩ ſtateris. Cur uani. Quoniã mẽdaces ubi maxime eoꝝ deprenditur mẽdaciũ in ſtateris ait iniqtatis: qualibus ſtateris? Nõ.n. oẽs hoĩes libra utunt̃ non oẽs item lanaꝝ aut carniũ uenditoꝝ uel aurũ & argẽtum exercent: uel omnino circa ea uerſant̃ quę mercatores libris aut ponderibus fraudare ſunt apti. Sed & reliqũ mechanicoꝝ genus ad eoꝝ pleruq; officiũ lancibus aut ſtateris nihil habẽt opus. Multi nauiũ fabricatores multi circa iudicia uerſãtes apud quos mendaciũ qdẽ q̃nq; fuerit dolus uero aut fraus ꝑ librã nõ erit: Quid igitur eſt quod dicit? Quoniam cuilibet noſtrũ intus ſtatera quedã eſt a cõditore oĩum creataq́ ad opus nos rectũ dirigit: & ꝑ quã reꝝ naturã poſſis ꝓbe iudicare: Moralia ad te ꝑtinẽtia tecũ expẽde uitã & mortẽ: bonũ & malũ. Duas iter ſe cõtrarias naturas has tu apud te tuũq; tribunal & iudiciũ examina: ac diligẽter expẽde qd utilius tibi: Momẽtaneã parũq; duraturã eligere uoluptatẽ: ꝑ quã mortẽ inuenias ęternã. An in uirtutis exercitatiõe laborẽ malle quo ꝑpetuas cõſequaris delitias. Mendaces ergo hoĩes falſa ſecũ habẽtes aĩę iudicia. Hoc eſt qd̃ dicit̃ ueh dicẽtibus tenebras lucẽ & lucẽ tenebras; amaꝝ dulce & dulce amaꝝ. Mihi ni q̃ ꝑſentia: qs aũt nouit futura? Male librã expẽdis: mala ꝓ bonis eligẽs: uana ueris anteponẽs: momẽtanea ꝑpetuis potiora ducẽs: ꝑſẽtẽ deniq; uoluptatẽ ꝓ letitia iugi & nũq̃ defutura: tibi ſũmẽs. Mẽdaces ergo hoĩes in ſtateris iniqtatis. Decipiunt.n. & iniuria adficiunt ante omnis ſeipſos deinde ꝓximos. Nã qum in propriis factis male ſibi cõſulant: malo ſunt etiã ꝓximis exemplo: Nec eſt in die iudicii ut dicas bonũ ignoraui. Tibi namq; propria datur libra quę iudicium boni ac mali adfatim monſtrat ac ſubminiſtrat: Corporea nãq; põdera i librę lancibus ꝓbamus. Que uero in uita eligimus ꝑ aĩę arbitriũ iudicamus ſtaterã appellat ob ꝑtẽ ęqs in utrãq; ꝑtẽ lances accipiẽdi. Nolite ſperare i iniqtate & rapias nolite cõcupiſcere. Supra nãq; dixit

Mẽdaces filii hoĩum in ſtateris.

Que nã hęc ſtatera?

Synterefis q̃ ſit uirtus.

ſperate in eũ oĩs congregatio populorũ.Nouit in obtemperãdo deſidiam & ad didit. Verumtamen filii hominum Rurſus hortatur ne ſperent in iniuſtitia.Nã qui diuitias ex iniquitate coactas ad uires atq; potentiam facere putauerit: ſimilis eſt ęgro qui in ſummo morbi ſtatu bonam eſſe habitudinem exiſtimat. Noli te ſperare & rapinam nolite concupiſcere Alieno abſtinẽdum eſſe admonet Diuitię ſi adfluant nolite cor adponere:Si aliquem ualde opulentum uideris : noli propterea beatum in uita exiſtimare: Si tibi multę undiq; fluxerint opes ne ad modum curabis aut admirabere.Diuitię ſi adfluant Admirare hanc uocem.Flu xa eſt diuitiarum natura:poſſidentes torrẽte citius pręterit atq; deſerit:alios alio modo apta mutare dominos:quemadmodum fluuius exalto ruens loco ita ſubito exuberat:ut ſtantes in ripa quandoq; attingat ac ſtatum deſcendat : Sic & opum felicitas breuiſſimum habet & lubricum ſtatũ alios aliter apta mutare poſ ſeſſores.Hodie huius agercras erit alterius & paulopoſt ad alium perueniet Reſpice parumper ad ciuitatis domos quot nomina ex eo tempore quo fuerũt ędificatę mutauerunt ab aliis atq; aliis appellatę poſſeſſoribus & aurum per manus habentium fluens ſemper transfertur : & ab illo ad alium . Magis enim aquam manu retinere poteris q̃ diuitias ſi paruo ac tantum neceſſario contentus fueris. Pulchre igitur dicitur Diuitię ſi adfluant nolite cor adponere. Ne animo erga illas adficiaris ſed uſum tantum ſumme neceſſarium.Non deniq; ut eas admirãs amanſue ſed uitę uirtutiſq; inſtrumenta exiſtimans.Deinde dictis confirmationem ſententię coiungit non ex propriis uerbis ſed ex his que ex ipſo deo audiuit:Nemo enim hoc ut incredibile miretur:ut ſemel deus locutus fuerit Prophe ta uero duo audiuerit. Poſſibilę nãq; aliquem ſemel locutum eſſe & inter ea que narrat plura eſſe dicta:Homo enim ſi forte cum alio congrediatur de pluribus differet poteritq; qui eius audiuerit uerba dicere quod ſemel me adlocutus eſt & plura dixerit:Simile & hoc quod propheta dicit.Semel michi deus apparuit / duoq; dixit. Non autem ait unum locutus eſt deus. Duo autem hec audiui Sic enim ſecum pugnantia uiderentur. Que autem hec duo que audiuit Quoniam poteſtas dei & tibi domine miſericordia.Quoniam tu potẽs inquit in iudicio & idem miſericors:quãobrem nolite ſperare in iniquitate : nec in diuitiis adfluẽtibus cor adponite nec uanitatem diligite neu deniq; naturale iuditium dei munere uobis conceſſum perire permittite ſcientes quod potẽs eſt deus noſter.Eius timere poteſtatem neq; humanitate ipſius abutimini. Dei nãq; timor utilis quidem ad peccati abſtinentiam:ſed ei omnino qui in peccatum ruerit ne per deſperationem periclitetur : utilis eius miſericordię ſpes. Poteſtas enim dei & ex ipſo miſericordia.quoniam tu retribues unicuiq; ſecũdum opera

ſua. In qua enim menſura proximos metiemini & uos idem ſuſtinebitis: Cecidi ſti fratrem: par recipe: rapuiſti aliena Irriſiſti pauperes uerecundia: iurgiis/contu meliis adfeciſti calumniam intuliſti/mentitus es: alienis nuptiis inſidiatus es: deieraſti/patrum monita neglexiſti. Orphanorum poſſeſſiones inuaſiſti: uiduas ex agitaſti. Denique huius uitę uoluptatē bonis futuris a deo tibi promiſſis potiorem habuiſti. Recipe his ęquam menſuram: Qualia namque quis ſperat talia & metet: Nam ſi quid bonorum abs te geſtum fuerit: illis multo plura recipies munera: Quoniam tu reddes cuique iuxta opera ſua. Si huius itaque ſententię in omni uita reminiſceris multa poteris peccata uitare In Chriſto Ieſu domino noſtro: cui glo ria & imperium in ęterna ſecula. Amen.

¶IN PSALMVM. CXIIII. DILEXI QVONIAM EXAVDIET DOMINVS.

IAm inde ex nocte media qum ad hoc dicatum martyribus tēplum fra tres dilectiſſimi uenerítis: ipſorum martyrum deum per hymnos uſque ad horam hanc diei qum fere meridies ſit placare non deſtitiſtis. Nos uero ſi apud uos quibus ob honorē in ſanctos parata eſt a domino merces apo logiam ob motam lentamque miſſionem ueſtram facere oportet: Cauſam ad ferimus quod in alio ſimili huic templo non paruo a nobis diſtante ſpacio offi cium obeuntes tempus diei huius conſumpſimus. Quoniam itaque uiſus eſt do minus illis per me ſatisfeciſſe: & ueſtrę propterea non defuiſſe caritati: gratias ei mecum reddite qui hanc uiſibilem noſtri corporis fragilitatē inuiſibili eius uir tute per manus duxerit. Ex quo qum uos tamdiu retinuerimus iamiam procul dubio dimittemus ſi pauca prius ſuper pſalmo uobis decantato differendo: ſer monis conſolatione ueſtras animas aliquantulum ędificauero. Adcurāda dein de corpora ueſtrum quemlibet miſſum faciemus. Quid igitur id erat quod decantaſtis. DILEXI quoniam exaudiet deus uocem orationis meę. Non enim omnium eſt dicere dilexi. ſed perfecti tantum & eius qui ſeruitutis metu iam dimiſſo: in adoptionis ſpiritu conſiſtat. Non enim quem diligat ad ponit qum facile nobis intelligatur qui uere & per ſe ſit omnino amabilis. A ma bile namque id definiunt quod omnia exoptant. Bonum autem deus & primum: ac perfectiſſimum bonorum omnium: Ipſum itaque deum dilexi ultimum deſi derabilium exiſtētem/ac eius cauſa labores cum gaudio ſuſcipio. Qui autē ſunt paulopoſt enarrat: Dolores uidelicet mortis & pericula inferni: tribulatiōem: do lorem: que omnia ob cantantem in deum & ob ſpem repoſitam his qui ob pieta

Moſes ſine uoce ad non auditus.

tem ſuſtinent erumnas amabilia apparuere: Non enim inuitus inquit aut per uim ſuſtinui certamen ſed ardore mentis quodam & adfectu laborioſa ſuſcepi ut habeam dicere quoniam propter te mortificamur tota die: ac fere illud apoſtolicum. Quis me ſeparabit a caritate Chriſti Tribulatio an anguſtia an perſecutio: an fames an nuditas: an gladius. Dilexi igitur hec & his ſimilia ſciens quod ſub ſpectante & munerante te domino pro pietate pericula ſubeo. Quoniam exaudiet dominus uocem fletus mei. Sic enim & quilibet noſtrum poteſt in mandatis que ſunt grauia minime uereri/aut expaueſcere: quando a deo omnium ſpectatore: eius conatus uiſus fuerit. Quoniam iclinauit aurem ſuam mihi Inclinauit inquit non ut corpus aliquod aut aures in deo cogites & has ad uoces humilitatem inclinante: quod & facere ſolemus erga eos qui ſubmiſſe loquuntur aures prope admouendo ut ex propinquo ſenſu loquentem excipiamus ſed inclinauit inquit ut mei ipſius utilitatem exciperet & mihi iacenti per humanitatem condenſcenderet: uerbi gratia. Egrotanti alicui & ex multa debilitate loqui clare nequeũte humanus medicus ora prope admouebit ut ex eo diſcat que ſunt adminiſtrare neceſſaria laboranti Inclinauit itaq autem ſuam mihi. Diuinus namq auditus uoce non indiget ad ſenſum. Nouit enim ex cordis motu queſita hominum ac uota. An non legis quemadmodum Moſes nihil loquens ſed tantum ſine uoce anxius & in anguſtia conſtitutus occurrens domino ex eo audiuit dicente. Quid loqueris: Nouit item deus ſanguinem Abel iuſtum audire/cui nec lingua nec uox aerem uerberans aderat. Operum igitur iuſtorum benefectorumq preſentia maxima eſt apud deum uox. Et in diebus meis inuocabo. Nos autem una orantes die uel una breuem aliquam ſuper peccatis noſtris triſtitiam adferentes quieſcimus ut aliquid aduerſum noſtro uitio ſtruentes At hic propheta ſanus factus toto uitę ſuę tempore: ſe confitendo dicit oſtendiſſe durantem. In omnibus inquit diebus uitę meę inuocabo. Vt autem ne putes quod in rebus huius uitę ſecundis & ei admodum cedentibus nomen domini tantum inuocaret Narrat laborum magnitudinem eum circunſiſtentium. In quibus conſtitutus nequaquam nominis dei eſt oblitus. Circundederunt me inquit dolores mortis & pericula inferni inuenerũt me. Dolores enim proprie de parientibus dicuntur quando ad tumorem uenter inſurgens extra fetum pellit deinde genitalia muliebria ob partum diſtenta ſpaſmis & neruorum laxitatibus acutiſſimos dolores & uehementes cruciatus parientibus gignunt: Tranſtulit autem dolores ad mortis pœnas circa animal in animę & corporis diuiſione inſtantes: Nihil enim mediocre ſe paſſum eſſe dicit ſed uſq ad ipſos mortis dolores fuiſſe tentatũ. Nũ & hec ſemel & inuitus tulit: quoq caùſa eſt ornatus: an hec qdẽ

ſepe ac uoluntarius. Nihil enim hoꝝ quę coacti facimus laudabile ſed uide que ſo athletę huius animi magnitudinē: Poſtq̄ eni circundederunt me dolores mortis & pericula inferni inuenerunt me tm̄ abfuit ut in his corruerem tentatōibus ut multo pluribus pferendis me uoluntariū obiecerim. Tribulatiōem & dolorē mihi inueni qm̄ inexorabili & obſtinata fui mente in malis a tentatore inductis pferendis ut excellētem in deū caritatem oſtēdam: tribulationes tribulationibus & doloribus dolores adieci. Ex quibus oibus non ppria uirtute euaſi ſed qm̄ nomē dñi inuocaui. Simile & huic illud apoſtoli dicēus In oibus aūt ſupuicimus ob eum q diligit nos. Vincit. n. is qui ab his q̄ coguntꝰ minime flectitꝰ: ſupuicit autē is q ſponte dolores oſtendēdo patiētiam ſubit. Qui aūt uſq; ad mortē in aliquo peccato cōſtitutus fuerit dicat Circūdederūt me dolores mortis Omnis. n. petm̄ faciēs inqt dñs ſeruus eſt peccati. Q nēūq; igitur aliqd admiſero morte dignū tunc & a periculis inferni ſum inuētus. Quo ergo meipm curaboꝛ poſtq̄ uidelicet tribulatiōem & dolorem inueni p penitētiam peccati magnitudini reſpondentem. Pœnā ex penitētia mihi excogitaui & ſic ſum auſus nomen dñi inuocare Que aūt erant q̄ dixiꝛ O dñe libera aiam meā. In hac. n. captiuitate retineor. Tu p me redēptionis premiū tribue & libera aiam meā Miſericors dñs & iuſtus ubiq; enim ſcriptura rebus miſerandis dei iuſtitiam addit. Nos plane erudiens quēadmodū nec miſericordia dei ſine iudicio: neq; iudiciū ſine miſericordia ſit ſed indignos utēs miſericordia erūnas quoq; admiſcet: & iudicās debilitatis nrę rōnem habet. Humanitate magiſq̄ ęqui cōpenſatione nos plectēs: Et deus nr̄ miſeretꝛ. Miſericordia eſt aī turbatio in eos q preter dignitatē deiecti ſunt ab illis pcedens q ſimul pturbatione adficiuntꝛ Miſeramur. n. eos q ex magnis diuitiis in magnā inciderunt pauptatem: Item eū qui ex optima corporis habitudine in ultimā debilitatē deiectus eſt. Similiter q mēbroꝝ pulchritudine preſtātiq; forma in tabem ſqualorēq; maximū ruit. Quoniam itaq; nos qñq; in paradiſi ſtatiōe nobilitati eramus Ob ruinam poſtea ignobiles & humiles facti ſumus. Deus nr̄ miſeretur nos aīaduertens quales p qualibus facti ſumus. Idcirco & Adā miſericordię uoce uocauit Adā ubi esꝛ Non is q cuncta nouit doceri q̄rit ſed noſſe illum uoluit qualis p quali factus eſt: ubi es. Quaſi dicat in quam incidiſti ex tāta ſublimitate ruinā? Cuſtodiēs paruulos dñ: humiliatus ſum & ſeruauit me. Si uis hec ad naturalē referre ſermonem. Natura humana nunquam cōſiſteret nec incolumis ſeruaretur niſi parui & infantes a domino iugiter conſeruarentur. Quonam modo hi qui in uulua concepti ſunt fœtus & nutriri & moueri poſſent in tam breuibus pſertim locis & in tenebroſis & humidis cuſtodiis clauſi uitā hñtes preterea nec reſpirare: nec hoium uitā uiuere ualentes ſed more piſcium

per humida natantium: niſi dei cuſtodia ſeruarentur. Nam in hunc locum minime conſuetum & ex calore uuluę in aerem hunc frigidum exeuntes breui admodum uiuerent tempore niſi deo aurę precipue forent. Cuſtodiens ergo paruulos dominus humiliatus ſum ſeruauit me: Cõuertere anima mea in requiem tuam qm̃ dominus benefecit tibi. Bonus athleta ſermonem exhortatorium ad ſe reducit more Pauli dicentis Bonum certamen certaui: curſum conſumaui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitię. Hec ſibi ꝓpheta dicit. Poſtq̃ ſatis uixiſti & uitę curſum expleueris reliquum eſt ut in requiem tuam conuertaris quoniam dominus benefecit tibi. Manet enim requies ſempiterna illos qui in hac uita legitime certauerint: nõ ob eorum merita factorum ſed ob munificẽtiſſimi dei gratiam in quo ſperauerunt proueniẽs. Deinde priuſq̃ ibi bona enarret quemadmodum a rebus mundi duris euaſerit explicans ſuper his gratias agit animarum liberatori qui eum de magna ſeruitute: uaniſq; anni perturbationibus & adfectibus eduxit. Que autem ſunt hec: Quoniam eripuit animam meam a morte & oculos meos a lachrymis & pedes meos a lapſu. Futurã requiem his malis que hic patitur comparat. Hic enim inquit circũdederunt me dolores mortis. Ibi uero eripuit aĩam meam a morte. Hic oculi ob moleſtias uarias lacrymas effundũt Ibi uero nulla lachryma in oculis eoꝝ q cõtinuo ſummi dei pulchritudinis cõtemplatione lętantur. Abſtulit enim deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum. Hic item magnum pro labendi periculum. Ideo Paulus ait. Qui exiſtimat ſe ſtare uideat ne cadat. Ibi uero ſolidi greſſus: uita incommutabilis nec peccati periculum nec carnis rebellio ac contumacie non feminę concupiſcẽtia: quoniã in reſurrectione nec mas nec femina erit ſed una omnibus ac ſimilis uita eorum qui dño placuerunt in regione uiuoꝝ. Mundus namq; hic mortalis eſt & morientium locus. Quoniã uero uiſibilium ſuſtantia compoſita eſt. Omne uero cõpoſitum diſſolui eſt aptum. Nos qui mũdi partes ſumus neceſſario uniuerſi naturam ſequemur. Idcirco priuſq̃ anima p mortem a corpore ſeparetur morimur oẽs Quod nõ mirum tibi fortaſſe uideatur. Cõſidera parump rei euentũ. In tribus enĩ annoꝝ Hebdomadis tres in uita ętatũ mutationes fiunt: & per ſingulas hebdomadas qualibet terminus pretenta circunſcribit ac nouam prębet rurſus mutationem. Pueri ętas uſq; in octauũ annũ primã explet hebdomada: Aliam uero ad pubertatis annos diſciplinis aptam ingreditur. Pubes ſiue ephebus uſq; in annum uiceſimum qum primum oris lanugo ceperit extenditur: Iuuentus inde incipit: & ętas uirilis Quando enĩ uideris corporis augumentum ſecũdum ętatem deſinere: & aliam mẽtem: aliaſue cogitatiões habere: nihilq; deniq; pretentę adoleſcentię uirum retinere: nunquid pretenta in eo tibi iam periiſſe uidentur. Rur

No. De morte pulcherrima.

ſus ſenex in aliam formã:& animi adfectum mutatus alius ſine dubio a primis ętatibus apparet: Ex quo uita hominum per multas mortes non ſolum in ętatis mutatione ſed etiam in animarum ruinis ob peccata admiſſa ingreditur. Vbi uero nec corporis neq; animi eſt mutatio:non eſt item cogitationum controuerſia neq; ſententię uarietas:nulla perturbatione ſtabilitatem : tranquillitatemq; animi auferente: Ea demum eſt regio uiuentium qui continuo ſibi ipſis ęqui ac ſimiles exiſtunt: In qua propheta maxime deo/ac omnium domino:ſe placere ſperat:ut nulla re extrinſecus impediente:quin adoptatum terminum felicis: angeliſq; communis ſeruitutis perueniat: Optamus inquit ſiue peregrinantes a corpore ipſi placere: Ea inquam uiuentium beata regio non uox non ſonnus mortis imago non rebus aut potus humane infirmitatis pręſidia. Nõ preterea morbus non dolor aut iudicia ſeu mercatus. Non artes non pecunia malorum origo: bellorum materia/inimicitię radix ſed regio uiuentium non morientium ob peccatum ueraq; ac perpetua uita In Chriſto Ieſu domino noſtro Cui gloria & imperium in eterna ſecula: Amen.

¶IN PSALMVM.CXV.CREDIDI PROPTER QVOD LOCVTVS SVM.

CRedidi propter quod locutus ſum. Ego autem humiliatus ſum nimis. Ego dixi in exceſſu meo omnis homo mendax. Fides eſt una omnium quam omnium dei uerborum ducem eſſe oportet: Fides inquam non demonſtratio. Fides ſupra omnem rationem ſcientiarum diſciplinarum ue animam ſublimem trahit: Fides deniq; non geometricis aut neceſſariis nititur probationibus. In nomine domini Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula. Hanc uocem cõtinuo per ſpiritum ſanctum ſubſecutus eſt ſtatim effectus ex prodigio namq; diuinitatis unigeniti manifeſtatio neceſſaria uidentibus eſt orta: Dic queſo quid ad fidem faciendam ueritatemq; perſuadendam uehementius an dialecticę propoſitiones ſecum ſymperaſmata conſequentia trahentes an potius tale tantumq; oſtentum ab omnibus clariſſime uiſum omnemq; uirtutem excedẽs? Sed hec quod minime probantur minimum etiam a pleriſq; creduntur qui mũdanę potius ſapientię & horum que ſunt ex arte & diſciplina perſuaſione retinẽtur q̃ prepotenti ac ualida ſpiritus ſignificatione moueãtur: Qui nempe ſpiritus per illorum ſimplicitatem: qui deo ſponte confidunt: cauſa ſalutis multorꝝ oſtenditur: Sed utinam mihi ſit credere digne ut ad eccleſiam hanc magnam loquar: Neq; ſermonem noſtrum aliquis irrideat: ſi citra probationem auditores ad ea

Principia indemonſtrata eſſe: oportet ut cetera probentur.

credenda: que dicimus facile deducamus. Igitur cuilibet diſciplinę neceſſe indemonſtrata eſſe diſcentibus principia. Quoniam difficile ſane circa principia pugnantes: ac contendentes recte ac ordine poſſe ad finem ꝓcedere: Hoc enim manifeſte ex his que ſunt extra fidem: apparet: Nam ſi geometricę prima principia non concedas durum fuerit inde ſympaſma deducere. Item in Arithmetica in primis immorantes elementis reliqua que ex his ſecuntur impediunt ſic & medicis medicinę principia minime demonſtrantur. Deniq; in quolibet ſtudio quod ordine in finem procedit impoſſibile primorum ſubiectorum demonſtrationes inquirere: Sed neceſſe omnium artium que probatione nituntur: principia ſine ueſtigatione/aut ratione poſita reliqua que deinceps ſecuntur cum ratione oſtēdant: Sic & theologię myſterium ex fide minime ratiōibus probata ędificiū querit. Credere eſt opus inquit apoſtolus ad cedentibus ad deum quia eſt: nec contendere qd eſt: Et demū ſi fides eſt ſperādaꝝ ſuſtantia rerum argumētum nō apparentium. Noli longe poſita curioſius ueſtigare: ne ue ſperata in dubiū reuocare: quod ea nequeas ingenio deprendere. Hec igit̄ in uniuerſum de fide ob cōtentioſos & in uerboꝝ tendiculis ac pugna ueritatem eſſe putantes dicta ſint. Preſens nāq; pſalmus poſtrema pſalmi ꝑcedentis uerba ordine quodam cōſequi uidetur: Ibi.n.dicitur. Placebo dño in regione uiuoꝝ. Quoniam igitur non de uiſibili regione differit̄. Vt clare ſciens cām difinitiōis: regę incertaꝝ reddit dicens. CREDIDI quod eſt quedam uiuoꝝ regio ꝑpter quod locutus ſum q̄m placebo in ipſa domino. Deniq; ſiquis de rebus diuinis ſine fine ad dicēdum ueneritin multas nugas incidit & caſſas nuces: ſermonem in nullo firmans ſubiecto: Principium itaq; ſanę orationis fides in loquentis corde uehementer roborata: Deinde unde poſſumus circa fidem pfecte agere deinceps inſtruit dicēs. Ego aūt humiliatus ſum nimis q enim mente ſeſe humilē nō reddiderit & cum apoſtolo dicat: Ego fratres nondum puto cōprendiſſe. Hic ad altiſſimę cauſę cognitionem: facile pueniet: Siquis uero dei ſuſtantiam propriis ingenii uiribus attingere ſperat: & quantū animo ac cogitatione: cōprendit: regę menſuram facit nō exiſtimans quod facilius uniuerſum mare parua metiri lance: q̄ humana mente dei magnitudinem circunſcribere facile decipitur: Quāobrem proprię mentis uanitate: inflatus dicere: nequaquam poteſt: Credidi ꝑpter quod locutus ſum. Quoniam id quod ſeqtur: ei facere non erit. Ego aūt humiliatus ſum nimis ſuperbia namq; animi uerborūq; iactantia & uanitas ſatis oſtendunt fidei fundamento/ac robore carere: Poſt hec propheta non ſolum ſeſe ſed omnem ei cōmunem & cōſanguineam naturę humanitatem humilem reddit inquiens. Ego dixi in exceſſu meo omnis homo mendax. Qui cum non ex fide ſibi auxilium ſumit ſed ex

propꝛio penu ac humanis rationibus ueritatem ipſam deprendere ſperat mēdax eſt: & tota errat uia: hunc autem in exceſſu ſermonem dixiſſe ait. Quis autem exceſſus? An propheta humanę naturę uim circumſpiciens & ſi qua eſſet in hominibus ueritas ueſtigans: quod hanc nequaquam ſine dei auxilio reperire potuerit. In tanta re admirabili ſtupidus mente quodammodo factus clamare cepit. Quod omnis homo mendax? An ni exceſſu illo quem idem propheta figurauit mentiēdo ſeipſum corā Regem Anchis uti ſupra in hiſtoria pſalmi. xxxiii. commemorauimus ubi quondam in hoſtes incidēs ut periculum euaderet: ſtultitiam ſimulauit: ora mutauit. Tunc dixit omnis homo mendax & ſi nō uoluntarius neq; in pernitiem ꝓximi ſed ut inimicoꝝ īſidias uitaret: mēdacium cōfixit? Illud etiam aīaduertendum quod ex his uerbis propheta minime ſeipſm notat: quēadmodum ſophiſtici: qdam ipſum accuſare conātur per periphraſim in hāc cenſuram eum incidiſſe dictitantes ſi enim omnis homo mēdax Dauid ē homo mendax ergo & ipſe eſt: Si mendax non ei ſunt credenda que dicit. Vero autem hoc eſt ſermone exiſtente neq; item uerum fuerit quod omnis homo mendax. Sed ex hac cauſa mendacii prophetam ipſum excipiamus. Quod ſi ipſe non mētitur credemus ei facile omnia que dixerit. Credentes rurſus in nō credendi neceſſitatem incidemus. Veꝝ Dauid dicit. Non mentitur ea que de homine dicit cum autem ipſe ſit homo omnino mendax erit. Mendacium loquenti quis credet? Quamobrem aut mentiatur Dauid eſt neceſſe: ut uerum credatur: uel ſi uerum dixerit ipſe ſeſe mendacem accuſat: Sed hęc profecto ludentium nugę fuerint & contortis uerbis ac captioſis ineruditoꝝ animos decipe Verumtñ non ita res habet: Homines. n. dicuntur hi q humanis ꝑturbationibus & adfectibus retinentur. Qui aūt his fuerit exemptus ac liber: & ob mentem perfectam ad angeloꝝ naturam adcedat inter homines minime cenſebitur: extra aliorum ſortem ſeſe conſtituens. Quod in alio loco ipſe Dauid uerus oſtendit. Ego dixi Dii eſtis omnes. Deniq; ſi cui hominū & Dauid hec appellatio maxime conueniret: Nā filius is eſt profecto altiſſimi qui deo familiaris eſt & non ut homo moriens ſed uiuentem in ſe deum habens. Igitur ego dixi in exceſſu meo omnis homo mendax. Audiant hoc qui humanis ac prauis animi adfectibus ſunt iuuenti qui uero ſe ſe a uitiis liberoſ reddiderunt: ac cogitationes ab omni contaminatione purgatas habent a mendacium numero ſe ponuntur. Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi. Calicem ſalutaris accipiam. In meditationem dei beneficiorum uenit. Milleq; ex eo munera cogitat: Quod primum ex nō ente ſit cōditus quod homo & ratiōis particeps. In quo ipſius ſūmi imaginē cōſpicit Deinde quod ſupra genus humanū aſcēderit: qum dominus ſeſe ꝓ nobis cibus

No. Oīs hō mendax quomodo ītelligat.

redimendis tradiderit:propterea ueſtigat & inquirit qd dignū tantus dñi mune-
ribus reperiat: Quid inquit retribuam domino. Non ſacrificia non holocauſta
non ex legis obſeruatione officium aliquod ſed ipſam totam uitam propriam.
Idcirco dicit Calicem ſalutaris accipiam:labores & pericula pro ueritate ſubire &
uſq; ad mortem peccato reſiſtere intelligit:Hoc autem fuerit quod ipſe ſeruator
in euangelio docuit: Pater ſi poſſibile tranſeat a me calix iſte & rurſus diſcipulis.
Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? mortem quam pro mundi ui-
ta ſuſcepturus erat facile declarauit: Idcirco dicit calicem ſalutaris accipiam: hoc
eſt martyrii conſtantiam ſitiens ad mortem uſq; ruam:labores ac pœnas pro pie-
tate ſumptas:animę corporiſq; requiem exiſtimans:Itaq; meipſum inquit ſacri-
ficium & oblationem domino ponam:quod pro dignitate illius cui omnia de-
beo cuncta minora exiſtimem:ac uilia: Et has quidem promiſſiones prompte
habeo coram omni populo teſte reddere: Vota mea domino reddam. Ad audi-
tores ſeſe conuertit ut mortem non metuant. Pretioſa inquit in conſpectu domi-
ni mors ſanctorū eius. Ne uereamini ait homines certamina laboreſq; adire: Ne
orrete mortem: Nō enim corruptio aut finis eſt ſed uitę initium & occaſio. Nec
ē omnino rerū oīum interitus ſed migratio trāſlatioq; ad honores. Apud uiros.n.
diuitiarum appetentes lapilli quidam pulchris fulgentes coloribus. Pretioſa no-
minantur. Sed uere pretioſum mors ſanctorum eius:quando anima purgata: in
uita a carnis ſordibus & inquinamentis libera nullam habens peccati rugam ex
laboribus pro pietate ſumptis probata: Iuſtitię corona redimita: & omnium de-
mum horum pulchritudine refulgens: & lapidis cuiuſcunq; pretioſo ſplendidio-
rem:claritatem ex gratia poſſidens domino ac omnium iudici adſtiterit: Quo-
modo huius uiri mors:pretioſa coram domino non fuerit? Igitur ſanctorum ui-
rorum exitus in hac uita:nequaquam plorandus. Sed magis Geneſis & in hanc
uitam ingreſſus qui multum ſecum iuſtitię ſordiumq; ac malorum adfert quo-
rum ſpectaculum ſiquis cerneret:uiuentium nullus ſuſtinere facile poſſet. Hac
igitur de cauſa generatiōis communis ingreſſus & exordium uitę: neceſſitatibus
paret ac ſubigitur exitus uero liberatio quedam fuerit pretioſa & in iuſtis non
omnium ſed eorum qui per ſancte caſte ſobrie apud uos uixerunt. Pretioſa er-
go mors non pretioſa geneſis hominum. Seminatur inquit apoſtolus in ignobi-
litate ſurget in gloria: ſeminatur in corruptione ſurget in incorruptiōe. Compa-
ra queſo geneſi mortem ac deſine lugere illum qui a triſtitia multaq; miſeria
ſoluitur. Quando enim apud Iudęos moriebantur: abominabilia diceban-
tur morticinia. Quando autem pro Chriſto mors: pretioſę relliquię ſan-
ctorum eius. Ante hoc tempus dictum eſt ſacerdotibus & Nazareis. Non

cōtaminabitur ſuper aliquod mortuum & rurſus ſiquis attigerit mortuum. Nō erit impunis. Et itē illud lauabis ueſtimenta illius: Nunc autem felicitate nominis chriſtiani & dei noſtri ac ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti munificentia quicunq; martyres eius attigerit: illius iuſtitię ſanctitatiſq; quodammodo particeps: ob gratiam ex eorum corporibus procedentem efficitur. Pretioſa itaq; in conſpectu dominj mors ſanctorum eius. Nolite igit: fratres dilectiſſimi res utiliſſimas potiores pretioſiſſimis habete: ne uē præſentem ac mortalem uitam: immortali ac perpetuę cōmutati: Nam preterquā quod ignominię paſſionibus ut ait Apoſtolus homines uoluptarii ſubduntur: etiam libertatis uſum: & animę ipſius magnitudinem omnino amittunt: hoc eſt in ſeruitutem rediguntur & ad carnis miniſterium turpiſſimum trahuntur: ubi enim ſeruitus ibi ignominia: Fugiēda nempe uita que ignominiam parere eſt apta Nihil inquit Dauid magnum facio ſi me ipſum tibi domino dedero: ſeruus enim exiſtens tuus tuam poſſeſſionem tibi tradidero: Nam creantis ſeruum eſt omne creatum. Et filius ancillę tuę ex quo non ſolum uoluntate ſeruus ſed natura. Filius enim ancillę tuę ſum quam ualde puellam adhuc inimicus decipiens & ab tuo abducens imperio peccati ſeruū conſtituit. Sed ego conuertor ad priſtinum redeo dominum/antiquam cognoſco ſeruitutem. Dirupiſti uincula mea quoniam a peccati ſeruitute liberaſti/deſcendens in infernum ac ſoluens mortis humanitatem captiuam exiſtentem & in cuſtodiis ineuitabilibus inferni retentam: Idcirco tibi ſacrificabo. Non quidem quadrupedem biſulcam aut ruminātem: neq; uolatilia pura neq; ſiliginem oleo cōditam: neq; lucidum thus uel illud compoſitum Thymiama. Hec enim ex terra tibi domino offeruntur ſed meam ipſius poſſeſſiōem & cordis mei fructum: tuam laudem: ex ipſo perficiens. Sacrificabo inquam uoluntatem / mentemq; meam mille holocauſtis potiorem tibi deo meo nullius indigēti qui corporea minime requiris ſacrificia: per que lucrifaciunt diuites. ſed ex uero cordis adfectu profeſſionem quę omnibus ualentibus facile adeſſe poterit. Vota mea domino reddam coram omni populo eius. Sacrificans autem tibi laudem non erubeſcam: neu clam: impiorum querelas & maledicta fugiens tuum honorem extollam: ſed publicum faciam ſacrificium populum tuum adorationis ſotium adſumēs: In atriis domini dei noſtri. In medio tui Hieruſalem: Audite uos qui eccleſiam relinquitis & in domibus publicis uerſantes pretioſi corporis miſeras facitis ſciſſiones quemadmodum in medio Hieruſalem hoc eſt eccleſię dei laudes dare oportet: Non enim ſecundum antiquam adorationem: licebat: cuiq; p̄prium facere ſacrificium: ſed ſacrificare uolentibus ritus mōſtratus erat: Tu autem contra parentum inſtitutum: excitas aram & ignem ſuper eam

accendis alienum. Non antiquum ſapis exemplum. Homines mēte corruptos ad trahis & cum ipſis una te ipſum contaminas: Vos autem fratres dilectiſſimi dei populus horum fugite imitationem. Neq; committite ut ab his qui ſeruanda ſunt: uos ipſos ullo modo ſeparetis perſeuerantes in fide: ac dei & domini noſtri Ieſu Chriſti mandata obeuntes cui gloria & imperium in ęterna ſecula. Amen

❡SERMO IN DIVITES AVAROS SVPER ILLVD LVCÆ EVANGELII HOMINIS CVIVSDAM DIVITIS AGER.

DVplex omnino fratres dilectiſſimi tentationum genus. Nam uel res aduerſę corda hominum uelut ignis aurum per patientiam probant Vel res ipſę ſecundę p modeſtiam & liberalitatē qualis quiſq; ſit faci le oſtendūt. Aeque nāq; durum uidetur: in rerū difficultate minime deici & infractum ſeruare aīum ac in felicitate nō extolli/nec alios deſpicere infe riores: Primę nāq; fortis exēplum magnus Iob iuictus athleta pre ſe tulit q oēm diaboli potētiam: ueluti torrentis impetum imobili corde firmoq; propoſito ſu ſcipiens tanto maior tentationibus apparuit quāto duriora minari uidebatur ſu ſtinuiſſe certamina. Horū uero que in rebus lętis eueniunt exēpla: quū alia mul ta ſunt tum huius nobis nunc lecti diuitis qui opes quidem ingentes habuit. In hiſq; maxime ſpem collocauerat dei benignitate ipſum diu tolerante & ob mo res celo teſtandos minime condemnante ſed continuo diuitiis alias addente di uitias ſi quo modo per copię ſatietatem aīum eius ad liberalitatem ac beneficē tiam ꝓuocaret: Hominis inquit diuitis ager abūdauit Cogitauitq; inter ſe quid faciam deſtruam orrea & maiora faciam: Cur igitur abundauit: ager hominis ni hil boni ex copia facturi? Vt maior profecto dei benignitas appareret: & uſq; ad tales: eius nimirum bonitas extenderetur: qui pluit ſuper iuſtos & iniuſtos & ſolē ſuum oriri facit ſuper bonos & malos ut iniquos ad penitentiam diu expecta tos quanto pluribus prouocat beneficiis tanto maioribus atq; iuſtioribus ad ex tremum adficiat pœnis. Huius itaq; diuitis terrę per manus auaras culte deus plurimas dedit: tribuit & ſolum ut augeſcerent fructus: preterea tempeſtates: cœli oportunas ſeminum copiam: boum adiumenta: & alia quibus floret agricultura conceſſit: Sed que illius partes? Difficiles mores: odium homi num proprii commodi reſpectus: aliena nequaquam. Hec miſer prębiteri reddidit. Non communis meminit naturę: nec que ſupererant: ei puta uit agentibus diſtribui oportere: Nec ullam demum habuit de proximi carita

te mandatorum rationem ut ſunt illa: Ne deſine benigne facere inopi. Item ele/
moſynę ac fides ne te relinquāt: Item frange eſurienti panem tuum. Deniq; pro/
phetę omneſq; magiſtri clamantes non ſunt auditi. Sed orrea dirupta ſunt: mul
titudine fructuum grauata: cor autem eius minime ſatur ſemper enim antiquis
noua ſuperaddens & annuis prouentibus copiam augens in hanc inextricabi/
lem animi difficultatem incidit: qum antiquis fructibus noui ob copiam & lo/
corum anguſtiam ſuccedere non poſſent: Idcirco uana eius conſilia curęq; exiles
fuere: Quid faciam inquit Quis non miſericordia erga hunc corriperetur: ad eo
ab ſeipſo profligatū anxium in tanta copia miſerum in tot bonis: miſeriorē quo
q; ob ea que cōtinuo expectabunt: Non enī puentus ei terra ferebat: ſed fletus &
ſuſpiria nō fructuum copiam ſed curas & dolores & graues anxietates. Nā ęque
egeſtatem patientibus adflictabatur. An non hanc emiſit uocem ob pauptatē lo
cum grauari putās? Quid faciam inqt? Vnde cibi unde ueſtes? Hec diues que
ritur. Hec animo angitur/curis abſumitur Diuitię namq; alios ad lętitiā inuitare
ſolentę hunc uero auarum in mœſtitiam adducūt. Non enī gaudet ex his omni
bus que intus habet ſed ex his que abundat atq; adfluit propriam odit animam
Dumq; ad ea continuo que ſunt extra reſpicere cōtendit: pactus non utitur neq;
item egentes imptit. Mihi.n. uidetur huius animi uitium ſimile omnino illi hel
luonum gulę qui oīa malūt deuorare: q̄ pauperibus repocia diſtribuere. Remi/
niſcere miſer eius qui hec tribuit/reminiſcere inquā an ipſius: quis es: qd admini/
ſtres atq; diſpenſes: a quo accepiſti: cur tantoꝝ bonoꝝ dei miniſter factus es: tuo
rū diſpēſator cōſeruoꝝ ne puta oīa tuo uentri pręparati: que in manibus habes
ut aliena exiſtima: paruo nāq; poſſides tpe: teq; illa breuiter exhilarabunt: abibūt
cito peribunt quoꝝ poſtremo ratio abſte acriter exigetur. Tu autē omnia ſimul
portis & repagulis occluſa retines. adligas ſignaculis: curis in uigilias cōſilium ex
te capis: malo uteris conſiliatio. Quid faciam? parata tibi reſpōſio fuerat: Eſuriē/
tium animas explebo: aperiam orrea: & omnis uocabo paupes: Imitabo Ioſeph
humanitatis laudibus uocem emittam magnificam. Quicunq; panibus egetis
uenite ad orrea mea: Gratia ex deo data eſt: quilibet ſatis habet ut ex communi/
bus fontibus particeps. Sed non ſic tu. Vnde quod hominum inuides com/
moditati: malumq; conſilium in anima ſuſcepiſti. Angens non ut diſtribuas ex
uſu cuiuſlibet: ſed ut cuncta ſuſcipiens omnis eorum priues utilitate. In mul/
tos annos uſum imaginatis conceſſum tibi a domino de his tecum conſu/
li ut manifeſta deinde tua uoluntas appareret: & digna tandem electione re/
ciperes negationem. Hoc autem ideo ſcriptum ne & uos fratres dilectiſſimi
ſimilia faciatis: exemplum fugite Imitamini terram: adferte quemadmodum

& illa fructus cum foenore ne peior uelis eſſe uirtute:quàm ratione ſis potior. Il la inquam non in ſuum uſum aut comodum opes ſed in tuum miniſtrare contendit. Tu autem quem oſtendis ex felicitate fructum? Tibi congregas? Nã beneficiorum gratię in dantes reuertuntur:Dediſti eſurienti? tibi contuliſti Datum cum auctario reuertitur. Quemadmodum enim frumentum in terram cadens lucrum proicienti parit:ſic & panis in eſurientem proiectus multam in poſterum tibi reddet utilitatem. Sit agriculturę tibi finis:initium ſementis cœleſtis. Seminate inquit uobis ipſis in iuſtitia. Quid igitur te infelicem reddis? Quid adflictaris luto & lateribus diuitias claudere cõtendens? Melius nomen bonum q̃ diuitię multe. Si autem diuitias ob honorem inde prouenientem admiraris: conſidera q̃to ad gloriam magis faciat multorum filiorum parẽtem appellari q̃ mille ſtateres in arca collocare: Pecuniam enim hic uel nolens relinques: honorem uero ex benigne factis ad dominum referes:qñ populus omnis cõmunem iudicem circunſtans te & nutritorem & cõſeruatorem & demum omnibus que ad humanitatem pertinent:nominibus appellabunt: Non ne iudeis quoſdam in theatris homines in pancratiaſtas & mimos & cum feris certãtis quos ſpectare quis abominetur:pro breuis temporis honore ac populi plauſu pecuniam prodigentes. Tu autem tam parui es ani̅mi ut in ſumptus perpetuam tibi gloriã parituros cuncteris? Nonne conſideras quemadmodum deus eſt:qui recipit & angeli collaudant:homines te beatum ex ipſa geneſi appellant. Preterea gloria ſempiterna corona iuſtitię regnum cœlorum premia tibi ob harum rerum mortaliũ adminiſtrationem erunt que tu nihili pendis:tanto rerum preſentium ſtudio teneris ut futura tot bona deſpicias Agẽdum ergo tuas opes pulchre diſpone ac diſpenſa:clarus & uenerabilis ob ſumptus in egẽtes eſto. De te illud dicatur diſperſit dedit pauperibus Iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi/ne graueris neceſſariis uſibus te benignum reddere: Ad orrea tua aperienda:noli annonę caritatem expectare. Nam qui ſtudet augendę annonę apud populum execrabilis reperitur. Noli famem ob aurum recipere noli ob utilitatem priuatam communem neceſſitatem adfectare: Noli inquam inſtitor ac mercator humanorum fieri calamitatum:ne iram occaſionem augendarum facultatum facias: Ne flagellis ac uerberibus uulnera bene habentium uigorem. Tu enim aurum tantum reſpicis fratrẽ uero tuum: nõ proſpicis & nummi quidem characterem ac genus cognoſci probum ab adulterino diſcernis: fratris uero tui egeſtatem non cognoſcis. Auri te color decipit ne quãta te pœna deſerti officii maneat intelligat. Quomodo ego tibi ante oculos pauperis labores ponam. Ille namq; intus ueſtigãs probe uidens quemadmodum nec aurum ei eſt neq; unquam ſperat Supellex uero & ueſtis

eius lacera paucorum ſunt obolorum opes: fames tamen urget: Quid reliquum
habet niſi ut filiorum licitatione hanc ab ſe ſimulq; mortis periculum repellat:
Noſce queſo hic certamen ex una parte inſtantis famis ex altera paterni adfectus
quum altera mortem intentet: alter uero una cū filiis mori perſuadeat: impuliſſet
q; niſi prouidendi liberis neceſſitas deſideriumq; inſtaret. Itaq; ſecum miſer mē
te uolutat: Quem potius liberorum uendam? Quem magis cupiet is qui frumē
tum commutat. Si primum. At ętatis honos me reprimit: Iuniorem ne? At me
miſeret ęui calamitatis adhuc indocilis: O me infelicem quid agam? Quem ferę
animum ſummam. Quomodo nature obliuiſcar: Si abſtineo. Cunctos uidebo
fame abſumi. Si unum uēdidero. Quibus oculis reliquos adſpiciam. Qum me
tam illis uideam ſuſpectum: Quomodo domum inhabitem liberis uacuando?
Quomodo ad menſam tali mercatura preparatam accedam? Tandem multis
cum lachrymis cariſſimum natorum unum uēditurus ad te uenit. Tu propterea
nihil tali ſpectaculo moueris. Naturę pietas minime ſuccurrit. Sed ſimulādo: ni
hilq; te curare oſtendendo longiorem dutioremq; reddis ei calamitatem. Tibiq;
manus ad pretia tam nefanda recipienda nō ſolum nō hebetatur & ſtupet ſed et
de pluri q̄ dederis recipiendo cōtendis undiq; miſeri grauans incōmoda. Nō la
chryma tibi miſericordię ſignū. Non ſuſpirium cor emollit: Sed inflexibili con
tinuo cupiditate aurum reſpicis: aurum imaginaris: Hoc tibi dormiēti in ſomnū
& uigilanti deſideriū. QVemadmodum enī inſania capti res probe nō uidet ſed
ex turbato phantaſmate imaginant: Sic anima tua ab auaricia poſſeſſa cuncta au
rum: cūcta argentū reſpicit. Quecunq; uides in aurum uerti cupis. Daſq; opam
quoad poſſis & liceat. QVid enim rerē nō inuenis? quod nō ob aurum moues?
Frumētum tibi ante omnia in aurū uertitur: uinum in aurum lanificiū dat au
rum. Omnis mercatura omnis induſtria tibi aurum ſuggerit. Deniq; aurū ipſū
aurum gignit dum fœnore multiplicat: Nec enim ſatietas aut finis ulla cupidita
tis inuenitur. Helluonibus ſepenumero ac pueris adpetentibus tibi ea que cupi
unt adfatim & ad ſaturitatem damus ita ut ex copia faſtidio capiantur. Auarus
aūt quanto plus accipit tanto plura deſiderat. Diuitię ſi adfluāt inquit nolite cor
adponere. Tu autem adfluētes retines & exitus obſtruis. Deinde ſic coactę ac oc
culſę & quaſi ſtagnantes quid tibi faciunt? Rumpunt repagula uiolenter reten
te. Inundantia deſtruunt orrea: Promptaria & cellarum pauimenta uelut inimi
cus qui iam ingrediens grauant atq; uaſtant. Sed maiora inquis ędificabit: Incer
tum: ſi nō deſtructa ſucceſſori dabit: Nam ipſe uelociter migrabit ut ille ſecundū
eius naturam cogitationem nequeat excitare: Sed hic quidem diues finem malis
eius congruum ac parem conſiliis eſt adſecutus: Vos autem fratres dilectiſſimi

audite atq; attendite. Omnis promptariorum portas patefacite. Vberes exitus di
uitiis prebete/ueluti magno fluuio fructiferam terram per mille riuos ptranſeun
tis prebete: Sic & ipſi per multas uias opibus ad pauperum domos aditum date.
Nam & putei cõtinuo exauſti & copioſiore & pulchriore admodũ fluunt aqua
Dimiſſi uero & quieti facile putent. Sic & opes conditę quieſcentes ue inutiles:
Morę autem & tranſlatę eructum pariunt maximeq; uſui ſunt quarum gratia quã
to tibi laus ex his qui beneficium acceperũt proueniet? quãquam hec minime
curanda: Quanta uero a iuſto Iudice merces? Exemplum itaq; accuſati diuitis
tibi ubiq; occurrat. Qui quidem preſentia cuſtodieris & de futurorum ſpe ſolli
citus & craſtini incertus in noctem atq; ſonnũ uenit ubi inhumanitatis atq; aua
ritię Iudicium ſuſtinuit. Terra namq; inferẽdis ei fructibus officioſa fuit. Altas
meſſes in agricultura oſtendit Racemos in uite plurimos tulit oleam frequẽtem
produxit Copiam deniq; ſegetum atq; leguminum omnium lętam promiſit. Is
uero ſterilis & ſine fructu erat. Non his que coegerat contentus ſed his que de
erant potius intentus. Que ue animo ac ſpe certa retinebat quamuis multa potu
it cogitare pericula anteq̃ incolumes fructus domum referrentur. Nam & grãdo
ſepe frangit. & ęſtus ingẽs e mediis eripit manibus & aqua intempeſtiua e nebu
lis fluens ſemina corrumpit. Tu autem ob uanam & execrabilem tuã orationem
hominum que oſtenduntur In campis ſuſceptione te facis indignũ: Clam loque
ris tecũ? At tua uerba in cœlo examinant. Anima inquis habes multa bõa Co
mede bibe gaude. O uerba ſtultiſſima. O demẽtiam ſingularem. Nam ſi porci
nam habuiſſes animam. Quid aliud dicere potuiſſes: ita ſeruilis es: ita ignauus
ac procul a ratione ut animi bona perituris cibis inferiora ducas? & quecũq; alui
ſeceſſus recipit imortali glorię potiora exiſtimes? Quod ſi uirtutis ac benefacto
rum theſauro diues fuiſſes deo proculdubio qui bonam lętificat animam coha
bitaſſes ſed quoniam terrena ſapis & deum habes uentrem in omnibus appeti
tum ſequens. Audi te dignam appellationem quam tibi nullus hominum ſed
ipſe dominus ididit: Stulte hac nocte animam tuam apſte repeterit. Que autem
preparaſti cuius erunt? Sed pręter ęternam damnationem huius etiam inſanum
cõſilium ridendum. Qui cum paulopoſt periturus eſſet talia ſecum iactet: De
ſtruam inquit orrea & maiora faciam exiſtimabam ego lepide nimirum hoc cõ
tra ſe dixiſſe. Nam impietatis orrea proculdubio uaſtari diruiq; digna erãt: Euer
te miſer tuis ipſe manibus quod male ędificaſti Solue orrea unde nullus unquã
exhilaratus aut auctor redijt Dele domum totam auaritię cuſtodem: dirue tectũ:
euerte muros: oſtende ſoli frumentum ſemiroſum: educ de cuſtodia diuitias cõ
pedibus uinctas: triumpha de tenebroſo iniquitatis mammonę domicilio. De

ſtruam orrea mea & maiora faciam . Si enim hec abſolues quid queſo amplius
cogitabis? an rurſus deſtrues & ędificabis: & quid ſtultus q̃ ſine fine cruciaris: edi-
ficare rurſus facta deſtruere: Habe ſi uis apothecas domos pauperum: theſauriza
tibi theſauros in cœlis ubi non erugo/nec tinea demolitur neqꝫ fures auferunt.
Sed tunc inquis dabo quum orrea ſecunda complebo : Longa tibi uitę tempora
polliceris: uide ne te illa que immutabili lege ac ſtatuto tempore adcelerare ſolet
forte corripiat & profecto uitam ſibi hoc modo confidentius polliceri: non bo-
nitatis aut ſapientię ſed ſtultitię & iniquitatis indicium. Vitam inquam tibi pol
licens non ut poſt hac ſis liberalior aut tribuas ſed ut pauperes abſterreas . Quid
queſo nunc prohibet ut dare nequeas? Nonne inops preſto adeſt? Non plura or
rea? non merces a domino parata? Non mandatum manifeſtum? Eſuriens fame
abſumitur Nudus rigeſcit. Ob ęs alienum: pauperis fit auctio & tu elemoſynam
in craſtinum differs. Audi Salomonem: Ne dicas reuertere & cras dabo. Ignoras
enim quid ſequens faciat dies. Cur ſtulte dei uerba promiſſaqꝫ dum auaritię pa
refacis: contemnis? Quantam te deo gratiam habere oportuit quod nõ ipſe por
tas uexas alienas: ſed tuas alii petunt. Nunc autem triſtis es & rogatu difficilis: oc
curſus pauperum uitas ne forte aliquid e manibus coacto exeat. Vnam tantum
noſti uocem. Non habeo. Non dabo. Nam & pauper ego quoqꝫ ſum . Pauper
es profecto pauperi & omnium egens bonorum: Pauper inquam caritate huma
nitate fide ęterna ſpe. Quamobrem te maxime hortor frumenti quodcunqꝫ poſ
ſides tuos fac fratres participes. Cras forte marceſcet ; Hodie egenti da Auaritię
genus peſſimum nolle que facile corrumpuntur inopi dare. Cur facio iniuriam
inquis ſi mea retineo: conſeruoqꝫ. Qualia dic mihi tua? unde hec in uitam ueni-
ens tuliſti? Quemadmodum ſiquis in theatrum ingrediẽs alios a ſpectaculis ar
ceret: proprium ac priuatum exiſtimans : quod ad communem omnium uſum
eſt paratum. Tales & diuites exiſtunt. Communia namqꝫ poſſidentes: propria fa
ciunt occupando. Nam ſi ad uſus tãtum proprii commodum quilibet auferret
ſuperfluumqꝫ egenti tribueret: nemo ꝓfecto eſſet: diues nemo item pauper . Nõ
ne ex utero matris prodiiſti nuduſqꝫ rurſus reuerteris ad humum? Hec tibi bona
preſentia unde? Si enim caſu dicis: ignoras horum pręſtitorem : danti gratias nõ
habes: nullum putas deũ . Si ex deo fateris: dic mihi : quãobrem hec ſortitus es?
Non enim iniuſtus eſt deus: qui ea que ſunt aduictum inęqualiter nobis diuiſe
rit. Cur diues es: ille pauper? profecto non ob aliam cauſam niſi ut tu benignita-
tis ac fidelis adminiſtrationis pręmium accipias. Ille uero patientię maxime mer
cede honoretur. Tu uero inſatiabilibus auaritię lacertis omnia complectens tot
homines priuans neminem lędere putas? Quid queſo eſt auarus? Ille qui paruo

& eo quod ſatis eſſe debet non eſt contentus. Quis uero peculator? Ille inquam qui aufert aliena. Tu ergo non auarus? Non tu peculator qum ea que ad diſpẽſandum diſtribuendumq; receperis hec tibi propria facis? Qui enim ueſtem diripuerit ſpoliator nominabitur. Qui autem nudum non texerit modo poſſit: alterius cuiuſdam nominis appellatione dignus erit. Eſurientis eſt panis quem retines. Nudi eſt ueſtis quam in area cuſtodis. Diſcalceati calceus qui apud te marceſcit: egentis argentum quod tu fodis. Deniq; tot adfers iniuriam hominibus quod deſeris qum iuuare poſſis. Pulcher inquis ſermo ſed pulchrius aurum. Sic & intemperantes & abſq; diſciplina homines agunt: Vt ſi forte aliquos increpãtes ac de modeſtia diſſerentes apud eos uideant deteriores redduntur ſi uituperantes audiunt amicam: illius tunc reminiſcentes pulchritudinis ardentius amãt Sed quomodo ego tibi ante oculos ponã paupis labores ut plãe cognoſcas quã tam tibi iram in die irę theſaurizes. O uerbũ illud in ea die tibi feliciſſimũ: Venite benedicti patris mei poſſidete regnum paratum uobis a conſtitutione mundi Eſuriui & dediſtis mihi edere: Sitiui & dediſtis mihi bibere. Nudus eram & operuiſtis me: quanta rurſus trepidatio quantę ob oculos tenebrę uerſabuntur condemnationem audienti. Ite maledicti in ignem eternum qui eſt paratus diabolo & angelis eius. Eſuriui & non dediſtis edere. Sitiui & non dediſtis mihi bibere. Nudus eram & non operuiſtis me. Non enim ibi fur aut rapax aut ſubdolus cõdemnatur ſed qui ſuſtantiam non communicauerit. Ego uero fratres dilectiſſimi uos horum admonui que uidebantur utilia quibus ſi obtemperaueritis bona que uobis promittuntur proculdubio conſequemini. Non audientibus uero & minę & poenę iam ſcriptę ſunt atq; paratę quorum ego periculum uos euadere magnopere cupio meliorem induentes mentem ut animę ueſtrę redemptio ſint proprię diuitię & ad bona coeleſtia nobis parata facile perueniatis gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti qui nos uocauit in magnam hereditatem ſuam Cui gloria & imperium in ęterna ſecula. Amen.

ℭ SERMO SECVNDVS IN DIVITES AVAROS SVPER ILLVD EVANGELII MATHEI XVIII. MAGISTER BONE QVID BONI FACIAM.

DE adoloſcente hoc qui dñm interrogauit quidnam faciendo uitam haberet ęternãq; que dicta ſunt hodie mane fratres dilectiſſimi diligẽs auditor facile reminiſci poterit quod nõ idẽ ſit qui apud Lucam ſcribitur. Hic. n. temptator erat Ironice quodammodo percuntaris: qum

probe ac ſalubriter rogauerit minime tamen perſuaſus auſcultauit. Nō enim tri-
ſtis abiiſſet ſi non deſpiciendo interrogaſſet. Quāobrem eius animus uarius no-
bis indicatur qum ex ſermone partim laudabilis partim miſer ac deſperans oſtē-
datur: Noſſe enim uerꝫ magiſtrum & rurſus phariſeorꝫ iactantiam ac ſcribarꝫ tur
bam nō fuiſſe mutatū ſed ex ſolo & uero preceptore hoc intelligere noluiſſe lau-
de dignum cenſeo. Quod nero ſeruatoris conſilio non paruerit ac mœſtus abie-
rit: hoc demum eius detegit mentem nō uerum tantum ſcire q̄ turbę ſpectatori-
buſq; placere uoluiſſe: Nec item ſalutarē domini diſciplinam ſuo inſcribere cor-
di aut omnino ſequi curaſſe ſed triſtem inde diſceſſiſſe ob eam ſolum cām quod
diuitias nimium amaret: hoc inquam eius morum narietatem pugnantium ar-
guit Magiſtrum dicis & que ſunt diſcipuli deſpicis. Bonum inſuper appellas &
ab eo monſtrata negligis. Nec ſolum bonus ſed etiam prębitor eſt. Interrogas q̄-
dem de ęterna futuraq; uita & p̃ſentis dulcedine uinctus teneri deprenderis Sed
queſo durum ne adeo aut graue tibi uerbum is proponit magiſter? Vende inq̄t
que poſſides & da paupibus. Si enim iuſſiſſet: ut aut agriculturę labores aut mer
caturę pericula. Vel qualia rei ſtudentes tolerare ſolent ſubiiſſes. Iure grauatus te
poteras excuſare ac conſilium deſpicere. Si uero facitis tibi uia ſudoris laboriſq;
uacua ad conſequendum ęternę uitę hereditatem oſtenditur. Tanta ſalutis faci-
litate nō gaudes ſed dolens anxiuſq; diſcedis. Facis ut quicqnid boni geſſeris in-
utile parumper tibi ualiturum ſit. Si enim ut ais Non occidiſti. Non fuiſti mec
chus non fur non teſtis falſus cur reliqum ſtudium nō addis quo ſolo in dei re-
gnum poteris facilius peruenire. Nam ſi medicus membra tibi aliqua non recta
aut ex natura ſeu morbo diſtorta ſe corrigere polliceretur gauderes profecto. At
qum ipſe animarum maximus medicus te neceſſariis deficiētem perfectum red-
dere cupiat minime gratiam ſuſcipis ſed ingemis atq; doles? A mandato namq;
illo ſeruendo palam eſt quod procul es & in teipſo mentiri deprendens ut uide-
licet proximum ſicut teipſum diligas. Si enim teneris adhuc in annis ut plane ad
firmas fraternitatis caritatem/ac tantum preceptum cuſtodiſti ut ea ꝓximo que
tibi ipſi reddideris. Vnde queſo hec diuitiarum copia fructus namq; pecunię eſt
egētibus dare. Paucis enim ad propriam quiſq; curam indiget ſi bona ſimul om
nia diuiderent? Ex quo amās ꝓximum ſicuti ſeip̄m nihil plus illo poſſidebit. At
tu poſſeſſiones multas habere appares. Vnde nā hęc? niſi quod ꝓpria commoda
multorꝫ cōmodis habes omnino potiora. Quo.n. plus opibus ac cupiditate cre-
ſcis eo magis caritate deficis: Nā diu iam pecuniā abicere cogitaſſes ſi proximus
ęque ac teip̄m amaſſes. Nunc ea tibi magis inſita cōiunctaq; q̄ corporis membra
uidetur. Idcirco eius cōtemptu ac priuatione ut rerꝫ optimarꝫ refugio mortis. Si

nudum induiſſes.Si eſurienti panem prębuiſſes.Si hoſpiti tua ianua patuiſſet.Si
orphanoꝝ pater extitiſſes.Si deniq̧ te inopum & adflictoꝝ miſericordia cepiſſet
nūq̄ in cumulādis opibus laboraſſes ſed iamdudū ea egētibus diſtribuere cogi-
taſſes.In feſtis mercatiſq̧ nemo angitur ſua ꝓ mercibus dare: q̄toue fuerint pre
tioſiores tantomagis gaudet ut quā accipit p̄cellentiorē: At tu & aurū & poſſeſ-
ſiōes diſtribuere:p̄terea lapidē ac terrā ꝓ ęterna dare felicitate grauaris.Sed quo tē
dunt diuitię: ut p̄tioſa te ueſte amicias: At q duoꝝ cubitorum tunica tibi ſatis.
Vnus inq̄ ac breuis tunicę cōmoditas ꝓ claris ac multis fuerit ueſtibus. Vt lauti
us uiuas: At panis unus idoneus tenuē explere uentrē. Quid ergo priuari do-
les: Queris gloriā: Si terrenā humilemq̧ hanc deſpicere poteris:lōge potiorem
ac clariorem teq̧ in cœlū deducentē inuenies.Sed inquis fortunas ipſas tm̄ poſ
ſidere uoluptas magna & ſi nullū ex eis uſum capias. Stulta ꝑfecto apud oīs eo-
rū diligentia que minime ſit ꝓ futura.Sed & mirū fortaſſe incredibileq̧ quod ti
bi ſum dicturus uidebit̄:tm̄ omni re certius:Diſtributę opes ut ipſe teſtat̄ dn̄s fir
miores permanere: augeriq̧ Amatę uero ac cupidius cuſtoditę perire ac auferri
ſunt aptę.Si adſeruabis nō habebis.Si dabis ac diſpergas inuenies ut ait ꝓpheta
Diſperſit dedit paupibus Iuſtitia eius manet in ſeculū ſeculi. Sed ꝑfecto non ue
ſtium aut ciboꝝ cauſa multis adfectantur opes. Veꝝ quedam eſt diaboli uia ad
ſuggerendas diuitibus mille ſumptuū inaniū occaſiones ut ea que ad ſupflua &
ad rem ptinētia nō ſunt:ꝓ neceſſariis & honeſtis ducant̄. Ex quo ad erogādoꝝ
opinionē nihil ſatis hoīes huiuſcemodi habēt.Suſtātiam nāq̧ in p̄ſentē ac futu
rū uſum diducunt primū ſibi:ſecūdum filiis adcumulāt. Rurſus eādem in ſum
ptus uarioſq̧ uſus ꝓ ſtatu & ordine cuiuſlibet diuidunt. Sit inqunt. Res partim
in uſu:partim condita ſepoſitaq̧.Item que in uſu eſt neceſſitatis terminos preter
eat:ac ad ordinis decentē ſtatū ꝓtrahatur:aduulgi quoq̧ opinionē erogetur. Vt
iter facienti ornatus:eqtatus:uiaricū ꝓ cōditione fiant.Aut domi pmanenti pul
chra ſupellex:ędificia/cōmodaq̧ alia excogitantur. Mille curus auro argentoq̧
onerant̄:Equi alii ex gēte geneoſa uelut hoīes delecti ꝑ urbem ad oſtentatōem
circunducunt̄.Alii ad uenatiōem.Alii ad iter faciēdum preparant̄/ac omni di-
ligentia mangonizati reddunt̄.Frena zonę frontalia argentea oīa aureaq̧.Inſup
tapeta purpurea ipſos ueluti ſponſos ornantia equos. Muloꝝ quoq̧ multitudo
colore diſtincti. Aurigę illoꝝ ſucceſſores inuicem qui p̄cedūt & qui ſubſecunt̄.
Seruoꝝ infinitus numerus ſumptibus eoꝝ cunctis ac magnificentię ſuppeditās
Curatores Promi:coloni miniſtri cuiuſuis artis ſiue neceſſarię ſiue uoluptarię
periti.Preterea.Coci piſtores pincernę. Venatores fictores pictores: Voluptatis
omnimodę commētatores. Cameloꝝ gregis partim ad onera:partim ad paſcua

deſcripti. Armenta boum porcoꝝ ouium horumqꝫ paſtores: ac tellus nō ſolum his omnibus paſtionibus ſuppeditans: ſed prouentus reliquos amplificans Balnea inſup in ciuitate: balnea in agris Domus omni marmoꝝ genere coruſcantes: phrygio lacedęmonio theſſalico Adhiemis ęſtati'qꝫ tēpora diſtinctis. Pauimētū calculis ornatum uariis Camerę laqueariaqꝫ & quicquid parietibus ſupereſt auro picturęqꝫ floribus decorata: Sic igitur in uſus millę ſupuacuos diſtractę opes etiam in terra conduntur & in ſecretis archaniſqꝫ cuſtodiūtur. Incertum eſt inquis futurum. Neceſſitati quę nos quandoqꝫ urgere poſſet prouidendum: At longe incertior defoſſi theſauri uſus: nec tamen pœna incerta que tuorum moꝝ manet inhumanitatem. Tu ne quando ad perdendum aurum omnem uiam excogitaueris quod ſuperit fodies atqꝫ abſcondes? Duplex profecto inſania Primū: in metallis aurum latitās omni diligētia in lucem ꝑferre/ac ex humo recludere: Deide ſemel effoſſum rurſus in terra occultare: Nam qcunqꝫ hoc facis ꝑfecto & cor ſimul fodere uideris. Dicitur.n. ubi theſaurus tuus ibi & cor tuū. Idcirco dei mādata triſtitiam his adferunt quod uitā inutilibus exercentes laboribus & impēſis nullam poſtea ſatis rem habent. Et in ſumma mihi eueniſſe huic adoleſcenti uidetur quod illi ſolet euenire qui iter facit. Ciuitatis alicuius ſpectaculi uidēdi ſtudio: properatqꝫ uſqꝫ ad mœnia. Ibi reperto diuerſorio requieſcit / modicūqꝫ quod reſtat uię ob pigritiam atqꝫ deſidiam ire ſuſpēdit. donec clauſis portis excluſum ſeſe ſpectaculoqꝫ carētem uidet. Sic & huiuſcemodi ſunt homines qui cetero quidem mandata obſeruant ad rem uero diſpenſandam claudicant. Vidi ego quoſdam Ieiunantes: orantes: preteritorum penitentia ſuſpirātes: omnem deniqꝫ ſine ſumptu pietatem oſtendentes egentibus uero ne obolū qdem prębentes. Quid his cetera uirtutum diligentia prodeſt? Non propterea regnum dei conſequent̄. Idcirco inquit dominus difficilius eſt diuitem intrare in regnum cœlorum q̄ camelum per foramen acus. Hoc enim teſtimonium ualidum. Qui teſtatur uerus. Perſuaſi uero pauci. Et quomodo inquis uiuā abiciēs oīa? q̄ forma: quod genus uitę illius erit qui oīa uendit omnibus ſeſe priuat? Ne me interroga Dominicorum preceptorum ſententiam. Potuit ne legiſlator id quod fieri non poteſt ſub lege comprendere? Tu uero cor tuum ſicut in trutina expendes An ad uitam futuram ac ueram: ſeu pſentē inanēqꝫ inclinet. Fructus itaqꝫ atqꝫ uſus facultatū uerus nō ex uoluptate ꝓpria ſed in egentiū diſpēſatione conſiſtere: oīno ſcias. His demū te alacri animo ut rebus alienis priuari ſi ſapis exiſtimes oportet. Quid ō ſo grauaris? Quid doles? quod audis Vende oīa. Si eni que dimittis te in futurū ſclm ſequerent̄ ꝑfecto ꝑ illis ꝑtioſioribus q̄ ibi repies hec nihili pēderes: Sed qn̄ neceſſe ſemel eſt ea hic remanere. Cur ex eorum auctione non lucrifacis maio

Nota ſimilitudinem pulchertimā auari.

ra longe reperiendo? Nam ſi alacri lętoq animo das aurum ut equos poſſideas cur id regno dei potius conmutari ſuaſus doles? ſimulq tantum abnuis. Donū Mille ſumptuum occaſiones commemorando. Quid miſer Iudici reſpondes? Parietes ueſtis: hominem non ueſtis. Equos phaleris ornas: fratrem tuum laceris amictum pannis adſpernaris: Canes aduenandum paſcis: eſurientes non reſpicis: Aurum in terra condis: egentes ſupra terram non curas. Quid ſi uxorem inſuper auaram duxeris duplex tibi morbus creuerit. Nugas hec & delitias ardens uoluptatis illecebras tibi augebit: concupiſcentię & ſuperuacāei ſtudii ſtimulum acuet. Circa margaritas ſmaragdos hyacynthos aurum eius cura continua: hunc digitis aptat: Illum ueſtibus intexit. Malumq uiri per omnia probra exaggerat: Neq ſubciſiua huic ſtudio tempora. Verum ordinaria noctes atq dies tradit. Mille inſuper adſentatores earum adſunt deſideriis. Ducuntq ad eas fullones: aurifices: unguentarios textores diſcriminatores: ex earum imperiis nullo tempore uirum reſpirare ſinunt. Nullus item muliebri concupiſcentię ſatis theſaurus: non ſi e fluminibus fluxerit: quandoquidem unguentum exoticum ex barbaris ita querunt ue oleum e foro & ex mari conchilia: purpuram uarioſq colorum flores tanquam ex oue lanam habere contendunt. Preterea pretioſi lapides undiq potiti auro innectuntur. Alii ad ornandam ceruicem: Alii zonas locupletant: Alii manus pedeſq ornant. Gaudent auro magnopere feminę. Auro manicas operiunt. Aurum ſemper expoſcunt. Vir igitur muliebrem ſequens appetitum quam animo curam geret? Sicut enim debilia nauigia procellę ac tempeſtates diſpergunt atq inundant: ſic praui uxorum adfectus uirorum debiles animas corrumpunt atq peſſundant. Igitur adhec tot taliaq diſtracta ſuſtantia nugis ac uariis uoluptatum inuentiōibus ſuperantibus nequaquam locus ullus aut ulla occaſio remanebit ubi egentibus ſubuenire poſſis. Hinc oritur quod ſi audiueris. Vende omnia & da pauperibus ut uitam habeas eternā: grauaris. At ſi audiueris. Da pecuniam feminis delitiis lapicidis Architectis: teſſellariis pictoribus gaudes quaſi rem pecunia pretioſiorem adſequaris. Nonne uides hec menia tempore labefactata quoq relliquię tanquam ſcopuli quidam per urbem totam apparēt? Quot per ciuitatem pauperes dum hec excitabantur erant: qui ab incolentibus ob ędificandi ſtudium negligebantur. Vbi queſo nūc tantus operum ſplendor & apparatus: Vbi & ille qui ſuper horum magnificētia lętari ac gloriari uiſus. Nōne hoc diſperſa: ſolo ęquata & abolita ueluti puerorum ludicra qui inter arenas turres excitant: omnia perierunt? Auctor uero ob rerum uanarum ſtudiū ambitioſum in inferno ſepultus eſt? Cōtende igitur aīam habere magnam: ac locupletem. Muri uero parui uel magni eundem preſtabunt uſum. Ego uero quando tranſcūdo

De uxorum intemperantia: mala multa uiris adferēte

De cęſarea loquitur Cappadocię i honore Caſaris inſtaurat.

Vni alicuius inſtati ac diuitis domum conſpicio uariis ſtragulis/ac ornamentis fulgentem conſidero nil pretioſius q̃ quod cernitur cum poſſideret: quandoquidem inanimata tanto ſtudio ornare contendat: Animam uero immortalem incultam habeat. Si ſumptus non neceſſarios penſitamus. Quot argentei tori Menſe item argentee lecti eburnii Selle eburne. Ad pauperes nullo modo penetrare poſſe diuitias exiſtimabimus: & quanquam ad tuas ueniunt fores miſeram rogando uocem emittentes. Tu tamen negas adfirmans rogantibus cunctis non poſſe ſufficere: Sed lingua quidem hec dicitas: manu autem tacite negas ac falſus deprenderis que anulo gemmaq; coruſcat: Anulus inquam tuus q̃tum eris alieni poſſet exſoluere? quot domus ob inopiam ruentis conſeruare? Vna tantum tuorum ueſtium circula totum populum frigore rigẽtem amicire poſſet. Verum ſuſtines in exoratus abs te pauperem reicere: nequaquam metuis iudicis minas ac ea que ſe ille pollicitus hominibus huiuſmodi redditurum. Nõ te miſeret: Miſericordiam non inuenies. Non iuuaſti alienam domum: & a regno dei excluderis Non dediſti panem: Non uitam recipies eternam. Sed & pauperem teipſum dicis: Et ego tecum ſentio. Pauper profecto eſt qui multis indiget: Pauperes inquã infinita concupiſcentia & praua deſideria reddunt. Hec decem talentis totidem addere ſolent. Deinde uiginti coactis etiam totidem: Nec ſolum creſcendo non expletur ſed ardentiorem reddit appetitum uelut ebriis occaſio ſitiẽdi eſt uini copia & augumẽtum. Sic & qui multa poſſidet quo plus ipſe aceruum auget: plus ei curarum augetur. Studium namq; habendi contrarios eorum uoluntati agit effectus. Non enim tantum eos ob iam parta non exhilarat uerum ob ea que deeſſe uidentur cupiditati potius angit. Ex quo anima curis continuo premitur. Ad ulteriora progreſſus continuo ad gradum ſequentem ueſtigium attollũt: nec prius quieſcunt: q̃ ſummum attingant. Sic & hi a rerum cupiditate nõ prius ceſſant q̃ in altum ſublati ſeſe a ruina firmos ac ſecuros reddãt. Conditor omnium deus Seleucidem auem inſatiabilem. Ad hominum tamen beneficium conſtituit: Tu uero te ſponte inſatiabilem animo reddes: In multis profecto damnũ facis Nam quecunq; oculis adſpicit auarus hec concupiſcit. Nec expletur oculus uidendo: Neq; animus concupiſcendo ſatiatur. Auarus ut infernus nunquam ait ſatis eſt. Quando miſer iam partis uteris? Quando frueris aut a curis habẽdi ceſſabis? Veh qui domui uicinam domum & agrum agro coniunctum cõtinuare cupis: & quom id adſequaris quid non agis? Mille commentaris cauſas ut rem uicini adripias. Obſtruit iſq; luminib⁹ meis & alia multa ſeu uera ſeu falſa ſint. Tumultus excitas. In iudiciũ diſtrahis: uexas oib⁹ modis dõec ad deſperatiõem inducas Auarus itaq; iniqs domi: foris: ruri. Nõ mare terminos habet nox itẽ legem antiq̃s

non egreditur. Solus auarus nullũ circumſcribit tempus/non terminum noſcit rerum ſucceſſione non concedit:ſed uim naturamq; ignis imitando omnia comprendit omnia paſcitur & ueluti flumina ex paruis initiis exeuntia: deinde paulatim incrementum ſine ſubiecto in proceſſu accipientia:impetu demum uiolento amnes ſecum legitimos trahunt.Sic & hi qui in magnam prouehuntur poteſtatem ex ea uim profectuſq; nacti ad maiora continuo facinora maioreſq; iniurias prograediuntur ac reliquos quos prius preterierant incommodis adficiunt. Quamobrem imperii incremẽtum fit eis ſceleris occaſio maioris.Qui enim mala ſub ipſis patiuntur/eiſdem quoq; auxilia ferre in uita in aliorum iniurias coguntur.Ex quo mutua inter ſe incommoda infligunt.Quis uicinus quis contubernalis aut cliens non trahitur? Nihil enim opum potentię reſiſtit.Omnia tyrannidi cedunt:cuncta eius ſubiciuntur poteſtati. At pauper quiq; iniuriam patitur multam habet rationem ſi quid prius agat ne quid pro his patiatur aut ad iudicium trahatur/aut aliquo modo plectatur.Diues uero ac potentię fidens & audax ultro laceſſit/boues iungit/arat ſerit/metit ea que ad ipſum minime pertinent.Tu ſi reſiſtis:uerbera parata.Si quereris lamentationum & accuſationum tuarum queſtio fiet. In iudicium In carcerem demum traheris Calumniatori minime deerunt qui mortis periculum inuitabunt.Deniq; ut te hac moleſtia liberes libenter adhuc aliud dabis.Igitur O miſer parumper queſo a tuo ſcelere reſpira & tuę conſcientię receſſus aliquantulum perſcrutare tecumq; conſidera. Quis rebus huiuſcemodi finis? que ſors tuorum ſtudiorum impudentię fuerit. Habes terrę partim aratro.partim arboribus utilis tot iugera preterea uineas cãpos ſaltus flumina loca amena.Quid ergo poſt hec? Nonne telluris tres tantum cubiti te expectant? Nonne paruus lapis ad tui miſeri corporis cuſtodiam ſatis erit? Cuius gratia laboras? aut pro quo contra ius faſq; contendis? Quid manibus inanes ſtipulas metis? Sed utinam tantum inanes:ac non igni perpetuo materiam: Num ex hac ebrietate quandoq; reſipiſces? num ante oculos Ieſu Chriſti iudicium tibi pones? Quomodo cauſam dicturus coram iuſto iudice te defendes ab his qui abs te laceſſiti acriter inſtabũt? Quid inquam ages? aut quos aduocatos conduces? Quos adduces teſtes? Quomodo integerrimum corrumpes iudicem:quum nec orator tibi neq; uerborum ad perſuadendum facũdia fuerit:quibus illi ueritas occultari poſſit. Non te rurſus adulatores non pecunia/nõ dignitatis faſtus ſequentur. Ab amicis item: ab auxiliis diſcretus ſine aduocato ſine defenſore ſine honore triſtis ac ſine audacia relinqueris. Vbi enim oculos circunferes: umbras ubiq; ſimulachraq; malorum aſpicies? Hic orphanorum lachrymę quos pugnis inceſſeris: ſeruos quos laceraſti: uulneribuſq; adfeciſti

uicinos quos ad iram prouocaſti. Cuncta hic te aduerſus conſiſtent. Tuorum ſcelerum aceruus te comitabitur. Sic ut eni umbra corpus ſic peccatum animam ſequitur geſtorum imaginem manifeſtam referens. Idcirco illic negatio minime ualebit ſed loquatur os licet impudenter. Ipſa tamen facta non quidem uocem emittentia ſed qualia a nobis patrata fuere uitę teſtes erũt: Sed ego tibi ante ocu los orrẽda ſi audieris pono. Reminiſcere parumper diei illius in qua Chriſti cũ gloria apparebit aduẽtus: quando qui benefecerunt in reſurrectionem uitę q ue ro male in reſurrectionem iudicii excitabuntur: tunc ſempiterna uerecundia pec catoribus & ignis eos perpetuus uoraturus aderit. Illa te grauent. Non mandatũ dominicum de bonis cedendis. Sed iamdudum non audis. Quibus ergo uerbis te curabo? Quomodo loquar? Regnum dei non curas Gehenam non times? Quam animę tuę medicinam idoneam inueniam? Si enim ombilia non metu is: clara inſuper & pulchra deſpicis. Quid dicam niſi me cum corde diſputare la pideo. Infelix homo pecunię naturã aliquãtulum inſpice. Quid attonitus aurũ miraris? Lapis eſt aurũ ãrgẽtũ margarita Chryſolitus Beryllus Achates Hiacyn tus Amethyſtinus Hiaſpis. Hec ſumma. Hi flores opum magnarum. Hos par tim qum ſint clariſſimi in tenebris abſcondis: partim in digitis micantibus: aliſ q in ornatibus circunfers. Dic queſo que utilitas digitos uertere coruſcantes at q oſtentare? Non ne erubeſcis te lapillorum auidum oſtendens? quemadmo dum pregnantes feminę ob malaciam interdum lapillos & ipſe edunt: Tu item tanquam ipſorum Helluo ſardonicas. Hiaſpidas Amethyſtos omni ſtudio cõ quiris. Quis enim pulchritudini formę q fidens unam uitę diem ſibi proroga re poterit/aut cui mors ob diuitias parcit? a qua morbus ob pecuniam abſtinet? Opes igitur animarum laqueus: mortis hamus peccati eſca belli materia p quas equi armantur & enſes acuũtur. Propter opes inquam propinque cognati natu ram negant: fratres inter ſe digladiantur loca deſerta graſſatoribus referuntur/ mare piratis: Ciuitates accuſatoribus complentur. Quis mendacii pater eſt? Quis falſę accuſationis miniſter? quis periurii genitor: non ne diuitię: ac circa di uitias ſtudium? Quid o miſeri patimini homines? quis ea que ueſtra ſunt ac in ſalutem ueſtram conceſſa contra uos uertit: A diumentum uitę: nõ malorum in citamentũ pecunia data: Animę redemptio: non exitii occaſio. Sed iniquis ob fi lios neceſſaria: Faceta nempe auaritię excuſatio natorũ noie cupiditatẽ excuſare: Cordis uitiũ: honeſti fuco nois adũbrare. Non ego inſontem accuſo filiũ: ppriũ habet dñm: propriumq rectorẽ ex alio uitam recipit. Non ex te tantum uitę oc caſionem expectat. Nã & his etiam q ſunt in connubio id euangelium ſcribit? Si uis pfectus eſſe uende oĩa & da paupibus. Dic queſo quin deũ oraſti ut natos

Cauſa liberõ rum nõ iuſta excuſatio.

ſuſciperes addidiſti ne illud. Da liberos ut cauſa ſint ne regnum tuum adſequar. Preterea quis tibi ſponſor de ipſorum fuerit uoluntate ac ingenio ut recte datis relictiſq; utuntur? Nam multis diuitię luxurię cauſa. An non audiuis Eccleſiaſticum dicentem uidi ſtultitiam multam ac grauem. Diuitias in uitium eas cuſtodientibus conuerti. Et rurſus. Dimitto ego homini poſt me & quis nouit ſi ſapiens erit/aut ſtultus? Conſidera itaq; ne cum multis erumnis opes cumulatas peccatorum materiam aliis tradas: dupliciq; plectaris poſtmodum pœna: & tuorum criminum & aliorum quibus cauſam dederis. Nonne cunctis liberis tibi cōiunctior eſt anima tua? Nonne oīum familiariſſima? Huic tu primas da partes diuitis hereditatis: uitę uidelicet ęternę materiam. Deinde filiis diſtribue. Filii nā ꝙ qnq; domui paternę minime ſuccedentes aliam ſibi conſtituunt: At aīa abſte relicta neglectaq; apud quem miſericordiam inueniet? Hactenus mihi de patribus dicta. Qui uero liberis carent quam parſimonię cauſam obiciunt? Nolo inquiunt uendere. Nolo pauperibus dare ob uitę neceſſarios uſus. Non ergo dn̄s tibi preceptor erit nec euangelium formulā uitę tibi dabit ſed tu tibi ipſi iura dices ac ſtatues. Cogita inquit in quod incidas periculum. Si ita ſentis ut que dn̄s conſilia dedit tu impoſſibilia taxes nihil aliud agis ꝙ te legem hanc ferente ſapiātiorem dicere. Sed inquis ego qdem bonis dum uixero frui uolo. Poſt mortē uero in teſtamento pauperes adſcribam. Heu miſer tunc benignus ac liberalis hominibus eris? qum te cadauer adſpiciam: tunc fratris amantem appellabo? Scilicet magna dignus es laude: magnus tibi honor debebit aut gratia ſi in ſepulchro iacens & in terram conuerſus. Magnificus ac ſumptuoſus apparēs. Dic quo mercedem tempore potiſſimum expoſces? uitę ne an mortis. Nam ſi tempus quo ad promerendum datur in uoluptatibus & delitiis abſumēs pauperes nequaquam reſpexiſti mortuus cuiuſnam actionis aut operis mercedem petiturus es. Nullus enim poſt mercatum ſolutum negotiatur. Neq; poſt certamina diſcedens coronatur, nec poſt bellum fortia gerit. Nec item poſt uitam pietatis laudem pręmiū ue capiet. Atramento & tabulis pulchra opera & commendanda gerere ſtudes? Sed quis exitus tui tempus nuntiabit? Quis de mortis genere ſpōſor? Quot uidemus repētino ac ui caſu ue extingui qui pre doloris & ſpiritus anguſtia: ne uocem quidem emittere potuerunt? Quot etiam febris aſenſu alienos fecit? Quid igitur tempus expectas? in quo ſepe tui ipſius rationis dn̄s non eris. Enimuero nox profunda/morbus grauis/nullus circa adiutor. Imo potius inſidiis paratus qui hereditatem/aut legari ſibi aliquod expectat. Omnia tantum que ad eius faciant uſum adhortans/ac tua irritare conſilia querens. Tunc tandem deſtitutum te uidens tuam imprudentiam ac ſtultitiam grauiter ſuſpiriis damnare incipies?

Cupies & eo tempore mandata dare qum & lingua ſemi extincta ad loquēdum & manus adſcribendum inualida tremenſq; fuerit. Es quo nec uoce nec item litteris tuam oſtendere mentem ualebis. Quod ſi nihilominus contigerit ut & uerbo & ſcripto res tuę palam mandentur. Vna tantum tranſpoſita littera. Vnū nō probe adpoſitum ſignū totam ſententiam mutare/ac irritā facere ſunt apta. Duo item aut tres improbi teſtes totam hereditatem in alios conuertent: Quid igit miſer te ipm decipis: nunc opibus in luxu uiuendo abutens/ac tibi ea promittēs quoꝝ poſtea dn̄s non eris. Hoc ſiqdem oſtendis conſilio. Viuens ais bonis fruar: Decedens que animo conſtitui/ordinauiq; faciam/ Erras homo tunc Abraā illud euangelium tibi dicet. Recepiſti bona in uita tua. Si arcta eſt uia que ducit ad uitam. Nō te diuitiis oneratū/ac opum ſarcinam ferētem excipiet. Si ueniens in hunc mūdum eas non tuliſti. Nō abicies a domino iuſſus? Si dum uiuis mādatum domini nō audis poſt mortē quid exiſtimādum niſi te domino tunc ea dare quod uel tecum ferre nequeas uel ne forte ad inimicos perueniāt: Vellem inquis uiuere ac frui bonis. Morti ergo nō tibi gratia. Si enim immortalis eſſes numq̄ mandatoꝝ recordatus eſſes. Non decipitur non deridetur deus. Mortuus ad rem ſacram nō uocatur. Viuētem offert hoſtiam q ex his que ſupſunt ſponte offert. Tu uero poſt uitam que morti ſupſunt: deo oium prebitori tribuis? Si tu nobilē hoſpitē domi excipes ei ne menſę relliquias adponeres? Quomodo ergo exiſtimas ex repocis deum placari? Igitur uos Adloquor diuites ac locupletes reſpicite finem a cupiditate deſiſtite. Si poſſidetis nō amate. Quanto amantior fueris tanto plus eoꝝ que ad te nihil pertinēt/nihilq; pro futura ſunt relinques. Volo tecum feras omnia ne alienis relinquas. Ob rem relictā nihilo plus te ſerui honorabūt ſed ſepulchꝝ fortaſſe funeriſq; ſumptus negligēt heredi placeī ſtudētes & noua quadam philoſophia dictitabūt. Quid cadauer nihil ſentiens multa impenſa honeſtare cōtendis? Nonnē melius ueſtem hanc ꝑtioſam tibi tuiſq; uſui neceſſario ſeruare q̄ fruſtra humo tabeſcere ſinere? Monumēto item quid opus ſumptuoſo ac qn̄q; perituro. Supſtitibus potius conſule: Hec & his ſimilia dicēdo te onere leuabūt & ſucceſſoribus rē gratā facere curabūt. Hec itaq; frater dum uales ac potes animaduertas. Ipſe tibi uiuēs ſepulchrū pietatis ſtudiis facere contende/cunctaq; circummunitus & ornatus e uita diſcede. Proprium ornamentū diuitię tibi ſint tuę. Te apud te habe. Crede optime cōſulenti teq; amanti Ieſu Chriſto qui ob noſtrā ſalutem egere uoluit ut ex eius pauptate nos diuites eſſemus qui etiam ſeſe ꝑ nobis redimendis ꝑtium obtulit ut eius mandata ſeruādo nobis commodum perpetuum proueniret & heredes ęternę fieremus uitę in ipſo domino Ieſu cui gloria & imperium in ęterna ſecula. Amen.

SERMO TERTIVS IN DIVITES SVPER VERBA ILLA SCRIPTVRAE IN FAME ET SQVALORE QVANDO PER SICCITATEM CÆSAREÆ POPVLIS FAMES INVALVIT.

LEo rugit & quis non timebit. Dn̄s deus locutus eſt & qs non ꝓpheta bit. Proemiū nr̄i ſermonis. Propheticū ex Amos uſurpare cōtendimus & ad uſum eoꝝ que dicturi ſumus quoad poſſumus adcomodare ac ſimiles quodāmodo pturbationes maloꝝ nobis ingruētium ad aīarum medicinā ac ſalutē eſſē cōſiliū declarare conabor. Nā & ipſe ꝓpheta in ſupioꝝ tempoꝝ calamitate/maioꝝ pietatē populo deſerente ac legē & mandata negligente & ad idoloꝝ ſeſe cultū impudētiſſime ſeſe cōuertēte factus eſt penitētie preco: ſimulq̧ frumēti penuriā & futura incōmoda/pœnaſq̧ multas uaticinando minat᷑. Mihi quoq̧ utinā zelo ſacrę ueteris hiſtorię uſq̧ tm̄ liceat uti exitum uero & exceſſum q ob eoꝝ pctm̄ ſecutus eſt: uidere nequāq̄ contingat. Populus.n. quēadmodum equs indomitus adhuc durus ac frenū mordens minimeq̧ mādatis obtempans nō ad utilia cōuerſus ſed e recta excedēs uia ac cōtra aurigā contemptis habenis inſultans p abrupta & cōfragroſa ſeſe ꝓcipitem in altis miſit ruinis. Vnde dignā ſuę cōtumacię pœnā merito dedit. Quod ne mihi apud uos hodie eueniat oro atq̧ obſecro filii cariſſimi: quos p euangeliū genui: quos ue p manuū benedictionē interpolaui. Quāobrem attendite/obtempate. Mea monita facile excipite. Deniq̧ dicenti/atq̧ hortanti mihi tanq̄ cera ſignāti auſcultate. Vt p hoc unū ſtudiū & ego monitoꝝ fructū lętitiā capiā & uos reſolutiōis urę tpe mercedē hāc exhortatiōem cōſequamini. Quid igit᷑ eſt quod ſermo uult nr̄ oſtendere? Suſpēſas.n. tenet aīas iamdudū audire cupiētes quo ſe uertat. Cœlū nunc fratres dilectiſſimi uidemus nudū ac ſerenū ſine nubibus ęthra diuturna/ac pura pſeuerans quā antea iā deſiderauimus qñ ꝓfundis cooptum nubibus uidere licuit. Nūc uero plurima nobis adfert incōmoda ſterilis primū ad agriculturā & infructuoſa. Deīde ob ſiccitatē ſciſſa tellus hyatus patefecit maximos ut in īmis uiſceribus ſolis excipiat radios. Fontes plurimi & perennes nos deſeruerunt. Fluminū quoq̧ magnorū curſus deſierunt: Feminę aqua oneratę transfretant: noſtroꝝ multos potus deſtituit: ac demū in magna nos deus uiuendi difficultate conſtituit: Iſraelitę noui Moſem querētes nouū: baculūq̧ illū ꝓdigioꝝ productorem deſiderant ut rurſus diruptę petrę uſum ſitienti populo ꝓbeant. nubes quoq̧ ſubitę & admirabiles inauditū: Mannę cibū mortalibus irrorent: Timēdū ſane nobis ne maloꝝ exēplū in famis calamitate poſteris nr̄is exiſtamus. Vidi ego cāpos ſteriles & arētia rura

duduꝫ ſine fructibus Lachrymanſq̨ mœſtas edidi querelas q̄m Anni tanta ia-
ctura & ſine imbre cœlum eſt uiſum: Ex quo nec ſata naſcūtur & eodem modo
quo aratrū occultauit pmanent: Aut ſi forte nata: ſtatim tenera ęſtu ſunt abſum
pta: adeo ut pulchre illud euāgelicum cōuerti poſſ it: Operarii qdem multi: meſ-
ſis uero pauca: Coloni p campos cōſtituti mœſti ſedent: manibuſq̨ genua cōple
xi & aruorum triſti aſpectu conterriti: ſuos boumq̨ labores pditū iri uehemen
ter dolent ac lachrymant᷑: Mox tenues & arridos germinū calamos cōſiderantes
atq̨ attractantes ad natos & uxores ſeſe uertūt: ac miſeros edūt ululatus haud ali
ter q̄ ſi eos ętate florida raptos efferrēt: Igit᷑ ,pphetę ſupradicti uerba pulchre no
bis proferri poſſunt. Ego inqt trium mēſium pluuiā ante uindemię tēpus pro-
hibui & plui ſuper Ciuitatē unā. Et ſup Ciuitatē unā nō plui/ & pars una inun
dabit᷑ & pars altera ſup quam non plui areſcet: Conuenient duę aut tres Ciuita
tes in una facere aquam & nō implebunt/ q̄m non conuerſi eſtis ad me ait dn̄s.
Diſcamus igitur ex his uerbis quod ob aduerſionem & nr̄am negligentiam/ has
nobis calamitates inflixit deus nō extinguere nos querens ſed emendare/ caſtiga
req̨ cupiens more pioꝝ patrum erga deſides & iuniores filios q iraſcunt᷑ qdem
& inſurgunt/ nō mali aliquid eis facturi: ſed officioſa caſtigatione ex ignauis di
ligentes reddere & ad offm̄ deducere conantur. Adſpicite queſo nūc/ quēadmo-
dum nr̄oꝝ pondus peccatoꝝ Anni temporūq̨ naturas mutauerit/ ſtatutaſq̨ ſe-
mel reꝝ formas in aliena tempamenta nouaſq̨ mixturas deduxerit. Hiems ſoli-
tum humorem cum ſicco non retinuit ſed in glaciem tota abiit Niuis & umbris
penitus expers. Ver item pars temporum alia imbre carens pręcoces oſtendit ar
dores Aeſtus igitur immenſus & aliena frigora naturę leges pretereuntia: ac in
nos damnumq̨ noſtrum coniurata mortales aduictus uitęq̨ ſimul trahunt di-
ſcrimina. Que igitur fratres cariſſimi huius tantę confuſionis contrarietatiſq̨
cauſa? Vnde talis rerum temporumq̨ nouatio ueſtigemus aliquantulum men-
te rationeq̨ utentes diligenter penſitemus? An putatis quod ille qui omnia con
didit regitq̨ deus prouidentię artiſq̨ adminiſtrandi ſit oblitus? aut item poteſta
te: arbitrioq̨ ſolitis careat? aut immenſam eius erga nos caritatem curamq̨ per
negligentiam deſeruerit: ſiue in odium commutauerit? Nemo profecto ſapiens
hoc dicet: Sed ille potius cauſę cur nobis conſueta gubernatio ſublata ſit: quod
cum ex deo accipiamus aliis non damus: Beneficentiam laudamus: nos hac ca-
rentes egentibus deſumus. Serui exiſtentes liberamur & conſeruos non miſera-
mur Eſurientes nutrimur: In opibus alimenta negamus. In his que nobis ſunt
opus promum ac theſaurarium deum habemus/ erga uero pauperes pręparci ac
minime communicabiles ſumus. Ouium gregem fœtura implet: ouibus uero

A mos pro-
pheta.

nudos plures eſſe ſinimus Graues reꝝ apothecas & cellas habemus: his aũt catẽtes nequaq̃ reſpicimus. Hac igitur de cauſa deus omnipotẽs manũ nõ aperit qm̃ fraternitatis caritatem occluſimus: Ob hoc & cãpi ſteriles qm̃ caritas friguit: aruit: Et quanq̃ ſupplicãtium uox aſſidue clamat / attamen apud hoĩes euaneſcit ac diſſipatur. Nam & nos rogantes minime audimus. Sed queſo quales noſtrę preces? qualis oratio? Imprimis uiri pręter paucos mercaturis ferę uacant cẽs uxores uero ipſoꝝ miniſtrę ad officium Mammonę ſunt. Pauci admodũ mecum ad orandum relinquunt: & hi tedio adfecti oſcitãteſqꝫ ac cõtinuo huc illuc ſe uertentes: deniqꝫ obſeruantes: qñ is qui pſalmos canit uerſus expleat. Tunc demũ tanq̃ e uinculis ac aliqua cuſtodia ſeſe e templo relaxari exiſtimant: Pueri autem parui quid ex hac calamitate publica deguſtant? qui libellos in ſcholis relinquentes & nobiſcum conclamantes remiſſionem potius ac uacationem adiſcendi labore noſtram cõmunem triſtitiam exiſtimant & cura ſe aliquantulum adſiduitateqꝫ ſtudii leuari & in libertatem uenire propterea putant. Reliquoꝝ uero hoĩum multitudo ac uulgus peccatis obnoxii ac deditti per urbem ſine ſenſu diſcurrunt gaudentes & hilares horum cauſam malorum in propriis gerunt animabus. Calamitatemqꝫ ipſi noſtram exaggerant. Infantes poſtremo inſontes & minime ſentientes ad confeſſionem in templo conueniunt / nec cauſam dant ipſi rebus triſtibus: neqꝫ rurſus ab his nos liberare ualent qum nullam uim notitiamqꝫ orandi deum habeant: Tu in medium prodi. Tu inquam peccatis oneratus humi procidens clama ſuſpira. Mitte infantes que dat ętas puerilia facere: Tu ne dum decipere putas ſi accuſatus eum qui culpa uacat: in Iudicium pro te ſtatuas? Non illuditur Iudex neqꝫ aliam ſubdititiorum more perſonam accipiet: Oportet alioquin omnino illos eſſe tecum. Nonne uides. Niniuitas penitentes ac flentes ob que ipſi admiſerunt ad Ionę ex ceti uentre exeuntis exclamationes monitionesue. Non ſolum infantes in medium attulerunt: Sed ipſi ante omnia in peccatis & delitiis conſtituti parentes uitam exuentes priſtinam Ieiuniis & abſtinentia ſeſe adflictauerunt: Loco deinde auctarii & infantes addidere: ac pati ſimul flereqꝫ coegerunt: Vt luctus omnem ętatem occuparet: & ſenſibilem ſine ſenſu hos coactos: illos uoluntarios. Ex quo miſericors deus ipſos faſtus luxumqꝫ ponentes & humilia ſentientes animaduerteus & minas remiſit & pœnas quas daturi erãt auertit: & loco calamitatis lętitiam hilaritatemqꝫ publicam tribuit. O tempeſtiuã penitentiam. O ſapientem & officioſum luctum. Nam neqꝫ ratione carentia a triſtitia immunia eſſe permiſerunt: ſed ipſa bruta ieiunare ac queſtus edere coegerunt. Vitulus enim a buccula ſeparatus dulci caruit ubere. Agnus paruulus iam ſub ulnis maternis non erat inuentus. Matres alia: alia fœtus ſtabula tenebant:

Voces inter ſe miſerabiles edebant uiciſſimq; conclamabāt. Nati ſitientes ubera materna deſiderabant. Matres uero naturali quadam pietate miſericordiaq; commotę natos mugitu uocitabant. Ex quo communi luctu omnis ſexus ętas ordo querebantur Pauper ſimul & diues Rex ipſe Niniuitarum ut exemplo ceteris eſſet purpura coronaq; ac ſceptro poſitis ſaccū ſumpſit: cinere caput iuoluit: Throno relicto humi conſedit. Nec a uulgo facile cognoſcebatur: quando regem regum/ac omnium dominatorem iratum conſpexit. Hęc itaq; ſeruorum ſapientia hec in peccatis digentium penitentia. deum placauit. Nos autem peccata uelociter promptoq; animo admittimus: pigreq; poſtmodo ac ſero penitentiam agimus. Quiſnam orans aut ſupplex lachrymam ex ore mittit ut imbrem terris ſalutarem/tempeſtiuumq; prouocet? Quis ſcelera relinquens ſanctum Dauid imitatur? qui quęſtibus ac lachrymis ſtratum rigauit? Quis hoſpitum lauit pedes? aut puluerem ex itinere conſperſum abſterſit ut in hac ſiccitatis calamitate deum exorare ualeat? Quis uiduę uictus difficultate afflictę opitulatur ut alimēta frugum neceſſaria recipiat? Scinde libellum ęris alieni iniuſtum ut ſic peccatum ſoluatur. Dele grauiſſimorum fœnorum nomina ut terra ſolitum tibi fœnus reddat: Aere namq; & auro pręter naturam fœtus ędentibus iure germina quę naturaliter pariūt ſterilia fient & ad habitātium mulctam fructibus carebunt. Nūc autem hi qui auaritiam tanto ſtudio colunt & opibus plus ęquo inuigilant qd queſo proficiunt quem non requirunt uſum? Si enim deus ulterius quod abſit in ira perſeueret/resq; hec longius protrahatur eos omnis uelociter auro quod cumulant pallidiores uideas ſi preſertim pane qui ob paratam promptamq; uulgo copiam contemni ſolet heri & hodie careant. Fac enim ne ueneat annona: Ne in apothecis frumentum ſit: quid tibi marſupium ęre grauiſſimum proderit nonne cum illo peribis? Nonne aurum terra eſt & inutile lutum? Corpori namq; lutum adiacet. Omnia poſſides ſed uno & hoc neceſſario cares: poteſtate uidelicet te ipſum mutandi. Fac item cum tuis opibus omnibus ut unam excites nubeculam/ut modicus imber e cœlo deſcendat ut terram fructus coacta reddat. Solue inquam ſi potes tuis facultatibus hanc cōmunem calamitatem quemadmodum ſanctis fecit precibus Helias Theſbites qui grauia ſiccitatis incōmoda tunc auertit/homo nudulus pallidulus ſine calceis ſine cubili ſine domo tantum melota contectus precibus ac ſupplicationibus pro cibo continentia uero pro contubernali utens. Quin in uiri ſimilis auxilium te ſit opus incidere/ nonne multo riſu tot diuitiarum tuarum curas perſequeris? Num aurum non conſpues & argentum ut ſtercus eicies? quod antea iuuare poſſe omnia ac humanis uſibus ſubuenire omnino putaueras. Sed ſcias illud contra te inſtare teq; accuſare ac ho

rum malorum cauſam dicere/eo quod illud poſſidens non recte diſpenſaueris/ aut erogaueris:quod eſurientes preterieris:quod adflictos nõ reſpexeris quod rogantes non ſis miſeratus.Per paucos enim mala/erumneq; ad uniuerſum populum ſepe perueniunt quum unius ob noxam tota quandoq; gens euertatur.

Acab. Acab ſacrilegium admiſit ac totus eſt paſſus exercitus

Zambri. Zambri cum ſcorto Madianite concubuit ac Iſrael pœnas dedit.Igitur fili cariſſimi.Omnes priuatim ac publice noſtras cõſcientias examinemus:quilibet propria ſcrutetur peccata/cauſamq; ante omnia preſenti ſe dediſſe incommodo exiſtimet ac cum beato Iob ſimul dicamus.Manus tua domine tetigit me:deinde putet hanc pœnam ad promerẽdum dari poſſe.Solent enim huiuſmodi calamitates ad exercendum uirtutẽ ſepe mortalibus infligi ut per labores probentur & de ipſorum ac conſtantia ſiue ſint diuites ſiue pauperes periculum fiat utriq; namq; per patientiam ſeſe oſtendunt in uitę fortunęq; uolubilitate:Is ſi diues ex inope factus liberalis beneficus miſericors exiſtat.Ille ſi ex diuite pauper ęquo ferat animo:minime deum incuſet.Ego namq; non ſolum audiui:ſed uidi tractauiq; plurimos qui donec in uita felices ac in rerum copia uerſantur:uentuq; nauigant ſecundo:& ſi nõ perfecto animo mediocri ſaltem omnium datori gratias agere:Si uero res cõmutentur ut rebus ſeu corporis excidant ualitudine:ſeu priſtinam dignitatem amittũt maxime tũc ingratos in auctorem uideri:deum uerbis ſacrilegis incuſare:preces ac ſupplicationes negligere/& non ut domino patriq; caſtigati gratias agentes ſed ut aduerſus debitorem quendam contumacem profanos queſtus edentes.Sed deſine deſine queſo talia mente/cogitatione uerſari.Quumq; deum res inſolitas preter naturam & anni tempora oſtendentem uideris.Sic tecum loquere:ſic exiſtima. Non deeſt domino facultas fructus edendi:ac homines omnino nutriẽdi.Quonam modo?Num non domini eſt terra & plenitudo eius?qui etiam ita prouidus eſt Annorum temporumq; diſpenſator ut inuicem ſibi deſtructione ſuccedant.Ad uarios mortalibus uſus ſuppeditandos humoribus terrã ſpargit & hos calor excipit ac decoquit ignis.Rurſus utrũq; per hiemem cõſolidatum & opportuna concetione temperatur.Neu ſiccitas ſuperuacanea ſed ex ſiccandis intempeſtiuis humoribus neceſſaria.Palam igitur quum ſit/eum poſſe rebus adeſſe eaſq; uti uult adminiſtrare/potentię bonitatem eſſe coniunctam quis dubitet?In prõpto hec ratio.Que nam neceſſitas ſi bonus non eſſet eum ad creandum hominem impuliſſet?Quis inquam tam uehemens impulſor conditorem minime uolentem humum ſumere & ex luto tantam excitare pulchritudinem cogit? Quis hominis formę iam conſtitutę rationem addere ſuaſit? ut artium diſciplinarũq; capax eſſet & de rebus altiſſimis philoſopharetur:quas ut ſenſilis tantum nullo

modo attingeret. Quin ſi deo inſitam bonitatem recte conſideras uſq; hoc tem-
pore quanquam duro minime deficientem uidebis. Quis dic mihi prohibet hāc
quam admirans ſiccitatem non potius eſſe orbis incendium ac conflagrationem
Solem inſuper auia ſolita errantem & terrenis propinquantem corporibus om-
nia cremare. Ignem deniq; de cœlo deſcendentem mortales omnis ob eorum ſce-
lera iure punire? Quamobrem te homo te inquam conſidera tuamq; penſita cō-
ſcientiam. Nec pueris ſub pedagogo conſtitutis ſimilis fias qui caſtigatione irati
ſcindunt libellos: patri uero conſulenti ac cibum prohibenti ueſtem concerpunt
Vel matris ora unguibus petūt. Nam & gubernatorem tempeſtas & Athletam
ſtadiū & Ducē pugna. Magnanimum uero ac plane chriſtianum calamitas tēta-
tio puocatio labor incōmodum pbant atq; oſtendūt. Res triſtes animā ut ignis
aurū deprendūt. Paup es ne tenearis: mœror namq; plus ęquo ſumptus: peccato-
rū cauſa efficitur diuerſoꝝ: quem prę dolore facile ſit mēte excidere aut in reꝝ de-
ſperationem uenire uel in auctoris conditoriſq; omnium odiū corruere. Quam
ob rem ſpem in deo firmā retine. Noli enim tuam illum nō uidere anguſtiā ui-
ctū alimētūq; in manibus habet: ac uota hoīm differre ſolet ut eoꝝ cōſtantie pe-
riculū faciat ut item ſentētiam uideat an igratus ac ſcurris & paraſitis ſimiles red-
dat. Illi nāq; donec in ore cibum hūt benedicūt adſentant admirant: mēſa uero
parump negata quē pauloante ob uoluptatem ueluti deum adorabant maledi-
ctis tanq̄ ſaxis petunt atq; lacerāt. Ingredere aliquantulum uetus ac nouū teſtm̄
in utroq; ſane inuenies uiros iuſtos in anguſtia conſtitutos diuerſis nutritos dei
puidentia modis Carmelus mons aſper ac deſertus. Heliā itē deſertū habuit uia-
ticū cibuſq; ei ſpes erat in deo. Quāobrem extinctus nō eſt ſed auiū rapaciſſimi
corui cibū ei attulere & q alienas ſolebāt eſcas inuadere uiro iuſtiſſimo miniſtri
fuere/naturę quoq; obliti in pane carneq; ei adferendis dñico pcepto paruerunt
Lacus itē babylonius iuuenē habuit Iſraelitā captiuū qdē caſu/aio uero ac ppo-
ſito liberꝫ. Ad hūc leones eſuriētes imiſſi pter naturā abſtinuere. Pauit eos Aba-
cuc ab angelo cū obſoniis longe deportatus & ne uir ſanctus inedia pmeret ſpis
momēto tm̄ ueniēdo penetrauit q̄tum a Babylonia diſtat idia. Quomodo rur-
ſus dei populus in deſerto preſente Moſe Annis quadraginta uixit? Nō ibi q ſe-
reret. Non qui araret/nec bos nec area/non torcular non cella penuaria uictum
tantum inaratum inſatumq; habuere. Aquas etiam non prius uiſas ſed pro tem-
pore aduſus erumpentes petra ſubminiſtrauit. Mitto ſingulos enarrare quibus
in rebus duris prouidentia non defuit. Te itaq; hortor fili hanc animo genero-
ſo calamitatū more Iob parūp ſuſtine. Ne a fluctib⁹ ac tēpeſtate obruere. Nihil
pfecto de uirtutis pmio q̄ geris amittes. Vt mutus aię ptioſum dei grām cōſerua

ſoco cibi alteram tantam protinus gratiam adſequeris. Reminiſcere apoſtolici di
cti. In omnibus deo gratias agite. Pauper es: alium uidere licet omnino egentio
rem. Tibi Decẽ dieꝗ frumẽtũ. Illi unius eſt. Tu bõus ac benignus quod tibi ſup
eſt. adicias ubi deeſt: Ne uerere ex paruo dare. Ne tuũ cõmodum cõmuni prepo
nas periculo. Si eni Duo tibi ſint panes. Adfores autẽ rogator aderit pro me illi
alterum. Dans uero manus in cœlum tolle: dicꝗ pia hec & benigna uerba: Vnũ
panem quem uides domine de meo periculo. Sed ego tuo mandato meũ cõmo
dum poſt habeo & ex modico do panẽ eſurienti. Noui tuam bonitatem: tuę po
tentię confido quod nõ diu tuam gratiam differes ſed breui quum tibi placuerit
adfatim dona tuę magnificentię patebunt. Quod ſi feceris ac dixeris nõ dubiũ
quin panis hic quem ei hac dabis anguſtia: agriculturę ſemen ac copiam ſoppe
ditabit / multũꝗ tibi ex terra fœnoris reddet diuinę gratię conciliator. Dic rurſus
tu illud Sydonię mulieris uerbum quod maxime huic propoſito quadrat. Viuit
dominus quod hunc ſolum in domo habeo / quem ego & filii mei edamus &
moriamur. Tu quoꝗ ſimiliter olei lechitũ gratia dei refertũ habebis nec minus
farinę hidriam continuo inſtaurantem. Qui eni dando diuinę gratię confidunt
puteos unitantur qui continuo exhauſti minime deficiunt quin potius altero tã
to ex aquis ſuperuenientibus augeſcunt. Siquis eges deo diuiti fac fœneres: crede
inquam illi pauperes perſonam iugiter accipiẽti & ex dono gratiam reddẽti Di
gnius ubiꝗ fideiuſſor terra mariꝗ apertos habebis theſauros. Quod ſi nauigãs
mutuũ repetes: In medio ſortem cum fœnore capies. In fœnore autem & eſurien
ti prebitus cibus antecellit. Famis namꝗ dira neceſſitas. Fames inquam inter hu
manas miſerias principatum tenet: quod & pernitiem cunctis acerbiorẽ adfert
cunctoſꝗ exſupat uitę labores. Nam & enſis cuſpide cito iteribis: Ignis impetus
breuiter uitã extinguit: aqua ſimiliter: Ferarũ dentibus membra ſtatim diſcerpta
intereunt que quidem omnia dolorem morienti minime protrahunt. At famis
diuturnius malum: otioſius torquet: lentius tabefacit / ſenſim occidit. Naturalem
namꝗ humorem abſumit: calorem refrigerat. Innatam ac uegetam corporis ha
bitudinem deterit: uires paulatim debilitat: oſſibus caro uelut arena coeret. Co
lor ex ore ſanguine deficiente refugit. Albedinis ſplendor e ſummo corpore di
ſcedit & pallor ac liuor iſurgit. Genue infirma ac per uim tracta cõſpiciunt: Vox
tenuis e cõfuſa. Oculi in receſſu cauo uelut in uaſibus conditi languẽt: Oſſa trũ
pelle opta: Venter uacuus ac collapſus tumore uiſcerũꝗ ſolita pductiõe caret ac
dorſi tantum oſſibus ſuſtentatur & heret. Igitur faciem hanc corporis miſeram
qui conniueris preteribit: quali dignus mulcta? Quod crudelitatis genus
proſequi dicetur? Quomodo inter immaniſſimas feras non connumerari ur

Paſcere eſuri-
entẽ iter opa
pietatis cor-
porea Primũ.
Famis deſcri-
ptio pulcher-
rima.

execrãdus ac hominum interfector dignus erit: Qui enim morbo periculoſo ſi li
ceat non occurrit eadem qua ille qui ſibi manus adfert pœna dignus damnabi-
tur. Quid fames non cogit? Naturę leges ſepe peruertere ac tranſgredi multos
ſuadet & hominum corpora uel propinquorum attingere. Mater quem peperit
natum impulit in uentrem recondere quam tragediam iudaica commemorat hi
ſtoria a Ioſepho a graui auctore cõſcripta. Is hec & ſimilia narrat mala orrenda
in dominicę mortis ultionem inflicta. Quantum deniq; ceterę antecellat caritati
eſurientem paſcere ex ipſo conſeruatore cõſpice: qui qum alia ſepe pretierit hu
mana incommoda tm̃ eſurientes reſpiciens. Miſereor inquit ſup turbam hãc. Id
circo in extremo iudicio ubi dñs iuſtos adloqtur ordine primo & ut anteſigna-
nus qui pauperem nutriit adcerſitur. Qui panem adminiſtrauit ante omnis pro
mouetur: liberalis deniq; preceteris in uitam pmittitur. Ex altera uero parte: pre-
parcus & illiberalis ante alios dat pœnas delinquẽtes. Quamobrem te fili tẽpus
hoc ad parentem mandatorũ oĩum uocat atq; expectat. Caueq; atq; conſidera/ne
tanta diei feſti & conciliationis oportunitas te pretereat. Fluit enim tempus/nec
morantem aut incautum expectat. Inſtat inquam dies non reditura atq; ut flu/
minis impetum ſiſtere non eſt/niſi primis fluxibus reſiſtens obtemperantem a-
quam reddiderit. Sic namq; tempus ſuis coercitum anguſtiis retinere. Neq; item
preteritorum reuocare niſi a fronte properante occurrens in uſum conuertas tu-
um. Ideo tu quoq; caritatis preceptum tam neceſſarium his tibi diebus ad tuam
oblatum ſalutem comprende. Captumq; in ulnis adſerua tuis. Da parua ut ma-
gna recipias ſolue ueteris culpe reatum. Sicut enim male edendo / maleq; cibo
utendo. Adam peccatum incurrit ſic infame laborantibus per cibos opitulando
a peccatis ſoluemur. Audite populi Chriſtiani atq; attendite hec dicit Dominus
partim ipſe partim per ſuos ſeruos ut inſtrumenta clamans. Ne nos qui ratio-
nis participes ſumus: brutis crudeliores uideamur. Illa namq; terra naſcentibus
ut naturaliter communibus ſine diſcrimine utuntur. Nam & ouiũ greges. Vnũ
& eundem paſcuntur montem. Equorum multitudo eundem campum. Deni-
q; ſingula hoc modo inter ſe uictum communi modo queritant. At nos contra
que ſunt communia propria facimus: que ſunt multorum ſinguli poſſidemus.
Vereamur atq; imitamur grecorum humanum uiuendi modum apud quos
unam menſam communes alii onerant. Vna domus numeroſam edit atq; cõti-
net populũ: Sed externa dimittamus & tria illa millia epulo piſcium a dño exce-
pta pcipue nobis ſuccurrãt. Deniq; inſtitutũ xpianorũ emulemur. Quibus ab ini
tio cõmunia erant omnia uita ſpiritus concordia: menſa item cõmunis. Fraternĩ
tas indiſcreta. Caritas non ficta multa ſimul corpora curans/diuerſaſq; animas

in unam concilians uoluntatem. Multa ſi queris alia exempla utriuſq; teſtamẽti que ſunt ad fraternã dilectionem imitandã reperies. Si ſenẽ eſuriẽtem uideris fac nutrias ut Joſeph Iacob. Si inimico occuras parce irę: ne expellas: potius nutrias ut ille quondam fratres a quibus uẽditus fuit. Quum in iuniorẽ incideris egentẽ Funde lachrymas ut ille rurſus Beniamin fratri ſenectutis baculo. Quod ſi forte te auaritia ut Regina illa Ægyptia Ioſeph tẽtauerit ſcinde tu quoq; ueſtẽ quod mandatũ diuinũ cõtẽnas quod illa aurũ ac res terrenas amãtem cõtra dñi tui p̃ceptũ audiueris Xp̃o fidẽ ſerua ut ille regi ſuo ſeruauit. Neceſſaria cibaria diſtribue ut idẽ p Annos ſeptẽ. Ne cũcta uoluptati tribuas nõnihil animę tuę reſerua Duaſq; tibi puta eſſe filias ut illi: unam que adfectus cõtinet. In cœlo alterã q̃ uitã poſſideat. Si.n. potiori cũcta ut fas erit dare nolueris: ptes ſaltẽ ęquas utriq; diſtribue ne uidelicet pñtem uitam ita opibus ac delitiis adfluentem reddas ut altera inopẽ ac laceris optam ueſtibus relinquas. Vt ſi te oporteat in cõſpectũ dei noſtri ac iudicis Ieſu Chriſti ſponſę formã ac uitã ſecũdum uirtutem habentem uenire. Noli ſponſam inornatã ſponſo offerre. Ne conſpiciens ille uultum auertat: deſpiciat: cõplexum neget. Sed eam decenti ueſte ornatã nuptiarum tempori ſeruabis. Vt una cũ ceteris prudentibus uirginibus caritatis ppetuum ignem ac lãpada oleo continuo refertam habens in thalamum recipiat᷑. Deniq; ut prophetica illa uerba q̃ ad aĩam tota referri uident᷑ re atq; actiõe laudabili roborent᷑. Adſtitit regina a dextris tuis in ueſtitu deaurato circũdata uarietate. Audi filia & uide & inclina aurem tuam: & cõcupiſcet rex decorem tuum. Hec pſalmiſta de humani corporis forma loqui uiſus ad animę decorem rectius traducuntur. Siquidem ex ſingulis eccleſia diuerſam in unum cogit multitudinem. Tu prouide ne preſens ac futurum male tractes. Ne ue ob cupiditatem ac lucrum inhoneſtum prodas: Corpus namq; tuum tuę uitę notitiam relinquet. In aduentu uero expectati iudicis tu te ab ęterna gloria & multa bonoꝶ fruitione excludas proq; his ignem tibi ppetuum & pœnas nunq̃ deſituras parabis. Noli putare hec a me timoris gratia incutiendi more matris aut nutritis alicuius tibi dicta. Nam illę plorantibus pueris formidanda & incondita quedam minari ſolent ut a cepta peruicacia deſiſtant. Hec filii cariſſimi non fabula ſed uera narratio ipſa euangelica uoce confirmata quoniam uti ſcitis. Iota unum aut unus apex non pręteribit: Corpus enim a ſepulchris iamdudum exſurget: animaq; excluſa rurſus ei iungetur. Omnium ratio geſtorum diligenter examinata facta quorumlibet clare manifeſtabit non externis inſtantibus ſed ipſa conſcientia teſte/ac palam accuſante/demum ita cuiq; ut eſt meritus ex iuſto iudice domino noſtro Ieſu Chriſto proueniet cui gloria & imperium in ęterna ſecula. Amen.

SERMO DE IEIVNIO IN CELEBRITATE QVADAM QVINQVE DIERVM IEIVNII.

CAnite inq̃t tuba in inſigni die ſolẽnitatis noſtre: Hoc preceptũ ꝓphe-
ticũ. Nobis aũt omni tuba clarius & omni muſico inſtrumẽto inſigni
gnius hanc heꝝ dierum celebritatem ea que nobis leguntur ſatis ſigni
ficare uidentur. Nouimus eñi ieiunioꝝ gratiã. Ex Eſaia iudaicũ ieiunii modũ ui
tuperante/ac uerum nobis ieiuniũ oſtendẽte. In die inq̃t ieiunii conuenitis debi
tores uĩos fora contentioneſq; exercetis Solue colligationes impietatis. Et dñs.
nolite fieri triſtes ſed laua faciem & unge caput tuũ. Viuamus igitur fratres dile
ctiſſimi ut edocti ſumus. Ne item & nos triſtes in his ſuccedentibus diebus effi-
ciamur ſed hilariter ut decet ſanctos erga eos diſponamur. Nullus nãq; lugẽs ac
triſtis coronat᷑. Nemo item mente deiectus tropęũ figit/ neu curatus liberatuſq;
mœret. Abſurdũ profecto in aĩę ſalute non lętari: ſed ob ciboꝝ abſtinentiam do
lere: ac maiorẽ habere grãm uideri uentris uoluptatem q̃ animę diligentiam atq;
curam. Satietas nãq; corporis habet hilaritatem: Ieiunium uero animę lucrũ atq;
ſalutem. Gaude ſi ſapis quod tibi a medico pharmacũ necans peccatum prębetur
Sicut enim in uiſceribus puerorum uermes graſſantes q̃buſdam acutiſſimis me
dicinis expelluntur. Sic peccatum in animo ꝓfundo radicatum ieiunium itrodu
ctum interficit. Vnge caput & laua faciẽ. Ad myſteria nos hic ſermo uocat mẽ-
tẽq; ad altiora erigit. Intus itus unge oleo ſcõ caput ut Chriſti gratię pr̃iceps fias
atq; hoc modo ieiunio appareas. Ne tege faciem tuam uelut hypocrita: Tegitur
enim facies qñ mens & interior adfectus commento aliquo aut ſimulatione ex
trinſecus obumbratur ueluti ſub tegumento quodam mendaci coopta. Hypocri
ta hoc eſt hiſtrio uocatur/is qui in theatro alienã faciem ſumit ut ſeruus exiſtens Hypocritas
ſepenumero domini & priuatus regis. Sic & in hac uita ad ſuos mores. Orche- Hiſtrio.
ſtras atq; theatrum exercent hi q̃ alia corde gerentes: alia extrinſecus hominibus
prę ſe ferunt. Ne miſer tege faciem: qualis es talis appareas: Ne te in ſqualidi tri-
ſtiſq; formam conuertas ut abſtinentiam oſtentans gloriam ex hominibus ina-
nem conſecteris. Sicut enim ex benificentia: tuba publicata nulla utilitas ſic ex ie
iunio palam iactatio nullum lucrum Facta.n.per oſtentationem nequaquam ad
futurum ſeculum fructum extendit: ſed in hominum laudem conuertit. Prodi
igit᷑ apto ſerenoq; uultu ad ieiunii munus uetuſtũ q̃dem munus eſt ieiuniũ nũq̃
ſeneſcens ſeu tabeſcens ſed cõtinuo uigens florẽſq;. Puta ieiunii originẽ lõge an De uetuſtate
tiquiorem q̃ eam que ex lege appet. Idq; ſi me parump audieris ſcies. Noli exiſti ieiunii.
mare diem ꝓpitiatiõis apud Iſrael ſeptimi mẽſis die ſeptima cõſecratũ hoc eſt ie-

iunii principium. Hiſtorias paululũ percurre ipſius ueſtiga initiũ. Nõ.n.nouum
inuentũ. Prouerbiũ eſt omne fieri per antiqtatem nobilius Ieiunii canitiem dili
genter perſcrutare. Homini primo co euum eſt. In paradiſo prius inſtitutũ. Man
datũ prius Adã accepit/ne bonũ ac malũ cognoſceṙẽt. Ne comedite. Hoc.n.ne
comedite. Ieiunii ſimul & abſtinentię lex eſt. Si enĩ Eua à ligno abſtinuiſſet/ non
profecto hoc nobis apus eſſet ieiunio. Valentes namq; medico non indigẽt ſed
male habentes ob peccata ſanati ſumus: per penitentiam uero ſanamur. Peniten
tia quoq; citra Ieiuniũ uana eſt. Terra nãq; execrabilis ſentes ac tribulos tibi parit
Ad lugendũ: nõ in delitiis agitãdum cõſtitutus es. p Ieiuniũ deo ſatisfacies. Sed
& in paradiſo cõmoratio Ieiunii quedã eſt imago: nõ ſolũ quod angelis homo
ſimilis ob paucoꝝ indigẽtiam exiſtit: ſed qm̃ quãta cogitatio poſtea repperit no
bis in paradiſo pmanẽtibus excogitata nõ erãt/nõdũ uini potatio nõdũ aĩalium
ſacrificia/nõ deniq; quanta mentẽ inqnãt humanã. Itaq; qm̃ non ieiunauimus
in paradiſo: eiecti ſumus. Ieiunemus ergo ut ad ipm reuertamur. Nõne uides La
zarũ quomodo per ieiuniũ in paradiſum eſt ingreſſus. Noli euę incõtinẽtiã imi
tari ne rurſus ſerpẽtem accipias cõſiliariũ. Parte carni cibũ ſubminiſtrare. Ne cor-
poris imbecillitatem/ualitudinemq; cauſeris. Non enim mihi ſed omnia uiden
ti ac grauare corpus eſculentis plus ęquo potes? Nã & debilibus nõ ciboꝝ uarie
tatẽ ſed abſtinẽtiam. Ieiuniũq; medicos uidi precipiẽtes. Quomodo eni tete ex
cuſas Satur eſſe potes: abſtinere parumper nõ potes? Quid facilius queſo uentri
cibi tenuitate noctem tolerare/an ciboꝝ copia oneratũ iacere. Imo potius huc il-
luc ob cenę grauitatẽ uerti ac torqueri? Niſi forte dicas gubernatores nauem cõ-
meatibus ualde oneratam melius ſeruare q̃ leuem atq; uacuam. Nam & multitu
dine plenam ac grauem paruus undę impulſus impellit: atq; deprimit: Ea uero
que mediocrem retinet ponderum ſarcinam facile fluctibus ſupererit: qum nil
eam impediat: qn in ſublimi uerſetur. Sic & hominum corporibus ſaturitate gra
uatis ſolet euenire. Facile namq; inundatio/depreſſioq; egritudinibus gignitur.
Firmiorem uero/ac uegetiorem habitum leuis reddit cibus & expectatũ ex mor
bo incõmodum ſicuti tempeſtatem inſurgentem effugit & preſentem. Iamiãq;
intentantem aſperitatem/ueluti turbinis cuiuſdam impulſum abſe reicit. An qe
ſcere laborioſius putas q̃ currere: & agitari q̃ ſtare: in tranqlloq; manere. Si eni in
uictu parco debiles magis deficere dicis q̃ in delitiis & ciboꝝ copia omnino er-
ras uirtus enim animalia gubernans breuem ac tenuem uictũ facile qdem dige-
rit/magiſq; nutrimentum preſtat: Multitudinẽ uero uarietatemq; ciboꝝ ſuſcipi
ens. Deinde ad concottionẽ deducere nõ ualens uaria morboꝝ genera creat. Sed
ad hiſtoriã de ieiunii uetuſtate reuertamur. Sancti oẽs ueluti hereditatem quãdã

ex patribus accipientes hoc ita ſeruauerunt ut pater filio per manus ad hũc uſq̧ diem traderet: Non igitur in paradiſo terreſtri uinum/non animalium ſacrificia non carnium uſus poſt diluuium & uinum repertum/& omnes inuentę delitię Victus ille parcus olera herbęq̧ abierunt: ſublata frugalitas luxuria ſucceſſit: Exẽplum namq̧ ſobrietatis Noe habemus. Ignorans namq̧ ille uini uſum: nec in ui- ta peccauit. Nec in hominum conuerſatione delitiis contaminatus / aut ipſe ſua culpa per negligentiam / aut inconſideratiam in uitium cecidit. Vbi uero uineam plantauit & ex eius potauit fructu in ebrietatem incidit. Non quod uinum pota uerit ſed quod plus ęquo potauerit. Sic itaq̧ uini uſus poſt paradiſum inuentus Ex quo ſane apparet. Ieiunii & abſtinentię decus antiquiſſimũ eſſe: Nam & Mo ſem per Ieiunium nouimus in montem aſcendiſſe. Neq̧ enim aliter auſus eſſet uerticem fumum emittentem adire/atq̧ in caligine uerſari niſi ieiunio munitus Per ieiuniũ mandata dei digito in tabulis conſcripta ſuſcepit. Item ſupra mon tem. Ieiunium legiſlatę conciliator erat. Inferius uero gula ad Idolatriam popu lum deduxit ac contaminauit: Sedit inquit populus mãducare & bibere & ſurre xit ludere: Quadraginta dierum laborem ac perſeuerantiam dei ſeruo continuo ieiunante/ac orante. Vna tantum populi ebrietas caſſam/irritãq̧ reddidit. Quas enim tabulas dei digito conſcriptas ieiunium accepit: has ebrietas contudit: Pro pheta ſanctiſſimo indignum exiſtimante uinolẽtum populum ex deo legem ac- cipere oportere. Vno enim temporis momento ob gulam populus ille per maxi ma prodigia dei cultum edocta in Aegyptiacam Idolatriam turpiſſime ruit. Ex quo ſi utrunq̧ ſimul conferas uidere licet/quomodo Ieiunium ad deum ducit: delitię uero ſalutem produnt. Quid enim Eſau inquinauit ſeruumq̧ fratris red didit. Nonne cibus unus per quem primogenita uendidit. Samuel uero nonne per Ieiunium matris eſt genitus? Quid etiam fortiſſimum hominũ Sampſonẽ & in domitum reddidit nonne Ieiunium per quod in matris uentre conceptus eſt Ieiunium illum ferocem/magnũq̧ fecit quod ſane angelus matri p̃cepit mo- nens. Quęcunq̧ ex uite procederet ne attingeret: non uinum non ſiceram bibe- ret. Ieiunium prophetas genuit: Potentes confirmat: atq̧ roborat Ieiuniũ legiſla tores ſapientia refertos facit. Animę optima cuſtodia corporis habitatio ſecura: Fortibus uiris munimentum & arma: Athletis & certantibus exercitatio. Hoc p̃ terea tentationem expellit: Pietatis unctio: lauacri familiaritas: pudicitię rector. In bellis fortitudo. In pace quietem docet: Nazareum ſanctificat. Sacerdotem cõſe- crat. Neq̧ enim fas ſine ieiunio ſacerdotum attingere non ſolum in myſtica nũc & uera dei adoratione ſed in figurata ex lege introducta: Ipſum namq̧ ieiunium Heliam magnę uiſionis ſpectatorem reddidit. Quadraginta nãq̧ dierũ ieiunio

Noe. Moſes. Eſau. Samuel. Sampſon. Helias.

animam purgans in ſpelunca meruit q̃tum fas eſt homini deum uidere Ieiunãs quoq; uiduę filium incolumem reddidit/ac fortis potenſq; contra mortem appa ruit: Ex eius item ore ieiunio uox exiens cœlum populo peccanti. Tribus Annis & ſex menſibus clauſit ut eorum cor durum duramq; ceruicem molliret: Elegitq; ſeipſum & labores hos ſimul patiendo cõdemnare: Quãobrem inquit uiuit do minus. Si erit aqua ſuper terram niſi per os meũ: pcepitq; omni populo. Ieiuniũ ut p cibi abſtinentiam & uictum frugalem uitiũ corrigeretur: Heliſeo aũt qualis

Heliſeus.

uita? Quomodo apud Sunamitem hoſpitio exceptus eſt. Quomodo item & ip ſe prophetas excepit? nõne agreſtibus oleribus & modica farinaria ſumma & ut breuiter dicam Ieiuniũ ſanctos omnis deo proximos conciliatoſq; reddi diſſe in ueniés: Eſt enim natura corporis cuiuſdam quod Amiantum uocant indomita igni inquo poſitum ardere quidem & in carbonẽ uerti uidetur extinctum uero more aquę ſplendens purius longe/atq; prius erat: fulgentiuſq; fit: Talia erãt triũ

Amiani na tura.

puerorum corpora illoꝝ apud Babylonẽ ex Ieiunio uiſa: In magna namq; cami ni flama uelut aurei natura exiſtentes ita meliores ex ignis pernitie appatuerunt. Imo longe auro potentiores uiſi ſunt. Non enim abſumpſit eos ignis ſed conſer uauit incolumes ac ſi nullum flãmę nutrimentum fuiſſet quam & bitumẽ & pix & ſarmenta cubitoꝝ. xlix. circumpoſita excitare uehementius debuerant. Nec de fuit quin multos circa chaldęos adſtãtes abſumeret. Talem igitur pyram pueri ingredientes uelut aerem leuiſſimum roſcidumq; calcantes in tam uaſto igni re ſpirabant/nec unum ex capillis quidem amiſerunt tãtum eis preſtitit in Ieiuniis

Tres pueri.

educatos eſſe: Daniel autem uir deſiderioꝝ panem: Tribus hebdomadis mini me comedens nec aquam bibens uſq; leones ieiunare docuit lacũ ingrediens ue lut enim ex lapide aut ferro uel alia duriore materia factus eſſet: dentes in eũ mi nime figere potuerunt: Tam indomitũ enim ieiuniũ reddidit ut & flãmam ignis extingueret & leonum ora obturaret: Ieiuniũ inſup orationem in cœlum defert uelut alia quedam ei cõiuncta & adſuperiora tendens: Ieiunium domoꝝ augu mentum. ſanitatis mater: Iuuentutis pędagogus: ornamentum ſenioribus: Iter fa cientibus optimum uiaticum: ſimul habitantibus ſecurus contubernalis. In ma trimonio inſidias non metuit. Vir uxorem uidens ieiunãtem. Vxor item uirum ipem facientem animaduertens Zelotypa nunq̃ erit. Quis ob ieiuniũ propriã diminuit domũ? Fac periculum Numera hodie que ſunt intus: numera deinceps Nihil uidebis ob abſtinentiam diminutum: nihil animalium mortem timebit: nihil ſanguinis ſpargetur. Vacat cocorum gladius Menſa paucis ac facilibus pa rata cibis ſatis erit: Sabati lex datur iudęis. Vt iumentum inquit tuum: utq; puer tuus quieſcas. Ieiuniũ requies laboꝝ dat: quos ſerui/aliiq; opatii ãno cõtinuo to

Daniel.

lerant. Parce tunc coco. Da libertatem menſas preparare ſolitoꝛ: ſine uacare pincer neq; manum. Deſinat aliquantulum tot ciborum ſecundarumq; menſarum uarietatis ſtruens. Sit rei domeſtice quandoq; interuallum. Tot rerum preparādarum tumultus: culine fumus excitati. Tot ultro: citroq; properantium miniſtrorum taceant concurſus: hoc eſt uentri domino ſolitum negetur uectigal. Nam & interdum domini ſubditis remiſſionem aliquam concedere ſolent. Hanc item remiſſionem uenter concedat. Quinque ſaltem dierum indutias & uacationem tribuat. At improbus & inſatiabilis continuo petens & nunq̃ accepti gratiam habens Accipit hodie: cras oblitus erit. Quando enim expletus eſt tunc philoſophatur. Quando appetere incipit nihil preceptorum & ſapientię reminiſcitur: Ieiunium fœneratoris naturam nō nouit. Ieiunantis menſa fœnus non ſapit. Ieiunantis filium orphanum ęs alienū ueluti ſerpens qdam deuorans minime attingit. Deniq; ieiunium lętitię quędam occaſio: ſicut eni ſitis dulcem ſubminiſtrat potum: ac fames dulcem omnino preparat menſam. Sic ciboꝝ deguſtationem ieiuniū ſuauiſſimum reddit. Interpoſitum nāq; & animę uegetātis cōtinuitatem abſcindēs deſiderabilē: ſuauemq; longe ciboꝝ repetitiōem ut peregrinā ac reſtitutā reddet. Ex quo ſi uolueris iucundā tibi menſam preparare ſume ex ieiunio mutationem atq; interuallū. Tu uero ob copiā ſupuacuam adfluenteſq; nimiū delitias uetas gulę delitias ac uoluptatem amiſiſti: dum nimiū abundas: abundantię fructū perdis. Nihil. n. tā deſiderabilē q̃ uoluptas interpoſita ac minime continuata. Nam ea quoꝝ rarus uſus longe melius dulciuſq; ſapiūt. Sic & ille q nos creauit p uitę mutatiōem coꝝ que dedit: gr̃am nobis pſtantiorem tribuit: Nōne uides ſolem poſt noctē clariorē appere & excitatio poſt ſonnū dulcior & ſanitas poſt morbū defunctū longe carior. Mēſa deniq; poſt ieiuniū optatior. Non ęqua ex dn̄o gr̃a diuitibus: lauteq; uictitātibus: atq; illis q tenui & ſine arte mēſa utunẽ. Time diuitis illius euāgelici exēplū. Illū nāq; uitę delitię ignī tradiderūt. Nō eni ob iniuſtitiā ſed ob mollē uictū ardētis camini flāmis ppetuo obruiẽ. Hūc itaq; nos ignē aquę uſu extinguamus. Nec tm̄ ad futura cōſequēda ieiunium facit ſed ad corpis ſolubritatē: Nā optima habitudo ad ſummū ex mollibus rebus deducta faciliorē habet ad morbos occaſionē qum ppinguis natura carnis pōdus nō diu ferat. Nec demū in morbū ſi forte īciderit/ meliori ac antea uictu curari poterit. Vide miſer ne aquā nūc faſtidiēs poſt hāc uitā aq̃ guttā: ut diues ille deſideres: Nullus. n. ex aqua factus eſt ebrius: nullus unq̃ caput ex aqua tētatum. Nullus aquā potans alienis pedibus eſt uſus: neu pedes eius ullius unq̃ ope indiguerūt: Nullius ēt manus aqua irrigatę auxiliū expectauere. Supfluum. n. cōcottioni aduerſum (qđ in delicatis cibis plerūq; euenit) morbos uarios corpibus generat:

No. pulchras ſimilitudines ad ieiunii oblectationem.

De aquę potationis utilitatis.

At ieiunantes color uenerãdus nõ impudẽti rubore florẽs ſed honeſto honorabiliq; pallore ornatus. Oculus preterea mitis ac pius: inceſſus grauis: os uenuſtum ac prudẽtiam pre ſe ferens minime riſu imodeſto/aut cachinno utens. Sermonis patcitas: cordis puritas. Reminiſcere parump ſanctorum q a ſeculis p̃teritis fuere quibus dignus nõ erat mũdus q in me lotis & pellibus caprinis adflicti errauerunt. Illorum imitare ueſtigia ſi & illorum premia cupis. Quid queſo Lazarum in Habrami ſinu collocauit niſi Ieiuniũ? Ioãnis aũt uita unũ erat ieiuniũ q nec lectũ habuit: nec mẽſam nõ terrã aratro aptã nõ bouẽ aratorẽ nõ frumẽtum nõ artecopum. Nõ deniq; qcquid aliud in uita neceſſariũ: quãobrem nullus eo maior iter natos mulierũ dñi teſtimonio ſurrexit. Paulũ quoq; inter alia multa ieiuniũ quod ipſe ſupra ſuas tribulatiões cõmemorat in tertiũ cœlum euexit. In ſumma dñs Ieſus q carnẽ humanã nr̃i cã adſumpſit: p ieiuniũ diaboli inſidias conatuſq; euaſit: pfecto uos inſtruere uolẽs ut ieiuniis & exercitatiõibus & paleſtris: noſmet ad certamina cũ inimicis paratos reddamus & ut aduerſario p abſtinentiã: auſam oẽm ad eructiõem contra nos eripiamus. Qum alioqn ob diuinitatis ſublimitatẽ tentari nequaq̃ poſſit ut homo uoluit/ac in abſtinẽtia ſuſtinuit. Poſt aũt reſurrectionem aſcẽdens in cœlum cibo eſt uſus ut uerã corpis raminiſcentis naturã credituris oſtenderet: Tu uero ſi gulę uacans corpus ſaginabis: mentem proculdubio tenuabis ac ob diuinorum p̃ceptorum ſalutem debilem mancamq; reddes/nullam eorum rõnem habendo. An ignotas ut quemadmodum in pugna alterius auxiliũ alteri uictoriã parit. Sic caro carni p ſaginã addita ſpiritũ expugnat. Spiritũ uero qui uiuerit: carnẽ in ſeruitutẽ redigit. Hec namq; inter ſe oppoſita ſunt. Si eni mentẽ robuſtã ac ualentẽ tibi eſſe uoluens carnem p ieiuniũ ſubiugabis. Hoc eſt quod apoſtolus ait. Quanto eni exterior homo noſter corrũpitur: tanto interior renouatur de die in diẽ & rurſus. Quando infirmor tũc fortior ſum. Si.n. epulas mortales nõ deſpexeris nequaq̃ illius menſę cœleſtis cibos deguſtabis: quam p̃ſentis uitę ſobrietas ac ieiuniũ pręparabit. An ignoras quẽadmodum p ſaturitatem & cibos immodicos uermes tibi pinguioris preparas. Quis eni in delitiis & lautitię ſpiritalis gratię cõmunionem ullam excepit? Moſes iterum legem accipiẽs: iterum ieiunia pſecutus eſt. Niniuitę niſi uſq; animalia ieiunaſſent euerſionis & ruinę minas nequaquam euaſiſſent. In deſerto autem quorum membra ſunt poſteriora tentata? nonne illorum qui carnes appetiuere. Illi enim donec manna tantum & aqua contenti fuere. Aegyptios uicere: mare pedibus tranſiere. In eorum tribubus nullus eger/ac debilis fuit. Poſtquam uero carnium ollas quibus in ęgypto nutriebantur deſiderare ceperunt terram promiſſionis minime uiderunt. Nõne igitur exemplum formidas? non orres carnis uſum ne te a ſpe cœleſtis regni ex-

cludat: Sed nequaq̃ ſapiens. Daniel uiſiones uidiſſet niſi ieiunio ſplendidiorem pſpicacioreꝗ aiam reddidiſſet. Ex cibi nāꝗ ſuperfluitate ueluti uapores ardētes more condenſę nebulę cōſcendentes innaſcētem ſancti ſpiritus ſplēdorem omnino euertunt: Si.n.angeloꝝ cibus eſt aliqs: panis eſt ut ait pphēta: Panē angeloꝝ māducauit homo/nō carnes nō uinū nō deniꝗ quecūꝗ his q uētri ſtudēt: curari ſolēt ieiuniū cōtra dęmonū exercitū ſunt arma hoc.n.genus a lymphaticis nequaq̃ niſi p oratiōem & ieiuniū diſcedit: Talia igit̃ ex ieiunio bona ſaturitas aūt neqtię probriꝗ initiū/nō ſtatim delitias ebrietatēꝗ ac omnimoda gulę cōdimēta: p intempantiā incurrit. Hinc eq mulieroſi hoies ob œſtrum furorēꝗ in aīa facti. Quod atrocius dicā: ab ipſis uinolentis natura ſexus puertitur: atꝗ cōmutat̃ ut in mare feminā & in femina marē querāt ieiuniū uero uel in mr̃imonio modeſtia utit̃ & cōtinētia/ac ab ipſis longe cōceſſis abſtinet & de cōmunis ſentētia conſilii qñꝗ ad tempus uacat ut orationi dent opam. Ne tu puta ſolū in ciboꝝ abſtinētia Ieiunii bonū eſſe. Veꝝ nāꝗ ieiuniū maloꝝ eſt euitatio. Qum ieiunas ſolue oēm pietatis colligatiōem ne pximo triſtitiam inferas ęs alienū illi remitte nō fora liteſꝗ p ieiuniū exerceas. Nā & ſi carnes nō edis: fratrē nihilominus edis ueſpam ad cibum expectas & totū nihilominus diē in foro & iudicio cōſumis. Veh uobis ebrii nō uino tm̄ ira indignatio/animę quędā ebrietas eſt. Excordē ac ſtolidā eā ueluti uinū reddēs: Eſt itē triſtitia ebrietas qñ ad ea que nō decet impellit. A timore inqt inimici eripe aīam meā. Deniꝗ adfectus ois ſeu pturbatio quę mētem uexat ac de ſtatu dimouet rationis: iure poterit ebrietas appellari. Cogita parump iratū uidebis ob animi pturbatiōem ebrietate quadā captū nec ſui dn̄m aut impioſum eſſe: ſeſe ignorat: & pſentes: quēadmodum in pugna nocturna attingit oīa atꝗ offendit: incōpoſita loqtur. Iurgatur cedit minat̃ iurat clamat uociferat̃ rumpitur. Ex quo omnibus modis fugienda ebrietas. Nec preterea tu aquā potaturus a uino imodico incipias neu faciem ſuccedentem uitioſa ſaturitate pręuenias ut ebrietatis cauſa occaſione ieiuniū exiſtat. Non enī eſt per ebrietatem ad ieiunium ingreſſus: neꝗ item per auaritiam ad iuſtitiam: neꝗ per luxū ad modeſtiam ac pudicitiam / non deniꝗ per uitium ad uirtutem aditus. Alia porta ingrediendum. Ebrietas ad luxuriam deducit/parſimonia fragilitaſꝗ ad ieiunium. Certaturus ante ſeſe exercet. Ieiunium cepturus ante ſe ad cōtinentiam preparat. Non enim legis auctorem decipiendo. Quinque dierum abſtinentiam per luxum compenſaturus: totidem dierum crapulam ſibi antea ſumet. Fruſtra namꝗ laboras & corpus conteris: in dolium fractum aquas auris: Vinum perfluit uiam propriam percurrens: peccatum uero remanet: Seruus fugit dominū uerberantem. Tu autem ſingulis diebus caput a uini tentari atꝗ cedi ſuſtines.

Vini igiť uſus optia mẽſura q̃tum ſat eſt ad corpis ſanitatẽ. Si aũt exceſſeris : cras graui capite ibis anelus lãguidus marcidus: uinũ oleus. Oĩa tibi circũagi. Oĩa moueri uidebunť. Ebrietas iſup ſõnũ iducit mortis fratrẽ Vigilantiã uero ſonni ſimilem. An neſcis quis eſt quem recepturus es? q nobis pollicetur/quod ego & pater ueniemus & manſiõem apud eũ faciemus. Cur igitur ebrietati dñę igreſſum nõ p̃cludis? cur inimicũ pmittis tuas munitiones inuadere teq; de ſtatu deicere: Ebrietas deũ nõ recipit: ſp̃m ſcm̃ expellit ut fumus apes abicit. Sic ſpiritales gratias crapula reicit. Ieiuniũ ciuitatis ornamentũ. Fori ſtabilitas/domoꝝ pax rei familiaris ſalus. Quod ſi uis eius ornamentũ inſpicere: Cõpara diem hodiernã craſtinę & hãc adſpicies ciuitatẽ ex tumultu & turbine in alta q̃etem cõmutatã. Cupio itaq; diẽ hodiernã craſtinę ueneratione ſimilẽ eſſe. Et diẽ craſtinã hodiernę diei claritate nõ eſſe inferiorẽ. Dñs igitur Ieſus nos ad tpis terminũ deducẽs det nobis certantibus cõtra mundi huius principes firmiſſimũ ac ualidũ fortitudinis robur oſtendendo diẽ coronę intrepidos p̃uenire. Vt & nũc ſalutaris laboꝝ tolerantię & in futuro ſeculo meritoꝝ ex his que recte fecerimus p̃emiũ apud iuſtũ dei & ſeruatoris nr̃i Ieſu Chriſti iudiciũ cõſequi ualeamus. Cui gloria & imperium in ęterna ſecula. Amen.

SERMO.II.DE IEIVNIO PRIDIE DIEI CINERVM.

ADhortamini inq̃t ſacerdotes populũ: loq̃mini ad aures Hierl̃m Maximũ q̃d ẽ momẽtũ frẽs dilectiſſimi orõnis natura ad ſtudioſoꝝ aĩos p ſe p̃mptos augẽdos: pigros uero & ignauos excitãdos ſtrenuõſq; reddendos habet: Ex quo duces i aciẽ exercitũ deducturi uerbis uirtutẽ excitãtibus atq; impellẽtibus uti ſolẽt: tãtamq; huiuſcemodi monitio uim cõtinet ut mors ſepenũero penitus cõtẽnať & q in gymnaſiis atq; ludis exercenť ob coronã cõſequẽdã multis ab eoꝝ magiſtris ad laboꝝ tolerãtiã excitanť. Ex quo plures ob glorię p̃mium pſuaſi corporis picula p̃culdubio deſpexere. Nũc item mihi xp̃i milites aduerſus inuiſibiles inimicos in bellũ educturo ac pietatis athletas ad iuſtitię coronas p ieiuniũ p̃paranti neceſſarius adhortatiõis ſermo. Quid igiť fratres dicãť Hi quos ſupra narraui certaminibus ac paleſtris legitimę ſtudentes ciboꝝ copia corpora ſaginãt ad uires cõtra aduerſarios maiores faciẽdas. Nobis aũt q̃bus nõ eſt certamen aduerſus carnẽ & ſanguinẽ ſed aduerſus poteſtates/ aduerſus mũdi rectores tenebraꝝ haꝝ neceſſariũ p̃fecto fuerit p ieiuniũ & abſtinẽtiam ad certamen p̃parari. Nã q̃m oleũ athletas roboret. Ieiuniũ in dei uia ſeſe exercẽtes ad pietatis ſtudia firmat atq; incendit. Ex quo q̃tum carnis tibi ſubtraxeris: tũ ſpiri

talis habitudinis uegetatiōi addideris. Nō.n.ex corporis lacertis ac uiribus ſed ex aię robore: atq̧ cōſtantia tum in cūctis laboribus & aduerſitatibus patiētia: aduerſus inuiſibiles hoſtes uictoria: potētiaq̧ orit᷑. Eſt itaq̧ oī tpe ieiuniū utile ſeruantibus/nec dęmonū malignitas aduerſus ieiunātem audet: Et animę nrę cuſtodes angeli libētius ac ſtudioſius eos curāt q̄ p ieiuniū purgati fuerint: multoq̧ magis hoc tpe qn̄ p uniuerſum orbē ieiuniū nūtiatur. Nec inſula ulla nec terra/non ciuitas nō gens nō deniq̧ locus ullus tā deſertus ubi hoc mādatum nō fuerit auditū. Sed & exercitus & iter faciētes terra mariq̧/mercatoreſq̧ quoq̧ oēs ſimiliter audiunt libēterq̧ ſuſcipiūt: Unde nullus e ieiunātium numero ſeſe ſubtrahit in quo & generatiōes cunctę ſexus oīs ętas ordo includunt᷑. Angeli p ſingulas ſunt eccleſias eos q̄ ieiunāt catalogo militū Xp̄i deſcribētes. Vide queſo ne ob breuē ciboꝝ delectatiōem plectaris: neu te reū ac deſertorē ordinis angelo deſcribēti cōſtituas. Minus ſane piculū aliquē in acie ſcutū, pioceteraq̄ arma ieiunii maxima detrectare. Diues es? Ne ieiuniū deſpicias: ipſam cōem mēſam accipe dedignās/neue tuā domū a uoluptate poſſeſſam uilē reddas ut tu tādem apud legis auctorē des pœnas & lōge maioribus iure inflictis laboribus uel ex corpis egritudine uel aliqua alia ſupueniēte calamitate luxuriā cōpenſes. Si rurſus paup es ne & tu ieiuniū irrideas qd̄ tibi cōtubernalē domeſticūq̧ iādudū habeas. Mulieribus aūt ſicuti reſipiſcere quoddā ac reſpirare ſic ieiuniū natura ſolet eſſe. Pueri ſicuti plātę ſurgētes aqua ieiunii irrigent᷑. Senes itē laboribus leuat ieiunii antiqua familiaritas: labores eni diuturna cōſuetudine his q̄ in uitę abſtinētia ſe exercēt leuiores ſane cōtingūt. Iter faciētibus optimū quoq̧ uiaticū ieiuniū. Velut eni luxus gulę delitiis oneratos nos atq̧ impeditos eſſe cogit. Sic ieiuniū & abſtinētia leues & expeditos in itinere reddit. Deinde exercitu qdē cōſcripto neceſſaria nō ad uoluptatē militibus cibaria dant᷑. Nobis uero aduerſus inuiſibiles inimicos ad bellū exeūtibus/ac poſt uictoriā de his ad cœleſtem patriam feſtinantibus nōne multo minora ſatis erūt/ac illis in exercitu uerſantibus neceſſaria? Malā ergo ut miles patere: ac legitime certa ut coronā ſperatam referre ualeas. Illud omnino ſciens qd̄ omnis q̄ prompto cōtenderit animo cuncta facile ſupabit. Quod autem nuper cepi de militibus dicere non fas preterire. Nam illis ex laboꝝ proportiōe cibaria augeri ſolent. Spiritalibus aūt militibus his q̄ minus habent cibarioꝝ maiorem obtinēt dignitatē ut aūt hoꝝ naturas inuicē cōparemus: Materia militię mortalis: Ferrū eſt: Noſtra uero ex ſpe glorię ſalutari conſiſtit. Scutum illis ex pelle & ligno cōficit᷑/nobis uero ex fide munimētū ac thorax. Nos iuſtitia ac ſanctitate cōtegimur: illi lorica: ferreaq̧ tunica muniuntur. Nobis enſis ſpiritus eſt ad nos tuendos. Illis uero ex ferro iacula mittunt᷑. Manifeſtū itaq̧ quod cibi non eaſdē

Not. grecoꝝ ſeueritatē qui neminē a ieiunii obſeruatione excludebant.

Nõ ſummẽda prius crapulatiõne ieiunii.

utriſq₃ uires faciũt. Veꝝ nos ad pietatis dogmata parce ſumpti roborant atq₃ acu
unt. Illis aũt ſaturitas uentris ad certamen eſt neceſſaria: Quamobrem fratres di/
lectiſſimi qñ preſens tempus reuertens hos nobis aptatiſſimos dies attulit tan/
q̃ ueteres nutrices libenti animo excipiamus p quas eccleſia nos ad pietatem edu
cauit. Paratus ad ieiuniũ ne triſtitiã more Iudęoꝝ oſtentes ſed ex euangelii pre/
cepto laua faciem/unge caput minime lugens: minime dolens ſed ſpiritali poti/
us letitia exhilaratus animę tuę congaude. Noſti enim quẽadmodum caro cõcu
piſcit aduerſus ſpiritũ & ſpiritus aduerſus carnẽ. Si hec igitur inter ſe opponunt
arma: carnis adfectus oĩs ſubtrahamus: robur atq₃ uires animę addamus ut p ieiu
niũ de corporis uoluptatibus triumphantes Ieiunii coronis redimin poſſimus:
te inq̃ ieiunii decore atq₃ meritis prępara. Ne hodierna ebrietas craſtinam tibi eri
piat ac deſtruat abſtinẽtiam. Vana qdem & improba huiuſcemodi cogitatio qm̃
Quinq₃ dieꝝ nobis ieiuniũ pręcipitur hodierno die a crapula incipiamus: uino/
q₃ imodico noſmet obruamus. Nullus enim uxorem pudicã legitime ducturus
amicę ſeu pellaci ſe ante cõmiſcebit. Non .n. legitima ſanctaq₃ ſimul cũ abominã
dis cohabitari ſuſtinebũt/nec item tu ad expectati ieiunii compenſatiõem indul/
gere uelis ebrietati: quam dixerim publicũ uulgi ſcortũ: impudentię matrẽ: ſtul/
te ridentiũ inſaniã/ad oẽm deniq₃ probri ſpẽm facile inſtrm. Nec ꝑfecto ieiuniũ
preceſq₃ ad deũ in aĩam ebrietati ſubiectã ingrediunt. Ieiunantẽ ꝓculdubio ĩtra
ſacra munimẽta recipit deus. Crapula uero referto ut nefario & abominãdo mi/
nime ſe ꝓpinqum reddet. Si enĩ cras ueneris uinũ marcidũ redolens: quonãmo/
do in ieiuniũ tibi crapulã cõputabo. Nã qum recẽs oleas merũ in quo queſo te
loco cõſtituam inter ebrios: an ieiunantes? Crapula nãq₃ olfactu ſeſe oſtẽdit/pur
gatus aut ſtomachus ac uacuus ieiunii teſtis erit: In cõtentione ac dubio uerſaris
an ſub ebrietate ueluti mãcipiũ redigaris: Nec illud te iure dimittet qum claras
ſeruitutis habeat cõiecturas tuũ olfactũ ſicuti exua ſe quodam fetulẽto exeũtem.
Statim itaq₃ primi diei ieiuniũ inexpectatũ tibi nuit adhuc ſaturo & crapulę rel/
liquias redolenti. Quoꝝ enĩ principiũ debile & primitię inexpectatę atq₃ impro
uiſę: & reliquum uile atq₃ abiectũ ſubſeq uidet. Ex quo totũ opus reicietur. Nam
ebrii regnũ dei nõ poſſidebunt. Si ebrius ergo ad ieiuniũ ĩgrediaris: quę tibi utili
tas? ſi ppea a regno excludaris: Quid reliquum ieiunare opus: Nõne uides qđ cer
taturos equos magiſtri ac domitores p abſtinẽtiã prius curãt: facileſq₃ reddũt. Tu
uero de iduſtria teipm̃ ſaturitate uaſtas atq₃ deprimis. Tm̃ bruta gulę uitio ſupas
Vẽter .n. grauis nõ ſolũ cur ſui ſed nec ſermo qdem captando ſatis eſt aptus qm̃
põdere peſſundatus nõ admodũ qeſcẽdi poteſtatem tribuit ſed huc illuc crebras
facere reuolutiones cogit. Quãobrem ieiuniũ pueros cuſtodit: grauẽ ac ſapiẽtem

iuuenem reddit:ſenem ornat. Canities namq; ieiunio decorata longe uenerabi/lior. Mulieribus ornamentum aptiſſimum:uegetorum ualentiumq; frenum:cō/iugii cuſtos:uirginitatis nutritor. Talis enim per ſingulos domos abſtinentię di/ligentia totam publice uitam quodam modo gubernat. Omnem etiam ciuitatē ac populum ad bonum traducit ſtatum Rixas ac ſtrepitum ſopit exterminat li/tes:contumelias comprimit. Quemadmodum enim magiſtri alicuius preſentia tumultum ſedat ſic ieiunium ciuitatis turbationem frenat. Quis laſciuus aut per ditus ex ieiunio prodit? Quis chorus inhoneſtus conſiſtit? Molles riſus laſciui cantus:inſanę ſaltationes ex ſtulta & impudenti exeunt ciuitate. Vnde ueluti iu/dex quidam ſeuerus ieiunium fugatur. Si enim omnes illud in rebus agendis cō ſiliarium caperent proculdubio nihil progiberet:quin pax tranquilla per orbem foret. Nec gens aduerſus gentem inſurgeret neq; item tot exercitus deſcriberent aut tot arma inimica exercerentur: Non fora feruerent. Non in carcerem homi/nes ducerentur. Non deniq; ſyluę atq; ſaltus graſſatores haberent. Non paſtores fures non mare piratas formidarent. Si omnes ieiunii diſcipuli eſſemus nō uox illa tributum precipientis ſecundum Iob ſententiam eſſet audita. Non uita no/ſtra tātis onerata malis:tot doloribus referta eſſet. Si ieiunium uitę noſtre domi/naretur: Nō dubium quin omnes nō ſolum ciboꝝ ſed etiam auaritię & cupidi/tatis & omnis uitii abſtinentiam complecteremur. Quibus expulſis reliqum eſt ut pax animarum quieſq; alta ſequatur. At qui ieiunium reiciunt luxumq; ac ui tę felicitatem proſecūtur: preterq; quod omnem malorum ſupradictam cateruā introducere uidentur:propria corpora conſumpſere: Obſerua parumper queſo uultus eorumq; differentiam qui tibi hodie ueſperi qui ue cras apparebunt. Ho/die nāq; tumētes rubēteſq; ex ualitudine potius q̄ natura/ac tenui ſudore madē/tes erūt oculi humore referti:pcaces:ſenſus acuitate ob nebulas intrinſecus exci/dentes. Cras uero ora firmiſſima:ueneräda naturalē colorē prę ſe ferentia:ſenſus alacritatiſq; plena. Nulla ſane intus cauſa naturales effectus p cibi ſupfluitatē im pedientē. Ieiuniū inquā angeloꝝ imago iuſtoꝝ cōtubernalis. Hoc & Moſem le/giſlatorem conſtituit ieiunii fructus Samuel fuit. Ieiunans orauit. Anna mater deum. Adonay domine Eloy Sabaoth. Si uidens reſpexeris ſuper ſeruam tuam & mihi ſemen uirile dederis dabo ipm coram te munus Vinum & ſiceram non bibet uſq; in diem mortis eius. Hoc item & magnum Sampſonē nutriit: quod dum ille ſeruauit millia in bello cecidit:portas ciuitatis ſubmouit/uim leonum robore lacertorum ſuperauit: Quando uero & uini & ſcorti illecebris eſt cap/tus in hoſtium facile poteſtatem peruenit:deinde oculis priuatus pueris alienis ludibrium eſt factus. Ieiunans Helias tribus Annis & ſex menſibus coelum

preclusit: postquam eum uidit multam ex saturitate nequitiam putrientem neceſſarium populo ac minime uoluntarium ieiunium intulit per quod eorum peccata preter modum gliſcētia compreſſit ieiunio ſcilicet ut cauterio & gladio quodam uſus finem ſceleri ac malis impoſuit. Quamobrem omnis ordo ipſum complectimini. Pauperes ut ueſtrū cōtubernalem & conuiuam: Serui ut continui laboris ueſtri ac miniſterii requiem: Diuites ut ſaturitatis aſſiduę ac remedium futuri morbi ſalutare. Vtque dulce interuallum continuę uoluptatis ob frequētiam faſtidientis. Egri ut ſanitatis matrem. Valentes ut ueſtrę cuſtodiam ualitudinis. Percuntare medicos qui tibi referent quēadmodum hec ad ualitudinem uia eſt omnium tutiſſima. Quamobrem empnetici & medicorum peritiſſimi corporis ſuperfluitatem per ieiunium tollere contendunt/ne per carnis grauitatem uires debilitentur: De induſtria namque per abſtinentiam & frugalitatem: carnis exceſſum/ac pondus caſtigantes/renouatione quadam ualitudinis & augumenti in nutrimenti moderati uegetationem pręparant: Sic omni ſtudio & omni corporis habitudini. Omnibus ſimiliter & domibus & foris & ciuitatibus & locis deſertis ex Ieiunio prouenit utilitas: Hec igitur tanta ex eo beneficia bonaque conſpicientes fratres dilectiſſimi lętis animis excipiamus. Non quemadmodum hypocritę triſtes ſed ex domini precepto hilaritatem ſine ſimulatiōe oſtendentes. Nec magis quicquam timete ac animaduertite q̄ nequis hodie ueſtrum ob futuram abſtinentiam in ebrietatem incidat. Ieiunium namque multi partim cōſuetudine inueterata: partim etiam uerecundia quadam obſeruant atque ſuſcipiunt: Ebrietatem metuo quam ueluti quandam hereditatem paternam uini amatores cuſtodiunt: Quēadmodum enim hi qui ſe ad longas accingunt peregrinationes: ſic ſtulti hodie nonnulli ad horum dierum abſtinentiam longa uini potatione pręparant. Quis ita excors ut priuſquam eſurire incipiat: uinum ac ebrietatis inſanum appetat? Nonne uides quod uenter depoſitum minime ſeruat. Venter ſotius infidiſſimus promptarium incuſtoditum ex multis que ei traduntur illa que nocent facile continet/accepta minime curat. Vide ne cras ab ebrietate uenienti ea que nunc leguntur iure ſint dicta. Nō hoc ieiunium quod elegi ait dominus. Quid commiſces minime miſcenda? que participatio ieiunii ad ebrietatem? Que communicatio luxus ad abſtinentiam? quod templo Dei cum ydolis comertium? Dei namque templum hi ſunt quibus Dei ſpiritus inhabitat/templum uero Idolorum illi qui per ebrietatem intemperantię probrum ſuſcipiunt. Hodierna inquam dies ueſtibulum & primum ad ieiunium ingreſſus eſt. In atrium enim primum domus qui contaminatus ingreditur minime dignus ad ſancta tranſire. Nullus enim ſeruus ſibi Dominum conciliare cupiens:

eius inimico ad impetrandam beniuolentiam utitur. Ebrietas namq; inimica dei eſt. Ieiunium uero: penitentię initium. Si uis per confeſſionem ad deũ accedere ebrietatem fuge/ne cibi duriorem longe alienationem prouoces. Nõ enĩ ad pfectum laudabileq; ieiunium ſatis eſt ciboꝝ abſtinẽtia: ſed uerum: deoq; placens ieiuniũ abſtinere a malo: linguã continere: irã temperare: parcere maledicentię: mendacio periurio. Hoꝝ itaq; moderatio uerum erit ieiuniũ Pulchrũ quidem in huiuſcemodi uerſari abſtinentia; igitur in domino delectemur & in meditatione ſermonum ſpiritus & cõmunicatione ſacroꝝ myſterioꝝ & demũ in cũctis noſtras ãĩas diligentibus inſtitutis ſolatium cõſtituamur. Ieiunium autem & famem illam que iatus eſt caueamus. De qua item propheta loquens ait: Non in famem deus animas iuſtoꝝ deducet. Item in pſalmo non uidi iuſtum derelictum/nec ſemen eius q̃rens panem. Non. n. de ſenſibili loqtur pane: qum alioquin dñs permiſerit, Patriarchę noſtri iacob filios in ęgyptum famis grã deſcẽdere uerũ de ſpiritali loquitur cibo per quem interior homo noſter pficitur nę contra nos inſurgat ieiuniũ eius generis quod iudęis propheta minatur dicens. Ecce dies uenient ait dominus & inducã in terram hanc famem/non aũt panis famẽ aut aquę ſitum ſed audiendi uerbi dei famem. Hanc itaq; hac de cauſa iuſtus induxit: q̃ndemq̃n eorum mentem in fame ueritatis ac ſanctorum pceptorum uerſari itantũq; ciborum eos uoluptati uacare: ac exteriorem hominem eſcis mortalibus ſaginare cõnſpiciebat. Quamobrem fratres dilectiſſimi hos ſacratiſſimi ieiunii dies quibus nos ſanctus ſpiritus matutinis ac ueſpertinis gaudiis paſcet hilariter ſuſcipite: Nullus ſponte ac uolens conuiuiũ hoc ſpiritale deſerat. Omnes crateris ſponſi participes ſimus quem ſapientia fundens nobis ex ęquo propinauit: quatenus quilibet ad eum auriẽdum idoneus eſſe poteſt: eius craterem profecto protulit/ac hoſtias iugulauit: hoc eſt. perfectorum ſolidum cibum: eorum qui exercitatos habent ſenſus ad diſcretiõem boni ac mali ut ait apoſtolus: Quo ſane cibo qui ſunt legitime imbuti ac ſaturi digni ſponſi lętitia ſunt inuenti In Chriſto Ieſu domino noſtro. Amen.

IN EBRIETATEM ET LVXVM QVIBVS DIE PASCE POPVLVM ADFECTVM VIDIT.

MOuent me quidem fratres ad hunc ſermonem ueſpertina ſpectacula illud quoq; meũ retardat aĩum: meãq; in dicendo alacritatẽ ebetat atq; abrũpit qd' ex his q̃ apud uos tẽtaui nullũ peruenĩẽtem cõſpiciã fructũ Nã agricola ſeminũ primo iactoꝝ germinib⁹ nullis exſurgẽtib⁹ deſpatõe q̃dam

pigritiaq; ad alias ruꝛſus ſementes faciendas capitur: Si eñi in tot admonitioni-
bus quas & ſuperiore tempore: uos adhortando non preteriuimus & deinceps ſe-
ptem hebdomadam ieiunia nocte atq; die uobis euangelium teſtem adducendo
memorare non deſtitimus nihil penitus profecimus: qua uos ſpe hodierna die
adloquemur amplius aut adhortabimur? O miſeri quot noctibus quiete uigila-
ſtis quot diebus quiete conueniſtis ſi tamen quietę. Nam qui in bonorum actio
num profectu ſemel fuerit. Deinde ad antiquam uiuendi redeat cõſuetudinem
Non ſolum eorum quos eſt paſſus laborum premium ſummet ſed lõge grauio
ribus dignus eſt pœnis: quod qum ſemel dei uerbum deguſtauerit & myſterioꝝ
notitia dignatus fuerit/breui admodum delinitus uoluptate cuncta prodiderit.
Nam paruus quidem & infirmus uenia dignus eſt: potentes uero ut dicitur ui
maiore ac mulcta longe grauiore ꝑmuntur. Veſper unus: impetus inimici unus
omnem pręteritum laborem prodidit atq; diruit. Que igitur alacritas que indu
ſtria dicendi reliqua mihi? Itaq; ſcitote me omnino taciturum fuiſſe niſi Hiere-
mię metuerem exemplum qui ad populum contumacem atq; incredulum lo-
qui minime uolens illa paſſus eſt que ipſe narrauit. Quemadmodum in uiſceri-
bus ei factus eſt ignis & undiq; circunuiuit nec ſuſtinere ualuit. Feminę laſciuę
dei timoris oblitę: ignis ęterni minas nihili pendentes. In die tali quando eas ob
noſtri Seruatoris Ieſu Chriſti memoriam: domi honeſte conſidere oportebat/ac
illius diei felicis memoriam habere per quam cœli ſunt aperti. Apparebat nam-
q; nobis iudex e cœlo dei tubę/ac mortuorum reſurrectio iuſtum iudicium ac ꝓ
meritis cuiq; laboꝝ merces. At nos hec & ſimilia cogitare docebat corda itẽ no-
ſtra a prauis cupiditatibus purgare: peccata lachrymis diluere. Voſmet in hac ſa-
cra paſchali ſolemnitate pręparatos obuiam ieſu Chriſto procedere. At pro his
omnibus mulieres Chriſti iugum a ſuis ceruicibus excutientes capita honeſtis
operta uelaminibus impudice retegentes. Deum & eius angelos deſpicientes ad
Marium adſpectus impudentes luxui tantum uacauerunt: ueſtium ſumptus an-
te oculos noſtros traxerunt. Pedibus geſtientes: ac oculo peto: riſu laſciuo ad ſal-
tationem inſanientes omnem iuuentutis intemperantiam in ſe ꝓuocauerunt. in
locis ſacris pro menibus ciuitatis choros conſtituentes ea prophanauerũt ac om
nium probrorum officinas reddidere. Aerem inſuper meretriciis cantibus: Terrã
uero pedibus laſciue ſaltando contaminauere. Theatrum pulſantes adoleſcentes
circũſiſtere prouocauere. Deniq; inuerecundę omnino ac inſanę mulierculę nul
lam inſaniam nullum probrum pętermiſere. Hec itaq; quomodo tacebo? quo
modo digne conquerar? Vinum profecto harum ſtragem animarum nobis fe-
cit. Vinũ dei donum ad infirmitatis robur ac ſuſtẽtatiõem ſapientibus cõceſſum

Nunc uero arma incontinentię intemperantibus eſt factum. Ebrietas ipſa dęmõ eſt quidam nobis ſponte prouocatus qui per uoluptatem animas euertit noſtras Ebrietas uitii mater uirtutis inimica fortem qdẽ manifeſte offendit ſapiẽtem ac iuſtũ minime nouit prudẽtiam extinguit. Sicut.n.aqua igni eſt aduerſa ſic uinũ immodicũ rõnem ſupprimit. Quãobrem uereor contra ipm̃ aliquid dicere non ut de paruo qdem aut cõtemnẽdo malo ſed ut nihil p meũ ſermonẽ ꝓfecturus aut aliqd utilitatis adlaturus. Si.n.ebrius inſanit ac tenebris obuoluit̃ uanus labor apud nõ audientẽ uerba facere. Quos igit̃ adloquemur ſi & is q admonitione indiget minime dictis auſcultat. Sobrius uero & q ſapit oĩ animi adfectu purgatus nullum ex uerbis expectat adiumentũ? Quid igit̃ faciam ſi & oratio mea ſit inutilis futura? ſilentiũ uero infructuoſum p̃teribimus ne diligentiã/at negligẽtia periculoſa. Quãobrem loquar. Omnino loquar aduerſos ebrios & apud ſepultas aures clamabimus quanq̃ ut in peſtilentia ſolet euenire hi q corpora curãt ſanos qdem & eo morbo liberos ad iumentis qbuſdam ad ſanitatẽ ſeruãdam faciẽtibus ſecuros reddũt. Illos uero q iam adſecti ſunt minime attingũt. Sic ſermo nr̃ ex parte tm̃ aliqua ꝓficere poterit cuſtodiã atq; obſeruatiõem contra prauos adfectus aĩ mõſtrando/hos uero q iam illis tenent̃ pretereundo. Qua in re dic homo miſer qd a brutis differas nõne rõnis munere/quã adeo oĩum cõditore acceperis reliquę creaturę omnis factus es dñs & impator? Hoc igitur tenẽris lumine p ebrietatẽ priuans inter beſtias & ipſe ratione carentes adnumerari poteris ſimiliſq; illis uideri. Ego eni & beſtiis longe peiores eos exiſtimauerim q ab ebrietate ſupant̃/qum ille coeundi ſtatutas habeant leges & horas. At hi q plus ęquo ſe uino ingurgitauerint corpuſq; ſupuacuo calore cõcitauerint in cõmiſcẽdo nullum fas iuſq; habẽt nequiſſimis cõplexibus & amoribus inter ſe utuntur Nec ſolũ eo peiores brutis quod mẽte inſaniãt ebrii ſed etiã quod ſenſibus lõge infra illa deficere uideant̃. Quod queſo aĩal ita uiſu auditu ue atq; ebrius homo debilitat̃? Nonne familiariſſimos interdũ ignorant? Sepe alienis ut domeſticis cõgrediunt̃/cum umbris quoq; luctantur. Eaſq; ueluti foſſas ac ualles ſaltu ptrãſeunt. Aures terrifico ſonitu more fluctuantis maris refertas habẽt. Terra iterdũ inſurgere/ac in rectũ tendere/montes uero circũmoueri uident̃: Quãdoq; ab re & pręter modũ rident nũc uero ſine cõſolationis remedio plorant nunc item audaces & temerarii mox timidiſſimi & molles. His etiã ſonni graues & deprimẽtes mortiq; uicini Vigilię ſonnis ipſis pigriores ac torpentiores contingunt. Exercitibus impanẽt gentibus dominantur: Ciuitates regunt: pecuniã diſtribuunt. Talib⁹ uinũ phãtaſmatis taliq; deceptõe feruẽs ipoꝝ corda poſſidet. In aliis uero alios ſepeq; cõtrarios exereẽt actus. Nõnullos uideas triſtes atq; dolẽtes ſpeq; or

decidentes/ſemp querulos ac lachrymis refertos. Merum in differentibus corpo
rum habitibus differētes animę ptubatiões exercet. Eos eni qbus ſanguis copio
ſus ad ora uſq; pfunditur lętos & hilares animo reddit. In eis uero q graui habi
tudine frigidoq; circū precordia ſanguine corripiunt contrarios pducit effectus
Sed qd opus reliquam pturbationum cateruā numerare: moꝝ pueritatē: ad oia
uitia promptitudinem: celerē ac repentinā animi ad oia mutatiōem ſtrepitū mul
tū ac tumultū: facilē ad dolos deductiōem: ad oīs impetus effrenē lętitiā? Volu-
ptatis nāq; incōtinentia oīs: ex uini fonte originem uimq; habens pceps ad oēm
impuritatē atq; intempantiam ruit. Animalium oīum libidinū feditatē ſupat
quum bruta naturę leges in hoc genere noſcant atq; obſeruēt. Ebrii tñ in mare fe
minā: in femina marem q̄runt atq; optant. Non eni cuncta que ex ebrietate gra-
uia pcedunt: facile pſequi oratione fuerit. Nā incōmoda dānaq; peſtilentię: tpis
interuallo hoibus pueniunt. Cœli grauitate paulatim hoīum corpora interficiē
te. Que uero ex hoīe pueniunt ebrio ſtatim irruunt: ſic aīam pdentes ut eā cica-
tricoſam ſtigmatoq; plurimo corroſam relinquāt. Sed & ipm corporis habitum
quendam grauē/mēbrorumq; feditatē brutoꝝ more prę ſe ferūnt. Nam eos ui-
dere licet oculis liuentibus: ore indecēti robore pfuſo: ſpiritu graui: lingua balbu
tiente ac demiſſa: uoce confuſa: pedibus pueroꝝ more infirmis ac titubantibus:
excreationes frequentes uelut inanimata ſponte facientes. Miſeri pfecto ac lōge
miſeriores q̄ fluctibus agitati quos fluctus aliis alii ſuccedētes a tempeſtate obrui
non ſtatim ſinunt: Sic hoꝝ animę undis hoc eſt uino madentes ilico deprimunt
Quamobrem ueluti nauigia quando fluctibus procellę acceptis grauantur neceſ
ſario commeatus uacuatione ac proiectione leuāda ſunt: Sic ebriis rerum ſtoma-
chum grauantium uacuatio neceſſaria: ex quo & uomitione & deiectione frequē
ti uix leuari poſſunt tanto naufragis deteriores quanto illi res cauſantur extrin-
ſecus & mare. Hi uero ſponte periculum adeunt & ex ebrietate ſibi uolentes tem
peſtatem pariunt. Lymphatus & malo dęmone captus miſericordia quidem di-
gnus. Ebrius uero eadem fere & ipſe patiens minime miſericordia dignus qui
optato ſeruat dęmoni. Quin & tales remedium ebrietati non aliquid ob eam
graue non admittendo ſed minime deſiſtendo in eaq; continuando. Dies enim
admodum parua/breuis etiam nos uel hiberna potando uidetur. Deniq; huius
mali finis nullus. Ipſum namq; merum inexplebilem continuo ſitim addit nec
neceſſarium querit uſum ſed ad alium ſine excuſatione potum inuitat. quum ar-
dentes ebrios ac ſemper bibendi cupidiores reddat. Ex quo inſatiabiles omnino
facti contra his penitus que optauerunt patiuntur/ac uoluptatem quam omni
ſtudio querunt omnino amittunt. Luxus enim huiuſcemodi adſiduitate ſenſus

tabeſcunt. Nam ſicuti ſplendens aliquid uiſum perficit: ſumme autem ſplendẽs ebetat atq; uaſtat & magni ſonitus ac ſtrepitus ob exceſſum auditũ tollunt. Sic & iſti ob adſiduam atq; immodicam uoluptatem ſeſe uaſtant atq; corrumpunt: & a delectationis uia omnino auertunt. Nam ſiue meracius ſeu dilutius modo ſatis atq; frequenter bibant ipſam uini flammam intus ardentem ex potus immodicitate extinguere non ualẽt: Quibus nam propheta minatur: niſi huic hoium generi dũ ait. Veh uobis qui contrito eſtis corde. Veh lamentabilis uox. lamẽtatiõe qdem digni ſunt ebrii quod ex apoſtoli ſententia regnum dei nõ conſequãtur. Tumultus in eis dicitur & turbatio ob uini potentiam rationi & rerum cogitationibus aduerſantem. Preterea triſtitię ob amaros potãdi uoluptatis exitus. Horum namq; pedes ut uincti debilitantur. Manus ex fluctiõibus uini cauſa eo deſcendentibus continuo mouentur: quãquam ante omnia mala hec in ipſo potationis tpe ſimilia phreneticorum eis eueniũt: Qum enim cerebrum ęſtu ex uini uapore redundante uacillat dolorem intolerabilem capiti parit. Ex quo caput recte ſupra humeros conſiſtere non ualens huc illud uertebris diſſolutum iactat. Sodalitia propheta luxum compotationum & in honeſtos cõuentus uocat. Cõtritiones etiam nominat corporis ęgritudines ſignificans: in quas ebrii quoq; ob uarios morborum caſus incidere ſolent. Sed quis horum admonebit uino ſepultos qui ex crapula continuo dormitant: capite grauantur: oſcitantur: caligĩe ob oculos habent ob nauſeam faſtidiunt: Quamobrem ſapientię magiſtros inclamantes minime audiũt: Nolite inebriari uino in quo eſt luxuria & rurſus res eſt immoderata uinum: & ꝓbroſa ebrietas. Quibus ſane uerbis ipſi minime auſcultantes ebrietatis fructum minime referunt. Tumeſcit enim corpus: oculi humoribus pręgrauantur: ora ſiti ardentia fauces continuo ſiccę. Nam ſicuti ualles & bothri donec torrentibus inundantur pleni eſſe uidentur. Vnda uero deſinente ſtatim ſiccę uacuęq; remanent: Sic & uinolentoꝝ ora uino ac potatione durantibus exſaturantur ac madeſcunt: paulopoſt cõtinua ſiccitate laborant. Ex quo ad frequenter bibendum inuitãtur. Vnde humor minime naturalis emittitur. Vbi tandem remedium ubi medicina que tantis ebrietatis malis occurrat reperitur? Quis unguam madidum ſemper & innatans uino corpus faciat ut nõ exile diſſolutum & omnibus obnoxium morbis exiſtat? Hinc tremores hinc debilitates confracto ac debilitato uitali ſpiritu & excidẽtibus robore membris ac diſſolutis excitantur. Valitudo enim omni corpis inflationi tumoriq; ineſt. Naturali nãq; firmitate deficiente neceſſe corpus cõtinuo uacillet atq; moueat: Quouſq; tãdẽ uinum? quouſq; ebrietas? Periculũ miſerne ne pro homine cenum lutumq; fias Sic penitus uino deditus marceſcis ac cottidianã crapulã meri & hoc tabidi ha-

Compatis.

Eſaias de uinolentis.

ud aliter q̃ uaſa putrida redoles: Hos Eſaias luget. Veh ſurgentibus mane & ſicetam amantibus non ueſperam expectantibus. Vinum enim illos cremabit. Poſt citharam & ſaltatiões uinum bibunt. Opera namq; domini non reſpiciũt & opera manuum eius non conſiderant. Sicera enim omne quod ebrietatem inducit apud hebreos uocari ſolet. Quos igitur nunc ꝓpheta reprendit hi ſunt q luce incipiente uinũ querunt. Oenopolia Cauponaſq; circumagunt: ſodales cõueniũt ac inuicem ad potandum inuitant. Omnem deniq; curam: cetera poſt habẽtes in hoc collocant/nec ipſis partem aliquam in rerũ cœleſtium atq; operum dei conſideratione ponunt. Eorũ oculi nunq̃ ſuſpiciunt aut ad ſidera tolluntur ut pulchritudinem & oẽm in rebus creatis ꝓuidentiam ſimul & iuſtitiã meditãtes ad ſummi ac ſapientiſſimi Dei creatoris oĩum cognitionem pfectam caritatemq; peruenirent: ſed ſtatim prima luce ſympoſia meditantur & curant: tapetibus uariis & auleis ornant: famulos ad hoc exercent: In hoc oẽm curã & diligentiam oſtendunt.

Pſyeter uas ad uinum refrigerãdum.

Crateras Phialas Pſyeteras ſicut in pompa quadam & feſta die ponentes ut uaſium uarietas pulchritudoq; ueluti chorus qdam ſuſpiciatur/admiratiõiq; ſit utq; poculorũ cõmoditate ac mutatione dulcius potent. Sed & officia his obeũdis adhibent. Sympoſiarchos Archioenochoos Architriclinios & demũ ordo ac diſpoſitio in re inordinata/confuſaq; conſtituitur. Vt quẽadmodum exercitus militibus diuerſa obeuntibus officia. Sic cõuiuium magiſtratibus honeſtetur. Ex quo ebrietati ueluti reginę cuidã miniſtros diſponẽtes luxũ horũ ſtudio munerũ ornare cõtendunt: Inſup coronę adhibentur & flores & ũguẽta & odorũ mille genera: que omnia rebus perituris ac minime laudandis ſupuacaneũ pariunt negotiũ. Qum & potatione ꝓcedente eo ueniũt ut de augenda hac inſania certent & de ebrietate p ambitiõem cõtendant. Cuius auctorẽ legis diabolum habẽt. Victorię uero ꝑmium pcm̃. Nam qui plus auſerit meri. Is pręcęteris laudat̃. Is uictoriã refert. Ex quo palam eſt quod in re turpiſſima cum eorũ uerecundia gloriam querunt. Inter ſe nãq; contendunt & ut in iudicio aliquo deſenſitant. Quęnã ratio q ordo que uirtus ubi ſunt oĩa cõfuſiõe incõſideratãtiaq; referta eẽ poterit: Vbi & q uincũt & q uincunt̃ pariter ſũt temulẽti. Vbi miniſtri ridẽt: manus labãt: ora madent. Vẽter ciborũ grauitate dirumpitur. Vnde poſtremo incõmodum ut miſerum corpus naturali uigore diſſolutũ ac defluens uim ponderis immodici ferre non ualeat. Miſerum ꝓfecto chriſtianorum oculis ſpectaculum. Vir ętate florens: corpore terribilis: obeundis in exercitu laboribus aptus & demum ſarcinis oneratus domum redire idoneus. Ita poſtea a gula uinoq; uincatur ut ſibi omnino imperare nõ poſſit. Et qui terrori hoſtibus fuerat ridiculus i foro pueris uidet̃ occaſionemq; ut ab omnibus contemnatur prębet & ſine ferro uulneratur / nec

minus interficitur uir militaris & iuuenis: Crapulę mancipium fit ab inimicis quecunq; iuſſerint pati paratus: Ebrietas itaq; rationis interitus: Fortitudinis pernities ſenectus nō intellecta: mors breuis temporis. Quid queſo ſunt ebrii: q̄ gentium idola: Oculos habent & non uident: aures habent & non audiunt: Manus paralyſi adfectas habent: pedes infirmos ac facile offendentes. Quis hec machinatur? quis hoꝝ cauſa maloꝝ: quis inſanię huius pharmacum nobis ꝓpinauit homo? Tu quidem prœliū committis. In aciem iuuentute educis: facile uulneras: ętatis florem uino abſumis: uocas ad cœnam ut amicum: eius petis cadauer: aīam extinguis. Qum uini adſunt miniſtri tunc bibere incipiunt: potantq; uolucrum more ut ex fonte perenni ac ſponte fluente: accumbentibus calices pręben͂t: Procedente autem potatione prodit in medium adoleſcens nondum ebrius phialā uini refrigerati humeris ferens: quod pincernam ipſum prouocare facile poſſet. Is in medio adſtans per obliquas fiſtulas ęquam conuiuis diſtribuit ebrietatem. Nouum profecto genus hoc menſurę ubi nullus menſurę modus ut per poculorum ęqualitatem inter eos nulla ſit inuidia aut in bibendo concertatio. Adripit quiſq; ante ſe poſitum pſycterem ut ex quadam ciſterna more boum ſine reſpiratione uno hauſtu tantum bibere contendant quantum uas illud per argenteam fiſtulam ſuppeditat. Reſpice parumper in miſerum uentrem uaſis magnitudinem uini menſuram quanta ſit conſidera. Hanc tu nequaquā in uas iterum uinarium reponere ſed in uentrem totum ut dudum cibis oneratū demittere curabis. Quamobrem iure clamat propheta. Veh ſurgentibus mane & ſiceram potantibus: non expectantibus ueſperam & diem in ebrietate conſumentes ac nullum tempus ad conſiderandam dei ſapientiam & opera manuū eius dignoſcenda interponentes. Vinum uos ꝑfecto cōburet. Quod ſane dicit q̄m igneis inimici telis feruor ex uino corpori diffuſus incēditur. Rōnem igitur ac mentem uinum deprimit uoluptatis & animi ceteros adfectus malos excitat. Quis dic mihi currus equoꝝ indomitoꝝ ita ꝑceps fertur ut dn̄m excutiat ſuum quod nauigiū ita gubernatore deſtitutū ita fluctibus excogitatum & concuſſum ſi cōtingat ut nō ſit ebrio longo ſecurius. Ex talibus itaq; malis uiri ac feminę cōmunes cōſtituentes choros maloꝝ dęmoni miſeras tradentes animas ſeſe inuicem libidinū telis confodiunt atq; lacerant: Riſus inter ſe hiſtrionicos: cantus ꝓbroſos: meretricios geſtus ad libidinem inuitantes exercent: Rides dic mihi & gaudes inepta inepta ſtolidaq; lętitia: qum lachrymas fundere / ac dolere ob ea q̄ admiſiſti fas erat. Cātus ꝓfanos exerces oblitus pſalmoꝝ & hymnoꝝ quos didiciſti? Moues pedes & ut inſanus ſaltas. Choreas ducis īprudens qum genua ad dei & dn̄i nr̄i IeſuXp̄i cultū flectere oportuit. Quas ego fleā: puellas ne cōiugii exptes aū uiris

coniunctas. Hęc qdem legem preterierunt: uirginitatem amittentes. Ille uero pudicitiam uiris minime ſeruauerunt: Nam ſiquę forſan pctm̄ corpore uitauere: animo tamen admiſere: que quidem & uiris mihi ſimul dicta monitaq; ſint: Vidit ille male: uiſa eſt illa male. Sed qui mulierem ad cõcupiſcendum uiderit iam mœchatus eſt in corde ſuo. Si ergo caſus diuerſitas congrediens: aut ſe inuicem ſolum adſpiciens tantum periculum adhibit quanto maius fuerit qum de induſtria congrediuntur: qum dedita opera mulieres in ebrietate / & conuiuio omni impudico geſtu ſaltatione: cantu ad libidinem effrenes iuuenes inuitates ſpectãt ac querunt: Quid dicunt aut quid cauſantur ex his ſpectaculis ubi tot mala cõgregantur. Nonne ob uoluptatem ac excitandam concupiſcentiam ſpectare? Itaq; re inexcuſabilis laſciuię pœnas apud iuſtum Dei iudicium quandoq; dabũt. Quomodo uos o miſeri Pentecoſte ſuſcipiet qui a deo paſca contempſiſtis. Enĩ uero Pentecoſte ſancti ſpiritus aduẽtum efficacem: omnibuſq; notũ habet. Tu uero te ipſum contrarii ſpiritus habitaculum reddidiſti: Ex quo non templum dei ob inhabitãtem ſpiritum ſanctum: ſed idolorum factus es. Quamobrẽ uerã facis prophetę execrationem ex dei perſona dicentis. Conuertam feſta eoꝝ in luctum. Sed quomodo dicite mihi ſerui impare poteſtis qum & ipſi cupiditatibus ueſtris tanq̃ mancipia ſeruiatis: Quomodo filios monetis ueſtros animas proprias incaſtigatas retinẽtes ac procul ab omni diſciplina uiuentes? Quid igr̃ Vos in his relinquã? Sed uereor ne ſi remedium his malis pretereã alius forte puicacior fiat. Alius uero ob triſtitiam illatã deſperet. Quáobrem Magnis huiuſcemodi peccatis medicina ꝓmpta eſt. Ieiuniũ ebrietatem curet Pſalmus turpes cantus: lachryma riſum. Pro ſaltatione genu deo flectatur ꝑ tripudio & cithara pectus pulſetur. Pro ueſtium ſumptu atq; ornatu humilitas. In omnibus uero Elemoſyna peccata diluat: Redemptio animę uiri diuitię proprię. In cõmunionem ſocietatemq; orandi dei plures admittite huiuſcemodi delinquentes: ſi quo modo ad penitentiã reuocari poſſent. Quando. n. ſedit populus mãducare & bibere tanq̃ Idolatra. Tunc leuitę contra fratres ſeſe armantes ex eis. xxiii. millia cciderũt: ſic enim manus ſuas inqt hiſtoria cõſacrarunt. Et uobis nunc deũ timẽtibus dico q probra hec ſceleraq; minime ꝓbatis. Illud monemus ut ſi quos penitentes hoꝝ que admiſerũt uideatis eoꝝ uos miſeratio ut ꝓprioꝝ mẽbrorum adfectoꝝ capiat. Si uero a uitiis minime diſcedentes ac ueſtra ſup his monita uẽ ſtrũq; dolorẽ adſpernãtes aĩaduertitis. Ex eoꝝ medio diſcedite / nihil cũ eis cõſcẽtes: Vt ne & ipſi uos reddãt cõtaminatos: Sic. n. melius ꝓprii ſceleris ſe ſpretos ac relictos uidendo admonebunt. Vos uero ꝑ iuſtitia officioq; premium zelo phinees debitum proculdubio conſequemini apud iuſtum Iudicem deum & patrẽ

Domini nostri Ieſu Chriſti Cui gloria & imperium in ęterna ſecula. Amen.

DE INVIDIA.

BOnus eſt deus & bonoꝝ his qui digni ſunt prębitor. Improbus diabo/
lus & improbitatis oīno adminiſtrator: & ut bonū ſeqtur Innocentia/
animiqꝫ candor: ſic diabolū malignitas. Caueamus itaqꝫ fratres aman/
tiſſimi inuidię uitiū ne ſotii geſtoꝝ diaboli reddamur & eodē cū ipſo cōdēnati
iudicio repiamur. Si. n. phariſeus ille ſupbus in diaboli iudiciū incidit quō inui/
dus paratā diabolo pœnā effugiet. Nihil. n. mortaliū aīs inuidię pturbatione p/
nitioſius cōtingit: que ante oīa ipſi nocet auctori: aliis uero q̄ minimū quēadmo
dū & uenenū ferrū. Sic inuidia hos q eā poſſident abſumit atqꝫ uaſtat. Magis au
tē ſicuti uipas dicūt abrupto matris uētre naſci. Sic & iuidia cōcipiētem eā aīam
corrodere ſimul ac tabefacere apta eſt: nec mirū qum hoīem malignū & inuidū
cōtinuo dolor atqꝫ triſtitia comitent̉: Abnudat ꝓximi ager domus bonis oībus
refert̉: ex uoto deniqꝫ eueniūt: Oīa in roſa & uiola uiuēti. Cūcta hec triſtitię do/
loriſqꝫ occaſionē inuido prębēt. Ex quo nihil ab hoīe nudo q iaculis petit̉ differ
re uidet̉. Fortis eſt aliquis. Alius forma clarus: alius eloquētia: alius aī prudētia
preſtat: Alius in diuitiis liberalis facultates egētibus diſtribuit laudē ex hoībus
in his qbus benigne facit maximā refert. Hec oīa maligni feriūt aīum: Qumqꝫ
obmuteſcere nihil audeat aut poſſit: ſimulat gaudiū: ſecū tacite rūpit̉: corā hilari/
tatē ꝑfere. Morbū īterrogatus manifeſtare: ſeqꝫ inuidū ac malignū accuſare oīno
ueret̉. Nā quod fratris felicitate angat̉ aut amici gaudiū lugeat aut bonoꝝ alie/
noꝝ ſpectaculū nō libēter ferat ſed ipſoꝝ ſucceſſum ſuā eē calamitatē ducat. Hęc
ꝑfecto ipm fateri oportebat ſi ueꝝ loq uoluiſſet: Sed ex his nihil oīno retegere
uolēs morbū in Imo cordis receſſu eius ab rodētem atqꝫ abſumētē uiſcera mœ/
ſtus retinet. Igr̄ talis nec medicū mali huius neqꝫ medicinā ad id fugandū aptā
inuenire pōt quāq̄ curādoꝝ egroꝝ tot referti ſunt libri. Sed unā tm̄ mali reqem
expectat: ſi qn̄ cui inuideat ruētem forte adſpiciat. Hic finis odii miſerū ex beato
uidere infelicē ęmulū exiſtimare: tūc demū fœdus cū eo iungit: amicus efficitur:
Qn̄ lachrymantē uiderit aut ſuos querētem caſus: libentiuſqꝫ lugentem miſera/
tur & plorat q̄ gaudenti collętetur aut adplaudat: Fortunę cōmutatione ſe dole/
re oſtendit nō humanitate ſeu caritate cōmotus: uerbis cōſolat̉: facta collaudat
amiſſa bōa admirat̉ ut grauiorē ꝓximo calamitatē ex hoꝝ memoria ac deſiderio
faciat. Pueꝝ filiū poſt mortē extollit: uerbis ornat. Vt pulchꝝ uidere ſit atqꝫ diſce
re ei⁹ orōnis modū/nō tm̄ ut adſtātib⁹ eloqntia ſatiſfaciat. Nā ſi pſes ī eādē cōcur

tẽtes laudem conſpiceret rurſus ſententiam mutans mortuo inuideret . Diuitias item admiratur alienas poſt calamitatem amiſſas formã quoq; & ualitudinem poſtq̃ e morbo euaſerit extollit.Et demũ p̄ſentibus rebus ac ſaluis inimicus:pereũtibus uero amicus ac miſericors.Quid igitur hoc morbo pnitioſius? interitus uitę:peſtis naturę:aduerſa omnibus bonis ex deo uenientibus : demum ipſi deo contraria . Quid enĩ antiquum malignitate demonem ad bellum aduerſus homĩnẽ interne cinũ impulit? Nonne inuidia:p quam & deo aduerſari palam deprẽſus eſt.Dolens.n.ob p̄clara dona homini conceſſa:q̃n Deo nocere nõ ualuit ip-
Caim. ſum inſidiis petiit hoiem:Eadem & Caim uiſus eſt admittere:primus diaboli diſcipulus:inuidiam & cedem ab eo edoctus quas paulus ſimul uinxit inqens plenos inuidia cede.Quid igitur erat quod admiſit? Vidit ex deo honorem fraternũ & exarſit in inuidiam.In eum prius q̃ hũc dederat honorẽ iratus quem qum actingere neqret in cedem incidit fraternã.Quãobrem fratres dilectiſſimi. Inuidiam fugiamus pugnę in deum magiſtrã: homicidii matrem:naturę cõfuſiõem: amicitię ac familiaritatis ꝑditiõem deniq; ſine ratione calamitatẽ. Quid miſer homo angeris nihil durũ paſſus:quid cũ eo cõtendis:aut quid eũ petis in bonis exiſtentem qui de tuo nihil detrahit/aut minuit? Si enim bñficio deuinctus ob-
Saul. trectas inuides maledicis malecogitas:nonne uides te contra tuum cõmodũ contendere? Talis ꝑfecto Saul erat cui beneficiorũ magnitudo cauſa fuit ut aduerſus Dauid iſurgeret.Primum quidem eius admirabili diuinaq; muſica a manię morbo liberatus haſtam in eum intẽtauit.Deinde cum ipſius exercitus ex inimicis ſeruatus & a uerecundia ei ex Golia proueniente rurſus liberatus nihilominus in triumphis ei puellę obuiam ſaltantes proceſſerunt dantes uictorię maiorem. Dauid partem atq; dicentes Saul percuſſit mille: & Dauid Decem millia. Ob hanc ſolam uocem & ob teſtimonium ex ipſa uirtute ſubſiſtẽs primum hominem interficere & e ſede amouere tentauit.Deinde exulem cõſtituit. Neq; ſic inimicitię finem fecit.Sed ad poſtremum contra ipſum.Tribus millibus turmis per loca deſerta exercitum duxit.Nec aliud belli cauſa ſiquis roget fuiſſe apparet q̃ Dauid rerum ſucceſſus & gloria:qui tanta alioquin manſuetudine fuit : ut illum in media inſectatione & odii acerbitate qum dormientem offendiſſet:interficereq; facile poſſet incolumem dimiſerit. Seruatus ille nihilominus a uiro iuſto in eum manus inicere uerente nihilo melior ob beneficium factus eſt:Sed rurſus in eum exercitum duxit qui ab eo captus atq; iterum ſeruatus: & illius clariorem longe uirtutem oſtendit:& propriam acerbiorem eſſe perfidiam manifeſtauit. Inuidia igitur fratres dilectiſſimi genus eſt inimicitię intractabile quidem / ac admodum inſuperabile. Nam qum rerum geſtarũ felicitas & gloria

ceteros qdem uel barbaras ac feras gentes ad amicitiam ac beniuolentiam conci liare ſoleat:malignũ tñ & inuidũ magis irritat atq; ad odium acuit/q̃toq; magis gloria creſcit tanto maiori premitur dolore atq; luctu. Eis uero qbus deuincti be neficiis exiſtunt maximus: Nõ ſolum gratos eſſe reddendo cogitant: ſed animo magnopere aduerſantur & potentiã/ac rẽ pſperam uidere non facile ob inuidiã ferunt: Ego uero tales homines in tanta acerbitate cui feraꝝ cedant/aut quod tã dirum:ęque illoꝝ immanitati reperiri poſſit nõ ſatis ſcio. Canes namq; nutrito ribus manſueſcunt:leones curatoribus tractabiles fiunt. Inuidi tantum benigne facientibus agreſtiores euadũt. Quid queſo Ioſeph ex ingenuo ſeruum fecit nõ ne fratrũ inuidia? Hic & admiratione digna huius morbi prauitas ac diritas. Ve rentes etiam illi ſomnioꝝ exitum ſeruum fratrem fecerũt ueluti quem nunq̃ in ſeruitutem uenientem:nunq̃ adoraturi eſſent:quanq̃ ſi uera ſomnia futura erant. Quod remedium ut que adeo iam erant conſtituta non euenirent? Si autẽ fal ſa. Quid opus fallenti ac decipienti fuit inuidere Sed eis diuina hoc eis contigit prouidentia ut ad ſanum omnia conuerterẽtur. Per ea enim quibus impedire dĩ uinum conſilium putauerunt paulopoſt itẽ facientes exitum eius manifeſtaue runt: Niſi enim uenditus fuiſſet:nunquam in ęgyptum ueniſſet nunq̃ ob pudi citiam in inſidias impudicę mulieris incidiſſet:nunq̃ in carcerem coniectus fuiſ ſet:nunq̃ pharaonis miniſtris ſotius eſſet factus nunq̃ deniq; ſomnioꝝ cõiector fuiſſet. Vnde Aegypti imperium eſt adſecutus ac frumenti gratia fratres cũ ad euntes atq; adorantes benigne excepit. Sed ad magnam illam inuidiam in rebus maximis uerſantem trãſeamus quam Iudęi per inſaniã aduerſus ſeruatorẽ nr̃m oſtenderũt: Quamobrem tantis petitus inſidiis? ob magna eius prodigia. Quę nã hec erant? Salus ſupplicum ac miſerorum: paſcebat eſurientes & ipſe reiciebatur. Reminiſcebant mortui & auctor uitę inuidiam ſuſtinunt. Dęmones fugabãtur & qui eis imperabat inſidiis petebatur. Leproſi curabantur. Surdi audiebãt. Ceci uidebant:& is qui hec beneficia conferebat fugabatur & demum uitę munus tri buentem ſupplicio adfecerunt liberatorem hominum flagellis ceciderunt: mun di iudicem condemnauere: Sic itaq; inuidię mala uſq; ad omnes penetrauerunt: quibus ſolis armis euerſor uitę noſtrę diabolus a mundi initio uſq; ad ſeculi cõ ſumationem omnis homines ferire ac ad interitum deducere contendit. Nec mi rum ut qui per inuidiam ac ſuperbiam cecidit:noſtra item pernitie gaudet: nõſ q; eiuſdem uitii ſpiritu configere ac peſſundare cupit. Sapiens profecto fuerit quicunq; cum inuido minime congreditur aut conuerſatur/ neũ etiam in ea dem eſſe cum eo menſa ſtudet:quod ex conuictu reliquę uitę commertia uitari fa cile nequeũt. Quemadmodum enĩ ardentem ſiluã/ aut materiam nobis cura eſt

Ioſeph fr̃es.

procul fugere ac ab ea ſecedere ſic opus quoad poſſit & liceat inuidorum cōuerſatiōes a noſtra amicitia repellere: ut extra eorum uenenatas ſagittas ſecurius agamus. Neq; enim alia nobis uia ad hoc uitandum uitium uidetur: qum per ſotietatem & communionem eorum & nos facile contaminari piculum fuerit. Quoniam ex Salomonis ſententia. Zelus hominis ex ſotio ipſius. Et profecto ſic res habet. Non enim Aegyptio uir ſcytha inuidebit ſed ſuę genti quilibet & in eadem gente non ignotis ſed familiaribus & uicinis & eiuſdem artis hominibus aut alia de cauſa coniunctis ſeu propinquis fratribus coeuis. Et omnino ut erugo frumenti eſt uaſtatio: ſic inuidia amicitię peſtis. Illud autem quiſq; ſciat inuidus ut quanto in proximum uehementius moueatur tanto ſibimet maius parit incommodum. Quemadmodum ſagittę magna ui ęmiſſę ſi in durum aliquid ac reſpuens inciderint in emittentem facile reddeunt. Sic inuidia proximis triſtitiam nequaquam adfert: tantum inuidenti officit. Quis enim unquam in mœrore poſitus aliquod propterea proximo incommodum ītulit: ſeſe ſolum uaſtat atq; cruciat. Sed & qui morbo huiuſcemodi ſunt adfecti longe peiores illis qui uenenata iaciunt tela exiſtimantur: quod hi per plagas uirus inferunt atq; nocēt: Vnde paulopoſt uulneris cicatrix atq; liuor apparet. At inuidos exiſtimant nōnulli non ſolum rebus aliis ſed oculis etiam officere incommodaq; inferre. Vnde & corpora uegeta pubeſcentium: aliorum ue ętate: formaq; florentium proſperam habitudinem inficiunt atq; debilitant: ſtatim ut ex eorum luminibus pernitie quadam defluente/ac contaminante uideas contacta membra pulchra in ſiccitatem ac ualitudinem uenire. Ego uero horum ſententiam dimittam ut uulgo latam ac per mulieres uetulas perfici exiſtimatā. Illud autem arbitror quod Dęmones inuidorum oculis ad inſtrumentum/ac miniſterium proprię uoluntatis abutantur. Nonne igitur orres te diaboli perdentis miniſtrum facere: & malum quidem ſuſcipere per quod inimicus quidem eorum fies qui neminem inſectantur. Inimicus pręterea dei boni & citra inuidiam. Fugiamus ergo fratres malum intolerabile. Serpentis id preceptum: diaboli inuentum: Inimici ſatio: punitionis arrabo: pietatis impedimētum. Via ad gehenam: regni cœlorum priuatio. Nam & ipſo fatentur ore uitiū mundi ſub pallidi ac triſtes: ſuperciliis contractis. Anima ipſa perturbatione confuſa prudentiā in dignoſcenda ueritate/ac rebus agendis minime retinet. Apud eos.n.nec actio ſcdm uirtutē ulla eſt: nec uis orationis eorū grauitate ornata/nō gr̄a comitata/nō denıq; aliqd aliud honeſtū aut circūſpectū cōſpicit̄. Sicut.n.uultures p multa qdē prata/multa etiam amena & odorata loca circumuolantes ad tabula & fetulēta loca ferunt̄. Muſeę quoq; ſalubre ſi quod offendūt ꝑtereūt adulcera uero ꝓperant. Sic & inuidi uitę ſplēdorem ac

Ex inuidia faſcinatio.

No. pulchras inuidorum ſimilitudines.

rerum benegeſtaꝝ magnitudinē minime qdē reſpiciunt: Manca uero & fragilia & ſiqd erratum:ut q̄nq̄ rebus accidit humanis tm̄ obſeruant: Hec diuulgant & per hec tm̄ hoīes cognoſci uolunt. Quemadmodū maligni pictores q hoīs imaginē ex aliqua nota aut ulcere natura ſeu caſu inſita corpori effingunt/claramq; eſſe cupiunt. Iniqum profecto id quod laudabile potiſſimū fuerit/alicuius peioris gratia manifeſti occultare & uirtutem ex uicinitate uitii ſi quod forte reperitur calumniari. Fortitudinem audaciā potius appellabunt. Modeſtum uero ſine ſenſu hominem. Iuſtum immitem & nimium ſeuerū. Prudētem aſtutū. Magnificum: uaſtum liberalem ut ꝓdigum taxant. Parcum auaꝝ dicunt. Deniq; oīs uirtutis ſpecies in uicina uicioꝝ nomina cōuertunt: nuſq̄ calūnia rebus laudatis deficiente. Quid igitur in accuſatione tm̄ huius mali finem orationis faciam? Sed hoc mediū parſq; curationis fuerit: laboranti enī egro morbi magnitudinē oſtēdere ut dignā mali fugandi curā ſubeat nō inutile qdem: ſed hic eum dimittere nec admodū curādi remediū aliquod oſtēdere uel aliud fuerit q̄ deſperantem ac in morbo peuntem relinquere. Quid ergo faciūdum ut hanc animi peſtē ab initio minime qdē patiamur: aut in ea fortaſſe adfecti facile liberemur. Primū qdē ſi nihil reꝝ humanaꝝ magnū aut ſupra naturā exiſtimemus. Nō potentiam nō gloriā nō opes nō corporis habitudinē ꝓſperam. Non deniq; quicquid felicitatis humanę reperitur: ſed tm̄ ſempiterna cœleſtiaq; inter uera bona connumeremus. Ea demū eſſe quoꝝ participes ſumus p̄que nec diues nō tāta auiditatē fortunas efferetur. Non poteris ob dignitatis aut magiſtratus culmeni nō fortis ob corporis robur. Non eloquens ob dicendi facultatem. Inſtrumenta ſunt hec uirtutis recte utentibus nihil per ſe uerę felicitatis habētia. Miſer igitur qui his abutitur: non aliter quam qui in pugna contra inimicos enſem corripiens in ſe ac interitum ſuum conuertit. Si autem recte & ordine a ſummo deo conceſſa tractauerit/Deniq; miniſter ac diſpenſator fuerit. Nō ad propriam uoluptatem uoluptates cogendo. Hic demum laudari magnopere ac amari dignus erit: quod hominum ſocietatem diligat & fraternam caritatem propriis commodis potiorem habeat. Preterea ſi aliquem in diuinis excellentem ſermonibus ac eloquia ſacra probe enarrātem: magnam quoq; inde ex deo gratiam & ex hominibus laudem ſibi uendicantem conſpexeris: nullo modo egre feras aut inuidia proſequaris ut potius eum tacere malis q̄ gratiam quam ex ſpiritu ſancto accepit cōicare: Nam & huius boni participes per tui fratris preceptionem & doctrinam traditam tu quoq; ſi uolueris proficere poteris. Deinde fontem qdem ſcaturientem nemo ꝓhibet aut cōpeſcit Nec ſolis ſplendentis lumina ullus obtegit. Nemo illis obtrectat aut egre feret ſed quiſq; ad ꝓprium uſum atq; cōmodum trāsferre conabit̄

Remediū cōtra inuidiā

Sermonis uero ſpiritalis pia corda fidelium ſancti ſpiritus gratia irrigantis audi-
toriū minime ſuſtines? Sed auditoꝝ plauſus te offendit. Quamobrem ęque & ꝓ
ficientem & laudantem nolles: quam dic mihi excuſatiōem apud iuſtum iudicē
habebis? Igitur animę bonū natura qdem pulchrum exiſtimandum. Eum enim
qui opibus potentia ſeu corporis uiribus floret diligere & omni ſtudio amplecti
nos decet ut pulchre uitę inſtrumentis utentem modo bene & ad cōmunem uti
litatem ut diuitias egentibus diſtribuat: corporis uires debilibus cōmunicet: reli-
quam deniqꝫ facultatem nō magis proprię q̄ alienę ſeruire cōmoditati exiſtimet
Eum uero qui ita ſit animatus magis miſerum q̄ ſelicem/aut affluentem putari
eſt opus: ſi res huiuſcemodi ut occaſiones tm̄ ad uitia ꝓpriamqꝫ uoluptatem re-
tineat. Hoc ꝓfecto operam dare fuerit ut cum negotio & apparatu maiore & co
gitatione ſuperflua pereamus. Siquidem opes in iuſtitię miniſtrę fuerint/miſerū
facient diuitem: Si aūt uirtutis: minime inuidiam ſuſtinebunt: qum ex eis ad oīs
cōmunis ueniat utilitas. Niſi quis tāta ſit malignitate ut ſibi etiam ac proprie in-
uideat cōmoditati. Omnino aūt qui res humanas rationi ſubiecerit/& ad ueram
pulchritudinem laudemqꝫ ſe conuerterit/& multitudinem rebus inuigilātem ter
renis non fuerit imitatus & demum eo fuerit animo ut nihil uſq̄ humanū admi
retur. Huic ꝓculdubio dominari nullo modo poterit. Siquis uero ita glorię cu-
pidus fuerit ut omnis antecellere cupiat nec ſecundas facile patiatur: maximam
ꝓfecto occaſionem cauſamqꝫ inuidię dabit. Tu autem frater deſideriū omne ho
noremqꝫ tuū in actione ſecundum uirtutem ut re ampliſſima & nunq̄ deſitura
conſtitue. Nec undecunqꝫ aut qualibet diuitias coge: neu tandem ex rebus mū-
di huius gloriam quere: ſed honeſti partes iuſtitiam prudentiam fortitudinem
temperantiam adpoſite ſerua: Pręter omnia patientiam in his que ad prudenti-
am pertineant cuſtodi. Sic demum teipſum incolumem ſeruabis & in bonis lon
ge maioribus: claritatem habebis. Nam & uirtus intra nos eſt & ab his qui ob eā
labores ſubeant apta poſſideri. Diuitiarum autem copia: forma corporis: poten-
tię faſtus intra nos nequaquam conſiſtit. Si igitur & maius bonum uirtus ac ma
gis per ſe idoneum ac ſuppeditans & in confeſſo apud omnis maiorem obtine-
at honorem: hanc nobis omni ſtudio ſequēdam cenſeo: quam ineſſe animis ab
omni perturbatione pręſertim inuidię minime purgatis difficile admodum. Nō
ne uides quātum malum ſimulatio & hoc inuidię fructus eſt. Nam eorum que
ſimulantur pars magna ex inuidia plerumqꝫ hominibus eueniunt. Quando in
cordis receſſu odium retinentes caritatis ſpeciem ore pręſe ferunt nō aliter q̄ pe-
trę ac ſcopuli marini qui breui operti aqua magnum ac cecum non obſeruanti-
bus inferunt malum. Qum itaqꝫ nobis inde ut ex fonte quodam fluat anime

Simulatio ex iuidia & odio

ruina. Inde quoq; a deo alienatio: legis confuſio & demum omnium in uita bonorum euerſio proueniant. Credamus apoſtolo dicenti. Ne ſimus inanis gloriȩ cupidi inuicem prouocantes inuicem inuidētes ſed magis boni miſericordes donātes ac gratificantes inuicē: quēadmodum deus ſeſe nobis donauit In Chriſto Ieſu domino noſtro Cui gloria & imperium in ȩterna ſecula. Amen.

DE IRA.

QVemadmodum in medicorum prȩceptis quādo adpoſite & ex artis ratione experientia ſumitur tunc maxime utilitas oſtendi ſolet. Sic & in ſpiritalibus monitionibus poſtquam precepta exitum teſtimoniis comprobatum oſtenderunt tunc eoꝝ utilitas ad uitȩ illoꝝ q admonentur correctionem & eruditiōem refertur. Audimus enim in Prouerbiis palam ſcriptum eſſe, Ira ſapientes perdit. Audimus item apoſtolicum dictum. Ira & omnis indignatio & clamoꝛ a uobis abſcedat. Et dnm minatem. Quid dixerit fratri ſuo Racha reus erit iudicii. Igitur ſi qñ nos hoc uitium tentauerit nō in nobis erit ſubitam uitare iracundiamq; que tanq̄ ꝑcella quędam improuiſa irruit: ſi damus ei locum ut exitum uiolento conatui ac fluxui tunc omnia ſuper hoc ſane difficilia ſeruatu iudicabimus. At ſi dum quieti ſumus eoꝝ qui perturbati ſunt iram dedecus & ineptiam recte conſiderabimus: profecto illius uerbi ueritatem cognoſcemus. Quod uir iratus fedus adſpectu ſit. Quando enim ſemel hec perturbatio mentē precipitans impium animȩ ſumpſerit hominem penitus in feram conuertit/ nec rationis participem eſſe ſinit. Quod eni uenenum uirus emittentibus erit. Hoc item & furor animo irritatis ac perturbatis; Rabie ut canes adficiuntur: pungunt ut ſcorpii: mordent ut ſerpentes. Nouit enim ſcriptura eos qui hoc uitio tenent ferarum appellatione uocare: quibus ſeſe ob peruerſitatem ſimiles ac familiares reddiderunt. Nam & canes & ſerpentes & genimina uiperarum & his ſimilia nominat. Qui enim ad mutua interſe eiuſdem generis parati ſunt inferenda incommoda. Iure feris ac uenenatis adſcribi poſſit quibus ex natura ob iram continuum aduerſus homines odium ineſt. Effrenes linguȩ: Ora incuſtodita. Incontinētes manus: contumeliȩ probra accuſationis uerbera & alia quanta quis enumerare facile poſſet. Propterea labores & incōmoda maxia. Irȩ ſunt ac furoris filii fructusue. Ob iram enſis acuitur: mors homini ex homine uenit: fratres īter ſe ignorant: parentes filiorum naturȩ ac caritatis obliuiſcuntur. Sed & ante omnia ſui ipſius irati deinde aliorum minime reminiſcuntur. Quemadmodum enim torrentes ad curua loca decurrentes ſecum obuia queq; trahunt. Sic & iratoꝝ ipetus

uiolenti & inſtabiles omnia ſimiliter percurrunt atq; obruunt. Non eis ſenectus uenerabilis non uitę uirtus aut mores non generis propinquitas nō acceptę iam gratię non denique aliquid aliud quanuis extimandum in honore ſunt: Quum & maximum ſe malum ſepius conicunt & ſtudio uindicandi ſe negligunt atq; deſpiciunt. Eorum memoria quibus male cogitant/uelut oeſtro quodam incitati: & animo exacerbato atq; ęſtuanti non prius deſinūt q̃ incommodum aliquod infeſtanti infligant uel ipſi ſi id contingat accipiant quemadmodum ſepe euenit ut que per uim tentata ſunt plus accipiant incommodi q̃ inferant. Quis enim ī ea ſe mala conicetet que ira feruidi hominis quauis occaſione uociferantes & exaſperati ſubeunt atq; tolerant: Nam & omni fera uenenata impudentius ruunt nec prius deſiſtunt q̃ aliquo magno malo & intolerabili ira intumeſcente ęſtuātem exſatiet animum: Neq; enim enſis acies neq; ignis neq; orrendum aliqd animum ira intumeſcentem ac furentem ſatis compeſcere ualebit nō magis q̃ a dęmonibus detenti a quibus irati nihil nec forma neq; animi adfectu differūt: Nā his q ad alienā triſtitiam ſunt incenſi ita circumpcordia ſanguis feruet ut in ignis olla ſuccenſa. Ora ſepe Florentia pulchraq; mutant: ac ueluti ſub perſona: quādā omnibus ſpecie prima abiecta: ignotos ſe prebent: oculi conſueti non apparent: ſed ignei micanteſq; dentes acuunt: ueluti ſuos petentes uultu ſunt liuēti ſanguine ſuffuſo. Oris tumore increbreſcente: uenę ob turbati intra uiſcera ſpiritus anguſtiam diſruptę. Poſtq̃ uero ſicuti flāma: ſicca materia ſuccenſa circa irritantes inuadit. Tunc nec ſermone dicenda/neq; re ferēda uidere licet ſpectacula. Manus qdem erectas aduerſus tribules & per omnis corporiſ partes diſtractas. Pedes extra oēm ordinem & ab re certatim diſcurrētes: deniq; partes corporis omnis ac inſania quadam correptas. Si autem pariter aliquem ex aduerſo cōcurrentem inueniant. Iramq; mutuam inter ſe exerceant/ea patiuntur que fas eſt eos pati qui ſub tali dęmone contendunt: ac certant. Mēbrorum orbitates uulnera mortes: p̄mium pugnę ferunt. Cepit qui primus manibus iniuriam intulit alter ulciſcitur hic inſtat ille nō cedit Corpus obiter uulneribus petitur. Ita uero facit ut dolor & īcōmodum minime ſentiatur. Non enī damna corporis aut ſenſum curant: quum omni ſtudio & omnibus iuribus ſint animo tantūmodo dulciſcendum cōmoti & excitati. Ne fratres dilectiſſimi malum malo curate/neu contenite inuicē calamitate mutua uincere. In rixa enim is qui inferior eſt qui uictor eſt ac peccatis longe grauior diſcedet: Noli ergo inanis glorię tropęis: aut iniqua iactare ſpolia ne iniqui muneris iniquior ſis poſſeſſor uicit te iratus: uince: amoueq; ſilentio malum. Tu autem contra facis qui uelut undam fluentem illius iram in cordis penetralia ſuſcipiens uentos imitaris contra flatibus aduerſis reſiſtentes. Noli tuo

aduerſario pro magiſtro uti: Nec quem odio proſequeris hunc emulatis Nec fie
ri uelut speculum iratis illius formam in teipſo oſtendens. Rubicundus ille ob
iram. Tu autem minime ruborem pręferas. Illi ſanguinei oculi. Tui quiete ac cũ
grauitate adſpiciant: Vox illi aſpera: tibi mitis. Neq; eni ſic in locis deſertis Echo
in ipſos clamantes intempeſtiue infringitur: ſicut in hominem iniuſtum & con-
tumelioſum contumelia reuertitur: Quin & mitior Echo ipſa redditur. Contu-
melia uero cum auctario redit. Nam ſi inter litigantes forte conuitia dicunt: pri
mus obſcurum hominem & ex obſcuro ueniẽtem loco probroſe uocat: Alter
Oeco tribarum Oecotribam. Hic pauperem: alter mendicum. Hic indoctum: al-
ter attonitum appellat. Deniq; ſic durant donec conuitia ſicuti ſagittę ſuppedi-
tent. Quibus deſinentibus omniq; contumelia per linquam conſumpta ad ma-
nus uenitur & pugnam. Ira ergo certamen excitat. certamen uero conuitium. Cõ
uitium uerbera: uerbera demum uulnera ex quibus & mortes ſepe ſecutur. Itaq;
iram ab initio ut mali originem compeſcamus ac ex animo noſtro totis uiribus
extirpemus. Sic enim plurima mala ueluti radice quadam & principio hac animi
perturbatione exiſtente facile excindere poterimus. Ille maledixit. Tu benedicas.
uerberauit Tu patere: expuit: nihiliq; te exiſtimauit. Tu cogita quẽadmodum ex
terra es & in terram reuerteris. His namq; modis atq; rationibus te cõfirmans lõ-
ge leuiora q̃ re uera ſint inuenies tibi aduerſarii facta iurgiaq;. Sic etiam taliõem
illi ſecurius reddes teq; citra ſanguinem & pugnam ulciſceris: contumelias ęquo
animo ferendo patientię quo ꝑ palmam tibi parabis dum alterius inſaniam oc-
caſiõem philoſophię ac tuorum feceris meritorum. Quamobrem ſi mihi credis
probra contumeliaſq; minime curabis/te obſcurum & inglorium uoca: nulliuſq;
exiſtimatione terram tm̃ ac cinerem eſſe. Nec tu melior es patre noſtro Abraam
qui ſe eadem fecit ignarum pauperem ignobilem nominauit. Tu autem uermẽ
te dicas & e ſtercore te genus ducere uerba Dauid memorans. His etiam Moſis
decus adde. Ille ab Aaron & Maria uerbis petitus probroſis nõ a deo ſe auertit:
ſed pro eis orauit. Cuius tu dic mihi cupis eſſe diſcipulus beatorum ne hominum
& deo gratorum an eorum qui ſpiritu referti ſint maligno? Quando enim uer-
borum iniuria tentaris illud exiſtima periculum de te fieri/an deo per patientiam
adhereas ſeu per iram in aduerſarii partes inclines. Da tempus cogitationibus ad
optimam eligẽdi partem oportunum. Nam e duobus alterum proculdubio cõ-
ſequeris aut inimicũ tuę mãſuetudinis exemplo munitiorẽ reddes: uel certe ſi de
ſpexeris acrius cõtra illum uindicabis. Quid enim aduerſario durius eſſe poteſt
quam te animum gerere contumeliis omnibus altiorem. Noli tuam pelſundare
mentem. Nec ab eo qui te conuitiis & omni iniuria petit comprendi patiare.

Mitte illum fruſtra te ad latrare: In ſe ipſo diſrumpi. Sicut enim ille qui minime
ſentientẽ aut curantẽ uerberat ſe ipm ledit & incõmodo adficit quod nec inimi
cum plectere/nec aĩam iramq; exſatiare ſe uideat: Sic & is q contumelia: in eum
qui nequaq̃ doleat utitur ꝑturbati animi cõſolatiõem inuenire: nullo modo po
terit. Quin potius quẽadmodum diximus audebit magis & animo ęſtuabat. Ex
hac igitur cõditiõe quale uterq; ueſtrum nomen adſequatur uideamus. Hic cõ/
tumelioſus. Tu magnanimus uocaberis. Hic Iracundus & durus. Tu lõganimis
mitis: hunc qñq; penitebit hor; que loquitur: Te nunq̃ benefacti aut uirtutis pe
nitebit: Quid plura: Huic contumelia regnum cœlorum clauſit quod contume/
lioſi regnum dei non conſequentur. Tibi taciturnitas idem aperuit. Nam q ſu/
ſtinebit uſq; in finem hic ſaluus erit. Qui autem ſe uindicare & par pari reddere
ac maledicenti reſiſtere uoluerit quam queſo habebit excuſationem? Quod pri/
mus ille fuerit/ac prouocauerit? Sed qua uenia dignum hoc? Non enim
amicus in amicam quamuis prouocantem aut adliciẽtem peccati cauſam transfe
rens minus in Iudicio condemnabitur. Neq; enim uictorię corona ſine aduerſa
riis contra pugnantibus: neu cedes ſine hoſtibus: Audis Dauid dicentem. Dum
conſiſteret peccator aduerſus me nõ irritatus ſum aut iratus ſed ſurdus factus &
humiliatus ſum & ſilui a bonis. Tu autem ad iracundiam ob paruam contume/
liam concitaris: Imitaris enim ut bonum? Ecce iam uitium quod reprendis ipſe
ſuſtines ac patras. An in alienum malum diligenter inſpicis tuum uero nequa/
quam cognoſcis? Si malum cõtumelia: eius imitationem fuge: non enim ut ſu/
pra narraui. Incepiſſe alium. Idcirco tuę importunę cauſa. Quin tu iuſtius tace/
bis q̃ aduerſarius abſtineat/eo quod ille exemplum ſapientię prius nõ uidit: Tu
uero qum iratum turpiter ſe mouentem & ridiculum & probroſum uideris eius
ueſtigia queris imitari clamando: ſuccreſcendo: reſiſtendo: Per ea enim que facis
& aduerſariorum & alienorum culpas: leuiores reddis & te ipſum facile cõdem/
nas. Si enim malum eſt ira/cur malum id nõ euitas? Si uenia dignum cur in Ira
tunc grauaris ac ſuccenſes? Ex quo ſi ſecundus ueniſti ad iram nihil te hoc iuua
bit. Non enim in certaminibus paleſtram prius prouocans ſed qui ſuperat coro
natur. Quamobrem non ſolum is qui facinus aliquod graue prius tentauerit:
ſed qui eius fuerit exemplum imitatus omnino mulctabitur. Si enim te paupe/
rem uere appellat/uerum reſpuere nequaquam debes. Si mentitur quid ad te di
cti uanitas? Sicut enim ad laudes tuas: ſi ueritatem excedunt: efferri non debes.
Ita nec ad probra in te non uere iactata minime dolere: Nonne uides quemad/
modum ſagittę ſi duriora offendant: reſultant ac excidunt: In mollibus uero &
obedientibus facile figuntur. Ita & in contumeliis euenit qui eis occurrit ac reſi/

ſtere querit illas in ſeſe recipit. Qui autem manſuetudine ac patientia armatus ad eas excipiendas ſe pręparauerit omnino excutiet ac euitabit. Quid miſer angeris? Pauperis appellatione? Reminiſcere quemadmodum nudus in mūdum uenisti: nudus etiam egrediens. Quid enim nudo pauperius? nihil profecto graue audisti: niſi tu graue id facias aut putes. Quis enim inquam ob paupertatem in carcerem ductus eſt? Nam egere nō turpi quidem: aut aliquod probrum fuerit: ſed paupertatem generoſe non ferre/memor ſis domini noſtri Ieſu Chriſti qui cum diues eſſet noſtri gratia egere uoluit. Si uere & ſtultus & indoctus appellaberis reminiſcere eorum que iactata ſunt ab hebręis in ueram ſapientiam. Samaritanus es. Et dęmonium habes: Si enim contra hec maledicta iraſceris: iam ea uera facis. Quid nam eſt ira ſtultius? Si uero quietus & immobilis perſiſtas uerecundiam maledicenti magnam intulisti quin re prudentiam modeſtiaꝗ oſtenderis. Alapa ſeu pugillo ceſus es? expuit aliqs in faciem? Eadem & dominus eſt paſſus nec enim ab expuentibus aut cedentibus faciem auertit. Calumniam pateris & tua laceratur ueſtis? Et a domino quoꝗ ueſtis per uim extracta & ſup eā miſſe ſortes. Nondum enim condemnatus es. Nondum cruci adfixus. Multa tibi toleranda ut ad eius imitationem peruenias. Talia igitur & horum ſimilia tibi ſuccurrant: mentiſꝗ tuę impetum ac iram compeſcant. Similes namꝗ pręparationes & animi diſpoſitiones ut morſus cordis & impulſus facile delere & animi cogitationes in tranquillum ſtatum deducere fuerit: Hoc enim quod Dauid ait Paratus ſum & non ſum turbatus. Oportet itaꝗ motus animi inſanes ac precipites exemplo ſanctorum ac beatorum: preceptorum memoria cohibere: quomodo magnus Dauid & qua manſuetudine iniquitatem Semei tulit? Non enim Irę locum dedit. In deum cauſam tranſfrens quoniam dominus. Semei mandauit maledici Dauid. Quāobrem quum audiuiſſet ſe uirum ſanguinum & iniquum uocari minime ſuccenſuit ſed tolerando ſeſe humilem reddidit/dignamꝗ ſibi infligi contumeliam putauit. Ex quo Duo tibi ad cuſtodiendam animi conſtantiam tolerāda: Primum ne te rebus magnis parem dignum ue iudices. Deinde neminem ualde infra tuam eſſe dignitatem ac exiſtimationem putabis. Sic enim animus nunquam ex his que nobis ex aduerſo inferuntur indignabitur aut magnopere dolebit. Graue profecto eum qui beneficium receperit preterq̄ quod ingratus animo ſit etiam maledictis dantem petere: graue inq̄. Verumtamen hoc agenti grauius eſt malum q̄ patienti. Ille maledicat. Tu autem minime mouearis Gymnaſium tibi quoddam & exercitationem ad philoſophiam uerba illius ſint: Si enim nihil moueris integer es animo ac ſanus. Si uero aliquid animo pateris ſaltem in te conde triſtitiam. In me turbatum eſt cor meum inquit ꝓpheta

Dauid patiētia Semei ferus.

hoc eſt non extra perturbationem animi oſtendi ſed ueluti quãdam intra littus abruptam undam retinui. Sedabis itaq; mentem latrantem & exacerbatam: Tecum in tui cordis receſſu: rationis tribunal uerebere: quemadmodum pueri immodeſtum aliquid agentes uiri uenerabilis preſentiam uereri ſolẽt. Quomodo igitur irę incõmoda fugiamus? Si eam nullo modo mentem rationemue occupare ſinamus. Quãobrem ſi forte incogitationem ueniat aut cadat eam ita retineamus ut equum iugalem nobis ratione ut freno quodam obtemperantem ac ordinem ꝓprium nequaquã excedentem & uia ingrediẽtem qua a mentis recto cõſilio dirigitur.

Irę remediũ

Eſt enim pars animi iraſcibilis nobis ad multa uirtutis opa neceſſaria: qñ ueluti miles qdam apud ducem arma ſumens: paratus eſt eius iuſſu auxilium prębere: ſic iracũdia rationi adiutrix cõtra pcm̃ fuerit: Neruus eſt animę qdam indignatio fortitudinẽ/cõſtantiamq; ac robur ad res bene & ordine agendas prębens que aĩam forte uoluptate delinitã ac laſciuientẽ ueluti ferro quodã coibens auſteriorẽ fortiorẽq; ex molli ac remiſſa reddit. Nec.n.ſi cõtra iniqtatẽ deſit indignatio & ira ſatis eã odio quo decet pſequi poteris. Quãobrem ſic exiſtimo ęque circa uirtutis ſtudiũ habere caritatem atq; aduerſus uitiũ odiũ retinere oportere. Ad quod maxime utilis indignatio: qm̃ ueluti canis paſtori ſic ira rationi obediẽs mitis qdem ac mãſueta iuuantibus eã & a ratione reuocabilis erit. Nã canis ad uocẽ & adſpectũ alienum toruus & agreſtis ſi auxiliũ & curã preſtari ſibi uideat ipm iuuantem: domeſticũq; timere admodũ ac uereri uidet. Ira ſimiliter optima & ęqua animę prudentię adſiſtit auxiliũq; ad uirtutis opa ex parte iraſcibili ſuppeditat: Inſup cum inſidioſis non facile conciliatur aut cõſuetudinem habet. Nullam deniq; beniuolentiã erga ea que nocẽt retinet ſed aduerſus uoluptatẽ inſidiãtem ueluti lupũ quẽdam adlatrare cõtinuo uidetur. Sic itaq; ex ira uiris prudẽtibus utilitas capitur.

Irę officioſę utilitas.

No. ęque irã in uitium ac amorẽ in uirtutem habere oportet.

Sed & aliaꝝ potentiaꝝ quelibet ex modo eã utentis & poſſidentis mala uel mala dicetur. Vt animę cõcupiſcibilis parte ſiquis in corporis uoluptatẽ & impuriſſimas actiones abutetur abominabilis, pfecto & nefarius fuerit: Siquis uero illã in dei ac dñi noſtri Ieſu Chriſti caritatem & cœleſtium bonoꝝ deſiderium conuertet. Felix ac beatus. Similiter & de parte rationali dicẽdum. Si recte hanc tractabimus prudentiũ erit & bene inſtitutoꝝ. Si uero contra mentis ac rationis acumine ꝓximis in cõmodum pariat uafer & aſtutus & malignus iure dicetur. Quamobrem fratres dilectiſſimi nolite obſecro ea que a ſummo deo & oĩum auctore ad ſalutem conceſſa ſunt/occaſionem peccatoꝝ facere: Sic itaq; ira qñ oportet: & ut oportet ex ratione diſpenſata fortitudinem pacientiãq; ac cõſtantiam parit. Preter uero rectam rõnem tractata furor & inſania efficitur. Idcirco nos pſalmus admonet. Iraſcimini & nolite peccare. Ipſe

namq; dñs in euangelio illum qui paululũ fratri iratus fuerit reum iudicii facit. Illum uero q ad ea que oportet ira utitur minime cõdemnat. Dicitur nãq; Ponã inimicitiã inter te & ſerpentem & ruiſus Iraſcimini Madianitis: Docentis uerba ſunt ut ira ueluti armis utamur. Ideo Moſes oium hoium mãſuetiſſimus uituli idolatriam damnãs leuitaꝶ manus in cedẽ fratrum armauit: Vnuſquiſq; inquit ueſtrũ gladiũ ad latus teneat & tranſito a porta in portam & flectite p circuitum & ſuum quiſq; fratrẽ interimat & qlibet ꝓximum ſuum ac ꝓpinquũ ſuũ. Et paulo poſt ait Moſes. Veſtras hodie manus deo cõſecraſtis qlibet in filio ſuo & fratre ſuo ut detur uobis benedictio. Quid Phinees iuſtum reddidit? Nonne iuſta cõ ira fornicantes ira qui alioqn mitis ac mãſuetus exiſtens poſtq̃ ſtuprũ Zãbri & ſcorti madianitis palã in populo uidit/adeoq; ĩpudenter admiſſum ut nec tã tue pe ſpectaculũ occultari uellent: Minime tam indignũ facinus paſſus ira uſus offi tioſa ꝓtinus utrũq; trucidauit. Samuel autem Agab regem Amalech. a Samuele contra mãdatum dñi ſeruatũ/none iuſta ira in mediũ trahẽs uocauit. Sic itaq; fit ira ſepenumero bonarum actiõum miniſtra. Helias uero Zelotes. Quinquagìnta ſupra Quadringentos uiros ſacroꝶ nemoꝶ comedentes menſam Iezabel iuſta ſapientiq; indignatione in totius Iſrael utilitatẽ ut morte mulctarentur effecit. Tu autem fratri tu ſine cauſa iraſceris. Quomodo enĩ non ſine cauſa? Quum ſit alius qui inſtigat dęmon & alius qui inſtigatur homo cui tu maledicis: ſimile quoddam canibus admittens qui ſaxa mordere ſolent quando iactantes attingere non ualẽt. Inſtigatus enim ac incitatus miſericordia profecto dignus eſt: Qui uero incitat: odio maximo inſectandus. In hunc igitur iram transfer hominũ interfectorem: mendacii patrem: peccati miniſtrũ. Fratrem uero in te peccãtem miſerabere: ęquoq; feres animo/eis tecum periculum meditãs. Vt ſi in peccato uſq; in extremũ duret cũ ipſo dęmone ęterno tradetur igni. Sicut enim differentia nomina indignationis & irę ſic & ab ipſis ſignificantia plurimum inuicem differũt Eſt enim indignatio. Stimulus quidam breuis ac ſubitus acutuſq; perturbatiõis uapor. Ira uero permanens ac diuturna triſtitia aptaq; ſeſe ocioſe ulciſci. Veluti libido quedam ſe uindicandi. Animaduertere itaq; opus quemadmodum utroq; modo & adfectu homines delinquunt/uel furore ſubito contra irritantes commoti uel per dolos & inſidias: a quibus patiuntur iniuriam circumuenientes que ambo nobis omnino cauenda. Quomodo autem ob hanc animi perturbatiõem in ea que minime deceat non incidemus? Quomodo inqs? Si te demiſſum humilemq; omnino gerere poteris ut edoctus fueris. Quod dominus Ieſus & uerbo pręcepit & reoſtendit inquiens. Qui uoluerit inter uos primus eſſe ſit omnium poſtremus. Item pulſatus ęquo animo ac manſueto cedentem

Moſis irati exemplum.

Phinees zel⁹.

Samuel.

Helias.

Aduerſus diabolũ nõ fratrẽ iraſcendũ

Differẽtia inter ĩdignationem & iram.

tulit. Rector enim cœli terręq; dominus ab omni creatura rationis participi cultus: omnia ferens ſpiritu uirtutis ſuę uulnerantē illum non ꝓtinus ut poterat ac fas erat ad infernum: Impiis paratum demiſit uerum humili ac miti reſponſo facile docuit/quales eſſe oportuit laceſſitos. Si male locutus ſum inquit teſtimoniū peribe de malo ſi aūt bene cur me cedis? Si enim ex dominico pręcepto omniū ultimus eſſe adſueueris quonā modo maledictis pręter dignitatem prouocatus egre ferre/aut reſpondere poteris? Nam ſi paruus puer uerbis te contumelioſis peteret: occaſionem tibi potius ridendi daret: Quod ſi phreneſi captus & ſenſu excidens uerba uitę incompoſita & ſtulta minimeq; uera dicat miſericordia potiusq̄ odio dignus erit. Non igitur uerba ſunt apta triſtitiam mouere. Sed nihil omnino reſpondere. Maledicentem aduerſarium ſpernere. Quod ſi hoꝝ alterū in tuo maneat animo ſtrepitum quidem patieris: preſertim in his que patienda tibi ſunt reclamaueris. Quamobrem iram omnino ſedabis: indignatiōem ut irę fontem atq; originem a cœlo ſupra omnem hominum Iniuſtitiam reiectę omnino uitabis. Si enim aīo ſapienti amaꝝ indignationis radicem extirpare poteris multa cū hoc principio pturbatiōum ſemina facile extingues. Nā & dolus & ſuſpitio & infidelitas & malignitas & inſidię & audacia & oīa his ſimilia huius uitii germina ſunt atq; appendicees. Itaq; fratres amantiſſimi ne obſecro tm̄ in nobis malum aggeramus animę morbum: rationis tenebras: a deo alienatiōem: maloꝝ oium ꝓmptarium: dęmonem peſſimū noſtris animis inſidiantem: incolam fere quendam impudētem noſtra interiora poſſidentem: deniq; ſancti ſpiritus iter ad nos impedientē. Hinc inimicitię cōtentiones. Indignationes: ſectę n̄ris quidem aīabus perpetuos pariturę tumultus oriunť. Quāobrem beati Pauli monitis obtempantes oēm a nobis indignatiōem/ac clamorem cum reliquo uitio abiiciamus: ac inuicem boni & miſericordes exiſtamus: expectātes beatam ſpem mā ſuetis omnibus promiſſam: quando beati ſunt mites & terram poſſidebunt: In Chriſto Ieſu domino noſtro: Cui gloria & imperium in ęterna ſecula. Amen.

SERMO IN VERBA ILLA MOSEOS ATTENDE TIBI IPSI VBI MVLTA PRÆCLARA ENARRANTVR SVPER HIS QVE PER COGITATIONEM ADMITTVNTVR

γνῶθι σεαυτόν
Simile fere il lud: Noſce te ipſum: Chilonis dictum.

ORationis uſum conditor omnium deus nobis mira prouidentia propoſuit. ut quando cordium conſilia inter nos celaremus per ea que natura ſunt cōmunia proximo impertiremus/ac uelut ex promptario quodam cordis ſecretoꝝ n̄ras cogitationes palam faceremus. Si eni nuda uiueremus

anima flatum p intelligentias inuicem congredientes appareremus. Quoniã ue/ro carnis opimento anima obducta ſenſus minime manifeſtos in cordis receſſu conſtitutos retinet:ad eos manifeſtandos & uerbis indiget & nominibus. Poſtq̃ itaq; nr̃a cogitatio q̃n̄q; uocé accipit indicatiuã & orõne ueluti porthino quodã aerem pertranſeunte ex ore loquentis ad audiẽtem puenit ſi tranquillam & altã repiat qetem queadmodum i portibus ſecuris ac procul a tempeſtatibus:in auribus diſcentiũ ſermo tuto requieſcit recteq; dirigitur:Si uero ueluti procella quedã aſpera tumultus audientibus contra ſpiret/in aere medio diſſolura naufragiũ faciet. Nũc igitur fratres rem tranqllam p ſilentium facite. Aliquid enĩ fortaſſe ad cõmeatus faciendos utile apparebit. Velox eſt admodum ueritatis ſermo / aures minime attendérium facile fugiens preſertim qum ſancti ſpiritus breui diſcurſu ac uerboꝝ paucitate multa cõplectatur ac manifeſtet:quod breuitas memorię ſit adcõmoda longeq; facilior. Enimuero orationis uirtus nec breuitatis abſcuritate ſenſum occultare: Neq; rurſus ita ſupflua & uana eſſe debet ut in rebus laxa pflu at aut dormitat. Qualis igitur ſit nobis nup ex Moſis libris ſermo recitatus non omnino meminiſtis uel ſtudioſi niſi aures mihi parump prebeatis attentas. Habet eni ſic lectio. Attende tibi ipſi:ne uidelicet in tuo corde uerbum occultũ flagitiũ ſit. Faciles namq; nos homines ad peccata que tm̃ cogitatione admittũtur ſumus. Quãobrem ille oĩum conditor q corda ſinguloꝝ finxit animaduertens nos plurimũ p quãdam ſenſus inqetem peccare puritatẽ primã & iuſtitiã in parte animę rationali tanq̃ rectrice & gubernatrice quadam collocauit. Nam quo facilius ac promptius ad delinquendũ pni ſumus tanto maiori cuſtodię diligentia nobis opus erat:quemadmodum corpora debiliora puidentiſſimi medici quibuſdam ante remediis ad ſanitatẽ cõſeruãdam & morbis occurrẽdum uti ſolet. Sic & ille animaꝝ nr̃aꝝ uerus curator qum nos ad peccata p nos ac lubricos in uitia cõſpiceret:precipuis nos cuſtodiis muniit ac circũſepſit. Nam actiones q ue corpore fiunt tẽpus qdem ſimulq; oportunitatẽ & labores & laboꝝ ſotios & adiumẽta reliqua expoſcũt. Mẽtis uero cogitatiõumq; motus citra tp̃s ullum fiũt: citra laborẽ abſoluunt. Citra negotiũ aliquod cõſiſtunt:oẽ tp̃s oportunũ habẽt. Nã aliqs qdem inuenieť q extrinſecus grauitatẽ modeſtiamq; apud oĩum oculos pſitebitur & in medio illoꝝ ſepe conſiſtet qui eum beatum ob uirtutem ferunt ac predicant. In receſſu autem cordis in uaria pctõꝝ genera ſubito ac inuiſibili mentis impetu tranſcurret. Qui enĩ phantaſię ſtudio monetur quẽdam cõgreſſum indecentem informat & in occulta cordis officina otioſam in ſeipſo uoluptatem imaginans peccatum externis teſtibus carens ac omnibus qdem ignotũ admittit donec ille ueniat q reuelabit occulta tenebraꝝ & manifeſtabit cõſilia

cordium Caue igitur ne uerbum in tuo corde ſcelus fiat occultũ. Qui enim mu lierem ad cõcupiſcendum uiderit iam mœchatus eſt in corde ſuo. Idcirco corpis actiones a multis reiciunť atq; inciduntur/ At is qui mentis ꝓpoſito cogitatiõis uelocitate peccauerit in pfectũ iam & abſolutũ pcm̃ inciderit: ubi igr̃ caſus uelox ac piculoſus uelox ẽt dať cuſtodia: adiuuatq; ac teſtimoniũ reddit ne uerbũ occultũ fiat ĩ corde flagitiũ: ſed & cõtinuo ad ipm ꝓpoſitę orõnis principiũ recurramus. Attẽde inqt tibi ipſi. Quodlibet.n. aĩa ex deo oium auctore ꝓpriam uim ꝓpriaq; arma ad naturę proprię cõſeruatiõem habet. Inueniesq; facile ſi queris diligenter multa bruta ſine arte aut pręceptiõe ulla aduerſus nocentia defenſiõem quãdam habere rurſuſq; ad ea que ſibi ꝓdeſſe uident uoluptate quadã ſpõte ferri. Quamobrem nos erudiens deus magnũ hoc nobis pceptum dedit ut quod illis ex natura hoc nobis rationis auxilio ꝓueniat & quod in animalibus rationis expertibus citra doctorem & artem hoc nobis p attentiõem & diligentiam & cõtinuũ rõnis imperium adcedat: utq; hoꝝ que audita ſunt nobis cuſtodes ſumus diligentes & pcm̃ qdem queadmodum bruta uenena in cibis noxia deuitant fugiamus Iuſtitiã quoq; uelut illa ſalubres paſcendo herbas cõſectantur omni ſtudio ꝓſequamur. Attẽde igitur tibi ipſi ut noxiũ a ſalubri diſcernere ualeas. Nã duplex qdem attentio noſciť. Primũ oculis corporeis uiſibilia diligenter circũſpicere. Deinde mentis inuiſibilia contemplatione ac uirtute luſtrare. Si.n. pceptum hoc incorporaliũ luminũ actiõe poſitum dicamus ſtatim falſum ac nullo modo fieri poſſe deprendeť. Quonã modo: Quis.n. ſeſe oculis totũ circũſpiciat? Oculus imprimis inſpicere ſe nequaq̃ põt/ nõ caput nõ aures nõ ora nõ humeros nõ deniq; uiſcera. Impium ergo dicere ſpiritus pcepta ſeruari nõ poſſe. Reliquum eſt ut pceptũ hoc ſecũdum mẽtẽ rõnemq; intelligať. Attẽde tibi ipſi hoc eſt undiq; te ipm conſidera cordis oculum uigilantẽ cõtinuo ad tui ipſius cuſtodiã retine. Inter medios laqueos agitas. Occulti ab inimico laquei ubiq; paranť. Cuncta ita q; luſtrabis ut ſerueris queadmodum caprea ex laqueo & auis ex inſidiis. Caprea nãq; in depreſa eſt laqueo: unde item cognomen accepit. Dorcas quod acute uideat. Auis uero pennę leuitate qũ uoluerit altior aucupũ inſidiis efficiť. Vide igiť ne aĩalibus his ratione carentibus deterior ad tui cuſtodiã appareas. Ne laqueis deprenſus diaboli pda ſub eius poteſtatem redactus efficiaris. Attende ergo tibi ipſi hoc eſt non tuis: aut his que ſunt circa te: ſed tibi ipſi ſoli attende. Aliud enim nos ipſi ſumus. Aliud noſtra: Aliud deniq; que circa nos exiſtunt. Nos enim anima menſq; ſumus per quam ad ipſius conditoris imaginem geniti ſumus. Noſtra ſunt Corpus ac ſenſus omnes. Circa nos ſunt pecunia artes & reliqui uitę apparatus. Quid ergo inquit ratio. Ne cor-

Dorcas hoc ẽ caprea quod acute uideat: ἀπὸ τοῦ ὀξὺ δέρκεσθαι

Nos: Noſtra Circa nos.

potiꝰne ſanguini attende neq; huius cõmoda omni ſtudio ꝓſequere ſanitatem
formã/oblectationes uacias uitę longitudiné/neu etiã pecuniã gloriã potentiam
admitere:neq; quantamcunq; uitam tibi felicem cõmoda ſubminiſtrant. Neu
hec magna exiſtimans/ac circa hoꝝ ſtudiũ occupatus uitę partem melioré negli
gas.Sed attende tibi ipſi hoc eſt animę tuę/hanc tu ornabis: hanc curabis ut om
ne quod eſt p iniqtatem contra illam admiſſum:oẽm ei contaminatõem ĩductã
p attentiõem & diligentiã curare.Oẽm uitii notam delere:deniq; an in eã uirtu
tis pulchritudine ornare:claramq; reddere ualeas.Perſcrutare te ipm quiſnam es
Noſce naturam propriam quod mortalis qdem corpore immortalis uero aĩa &
quod nobis uita duplex. Vna qdem carnis propria uelociter deſitura:altera uero
animę cõſanguinea nullũ habẽs finẽ.Attẽde itaq; tibi ipſi ne mortalibus ut ſem
piternis incũbas.Ne ue ſempiterna ut cito tranſitura deſpicias.Sperne inq̃ carnẽ.
Cito nãq; hęc ꝑterit.Aĩam cura rẽ immortalẽ. Tibi pręſideas:omni diligẽtia ut
hoꝝ utriq; quod deceat recte diſpẽſare/ac diſtribuere ſcias.Carni qdem cibos &
ueſtes, Animę uero pietatis dogmata ieiuniũ uirtutis exercitatiõem:pturbationũ
correctiõem: Neq; plus ęquo corpus ſaginare/neq; circa carnis curã nimiũ ſtude
re uelis qm̃ caro aduerſus ſpm̃ & ſpiritus aduerſus carnẽ concupiſcit. Hęc enim
inter ſe cõtinuo aduerſantur. Vnde ne carnem exaugẽs/ac molliter tractãs nimiã
peiori potẽtiam tribuas.Quãadmodum in libra cõtingit ut ſi alteram peſſundes
lancem: Alteram ex aduerſo leuiorẽ cõſtitues.Sic & corpori & animę ſolet eueni
re alterius põdus excedens:leuius neceſſario reddit alterius.Corpore nãq; ſe mol
liter habẽte:ac ſagina abdomineq; pręgraui neceſſe ut mens eneruis ac debilis ad
ꝓprias actiones exiſtat.Contra uero anima bene habens: & ob cœleſtium medi
tatiõem bonãq; actionũ exercitatiõem ad proprię magnitudinis ſublimitatẽ eue
cta facit ue corporis habitudo tabeſcat:Idem quoq; ꝑceptũ & debilibus utile &
ualẽtibus adcõmodatũ.In morbis nãq; laborãtibus medici ſe oĩno fideles dili
genteſq; eſſe ac in te nullã q̃ ad curã ptineat eis defuturos pollicent᷑. Similiter &
huiuſcemodi ꝑcepti ſermo nr̃aꝝ medicus aĩaꝝ p hoc auxiliũ iuuare cõtẽdit. At
tẽde tibi ipſi ut ꝓ admiſſi ꝓportione auxiliũ ex tali cura ſuſcipias.Magnũ ac duꝝ
pcm̃ cõfeſſio:lachrymę cõtinua uigilia:adſiduũ ieiuniũ delebũt: Deniq; leuiorẽ
lõge ac tolerabiliorẽ hãc ſarcinã penitẽtia reddet:Solũ attende tibi ipſi ut plane
morbũ egritudinẽq; mẽtis cognoſcas.Plures nãq; ob incõſiderantiã uehemẽter
egrotãtes ne hoc qdem ſciũt quod egrotãt:Magna ꝑfecto ex hoc uerbo utilitas
nõ ſolũ male hñtibus ſed ẽt ualẽtibus ꝓuenit.Nã & hos a morbo liberat & illos
oĩno perficit. Quilibet.n.nr̃m ad aliis iuuãdos ex gr̃a ſibi data p euãgelium eſt
edoctus qum in eccleſia uelut in magna domo uaſa neu ſolũ aurea & argẽtea ſed

Habet eccleſia Dei Venatores Viatores Aedificatores Architectos Agricolas paſtores Athletas Milites.

lignea & teſtacea & omnis generis artes exiſtant. Habet namq; domus quę eccleſia dei uiuẽtis eſt Venatores: Viatores: Architectos: Ædificatores Agricolas Paſtores: Athletas: Milites. Omnibus his coaptatur ac quadrat hoc breue uerbum: Cuilibet & agendi diligentiam & eligendi ſtudium tribuens. Venator emiſſus a domino dicente. Ecce ego mitto multos uenatores & uenabuntur ſupra omnem montem. Attende itaq; diligẽter ne te uenatio fugiat ut uerbo ueritatis eos qui uitio tenentur comprendas. Viatores ſimiliter optanti ueſtigia mea dirige. Attẽde tibi ipſi ne extra ſemitam/ nec a dextra neu ab leua deflectas: uia regia ingredere. Architectus ſecurum fidei fundamentum iaciat quod eſt Ieſus Chriſtus. Aedificator reſpiciat quomodo ędificet non ligna non ferrum nõ ſtipulam ſed aurum argentum lapides pretioſos. Paſtor attende ne te que ſunt officii tui paſtoralis pretereant. Hec autem ſunt Errantem a uia ueritatis conuerte. Corruentem luge: egrum ſana. Agricola ifructuoſam ficum circumfodi ac his que ſint ad fructus generationem ac fecunditatem circunda. Miles ſimul cum euangelio labores ſubi: pulchram exerce militiam: Contra nequitię ſpiritus cõtra carnis adfectus corripe omnem dei armaturam: Ne te aliis uitę negotiis ut huius exercitus. Duci placeas implicabis. Athleta demum attende tibi ipſi ne legem aliquam que ad certandum pertineat prętereas. Nemo enim coronatur niſi qui legitime certauerit. Imitare Paulum & curſu & pugillatu & paleſtra certante. Et ipſe ut bonus pugil oculos animę continuo uigilantes habe. Que in te uitalia ſunt manuum propugnaculo ac obice munias atq; defendas. oculos aduerſus inimicos immobiles geras: neq; umquam conniueas. Incurſu autem inter primos contende: ſic curre ut comprendas. In paleſtra etiam cum inuiſibilibus ſpiritibus & poteſtatibus pugna. Talem igitur in uita te ratio preceptionis huius iubet eſſe non deſidem neu dormitantem ſed ſobrie ac uigilanter tibi ipſi pręſidentem atq; imperantem. Deficiet me dies enarrantem ſi eos qui in agro laborant dominico per diſciplinam aliis traditam/ ac demum omnis ad quos huiuſcemodi preceptio uerbi pertinet: perſequi uelim. Attende inquam tibi ipſi. Tibi conſule. Sobrius preſentium cuſtos: futurorum prouidus eſto: ne preſens ob deſidiam proicias ac nõ adhuc exiſtentium nec futurorum tanq̃ in manibus eſſent rerum uoluptatem capias. An non natura hec egritudo eſt Iuuenibus leuitate ſentẽtię habere iam putare ſperata? Quando ſolitudinis & quietis nocturnę occaſionem capiunt: phantaſias uarias ſine fundamento ſubiectoq; aliquo ſibi fingunt. Cogitationis facilitate ac uelocitate omnia luſtrant uitę comoda peruagantes. Nuptias in luſtres: ſummas diſciplinas honores undecunq; prouenientes. Deinde ne his etiam contenti ad ulteriora/ ac maiora mente procedentes tumeſcunt: domos pulchras ac

Nota de mẽtis & cogitationum inani diſcurſu.

magnas magniſq; refertas opibus poſſident. Terram circundant quantam cogi/ tationis uanitas eos poſſidere pmittit. Inde uero agriculturę copiam & ubertatē includunt. Addunt preterea greges paſcua ſeruos innumerabiles: ciuitatum principatus: imperia gentiū: exercitus: bella: tropęa: regnum ipſm uanis animi diſcurſibus ineunt. Quibus ob mentis ſtultitiam ita frui uidentur/ac ſi manibus & ante pedes tenerent: propria hec eſt egritudo deſidioſę ignauęq; animę uigilanti corpore ſomnia uidere. Hanc itaq; mentis diſſolutionem & cogitationū tumultum corripiens ac ueluti freno quodam mētis inſtabilitatē coibens hoc tibi magnum ac ſapientiſſimum ,ppone pręceptum. Attende tibi ipſi/ nec ea que nullo modo ſubſiſtunt: ſed que tm̄ preſentem fructum ſint adlatura animo tibi obuoluātur. Poteſt inſup ad curioſos & eos qui ſe minime cognoſcūt hoc transferri uerbum. Exiſtimo nāq; Moſem legiſlatorē ab hac uitii cōſuetudine auertere hoīes cupiētem hoc pręceptum ſubdidiſſe. Quoniam facile eſt cuiq; aliena curioſius īdagare magis q̄ propria ueſtigare. Vt igitur non hoc patiamur. Deſine inquit aliena mala ſupuacue curare neu dabis opam curioſius morbum ueſtigare alienū: ſed attēde tibi ipſi. Multi nāq; ex domini ſententia feſtucam in oculo fratris norunt: trabem uero in ,pprio nō uident. Igitur ſi tua uita pręceptis obtempet teipm̄ conſiderabis/neq; aliena extrinſecus pcuires ut ,pximi aliquid reprendendum repire ualeas: quēadmodū phariſeus ille iactatōr q ſeſe iuſtificans ac publicanū cōtemnens: Imo ſeipm̄ dannans. Nō deliquiſti? Nōne cōcupiſcendo qn̄q; aut linguę tranſcurſu mentem ſede ,puenietis peccaſti? Aut opa manuum aliqd tibi contra uolūtatem pręterq; uotum elapſum? Deniq; ſi te diligēter inſpexeris pluribus te peccatis obnoxium & omnino hoīem eē repies. Dic itaq; publicani uerba. Dn̄e ,ppitius eſto mihi peccatori. Attende igit̄ tibi ipſi. Hoc.n. uerbum! & claritatē in rebꝫ ,pſperitate & in oī uita utilitatē magnope adferet: uelut qdam cōſiliarius rebꝫ humanaꝝ memoriā cōtinuo ſuggerens. Et ,pfecto a rebus circūſtantibus pro tpe oppreſſus ſi recte hoc uerbum corde retineatur/ nec in iactantiam aut inanē gloriam ſeſe tollet nec ruſus ob deſpatiōem ad ignauiā & ignobilitatē ſe demittet. Ob diuitias tumes? ob maiores elatus aut patria ſeu fama uel honoribus ſuſceptis ſupbis? Attende tibi ipſi. Quod mortalis es: quod terra es: & in terram otius reuerteris. Illos parump inſpice q in ſimili tumore/ac ſupbia fuere ubinā ſunt q ciuiles iactabant factiones. Illi oratores illi populares ubi panegyrica & eucomia celebrantes: clariſſimi equoꝝ nutritores Duces Satrapi Tyrāni. Nōne uia cinis? nonne eoꝝ memoria in paucis oſſibus? Reſpice ſepulchra ſi diſcernere uales qs ſeruus qs dn̄s quis paup quis diues: diſcerne inquam eum q in cuſtodia uinctus retinebatur a rege/fortem a debili formoſum a turpi. Igitur naturę memor tuę

Meditatio pulcherrima q̄ paupes ac miſeri ad ſe cõſolandum utuntur.

ne ſuperbia efferaris reminiſcere tui. Rurſus autẽ ſi malo es genere & ignobilis: paup ex paupibus natus ſine domo ſine ciuita e debilis cottidianũ q̄rias uictũ potẽtes metuẽs: oẽs denīq; ob humilitatẽ ſuſpectos habẽs: quod paup nimis nõ reſiſtat. Noli ꝑpterea deſperare: noli aĩum deſpondere, nec quod tibi ſit optatum adſequãs oẽm ꝑrinus ſpem abicere. Aĩum parump in eoꝝ reuoca meditatõem que ex deo tibi in hac uita tributa ſunt bona: eoꝝ item que in futura ꝑmittũtur. Primũ q̄dem homo es ſolus inter aĩalia a deo factus. An nõ ſatis hec erit ſi quis recte cogitat ad reꝝ cœleſtiũ amorẽ ex dei manibus: reliqua nõ manu: ſed uerbo tm̃ creatis ꝑductie. Ad ipſius deinde imaginẽ eſſe factũ poſſeq; p uitę rectitudinẽ & iuſtitiam ad ęquum cũ angelis honorẽ peruenire. Donatus inſup rõne ac itelligentia p quam deũ cognoſcis: reꝝ naturam deprendis: ſapientię dulciſſimũ carpis fructũ. Deinde oĩa aĩalia terreſtria domeſtica ſimul & ſilueſtria/ac oĩa in aqua uiuentia. Oĩa denīq; in aere uolitantia: ſunt tibi ſubiecta: Nonne uides ut artes uniuerſę ciuitates condite & quecunq; alia neceſſaria tuę ſeruiunt comoditati? Nonne iter tibi p mare rationis munere: unde & uictus tibi ſuppeditatᷓ? nonne aer & cœlum & aſtroꝝ curſus tibi ſuũ ordinẽ oſtẽdũt? Cur ergo anguſto es aĩo? quod argẽteo freno uti nequeas? quod aureã lampada nõ habes: at ſolem lunãq; habes ſuas lampadas uelociſſimo curſu comunicantes. Non ueheris aureis curribus? At pedes habes ꝑprium uehiculũ ac tecũ genitũ: Cur inuides his q̄ ſe alio transferẽdo alienis indigẽt pedibus? Non dormis in cubilibus eburneis? ſed habes humũ ebore omni ꝑciosiorem ſupra quam a curis ſolutus dulcem captas requiem. Nõ iaces ſub cameris tholiſq; aureis: ſed cœlũ habes in enarrabili aſtroꝝ pulchritudine ſupra te coruſcans. Hec q̄dẽ humana: ſed pp te maiora in hoibus ſpiritus ſancti uirtute oſtenduntᷓ. Mortis interitus. reſurrectionis ſpes precepta diuina que tuã ꝑficiunt aĩam ac beatã reddunt: Iter ad deum ob eadẽ mandata regnũ cœloꝝ monſtratũ corona iuſtitię parata/labores ob uirtutem nõ inanes adſumpti. Si ergo tibi ipſi attenderis hec & maiora circa te inuenies & preſentibus q̄dem bonis honeſte fueris & in rebus neceſſariis anguſto nõ eris aĩo. Hoc enim unum ante oculos cõtinuo pręceptum magnũ ꝑſtabit adiumẽtum uerbi gratia ſi ira indignatioq; ſupabit teq; ad inhoneſta uerba & actiões minime laudãdas plane deduxerĩt. Si ꝑfecto tibi ipſi attenderis qualiſue ſis, conſiderabis ꝑculdubio mẽtis tuę tenebras ac tumultus expelles: & ex impetu aĩum pręcipitãtem ut equum indomitum nec freno audientem rationis tantum uerbere ueluti flagello reuocabis. linguam inſuper facile continebis: manus uero in prouocantem atq; irritantem minime extẽdes. Rurſus ſi œſtrum concupiſcentię te ad intẽpantiã & indomitos animi impetus deducat: Si tibi ipſi attenderis & memineris queadmodum

modum hoc tibi dulce ad breue tp̃s exitũ tibi amarũ prębebit & inherẽs n ũq̃uoluptati corporis gargaliſmus. Hic uermem q̃nq̃ pariet uenenatũ. Nos ingehena ꝑpetuo cruciantẽ & carnis incendiũ pr̃ ignis ꝑpetuo fiet. Statim abſe uoluptates ut exules fugient tecũ admirabilis q̃dam ai tranq̃llitas quieſq̃ fuerit. haud aliter q̃ ſi p alicuius herę pudicę / ac uenerabilis aduentũ: ancillarũ laſciuia & tumultus ſtatim ſedetur. Attẽde ergo tibi ipſi & noſce futurũ qđ una q̃dem pars aię rõnis pnceps/altera rõne carens & ꝑturbatiõibus obnoxia: Primę itẽ natura impiũ dat alteri rationi obtempare mandat̃: Ne igit̃ ut mens in harũ ꝑturbatiõum ſeruitutẽ redigat̃/neu item ut ꝑturbatõẽs & adfectus aduerſus rõnem inſurgãt/ac in ſe ipſas uim aię cõuertant: ullo modo ꝑmitte. Omnino aũt tui ipſius notitia diligens idoneũ iter tibi ad deũ ꝑueniẽdi/ac benecogitandi prębebit. Si. n. tibi ipſi attenderis nihil ꝑparationis aut adhortatiõis uerborũ ad auctorẽ cõditorẽq̃ oĩum imitãdum indigebis ſed in teipſo tanq̃ in orbe paruo magnã illius ſapiẽtiam cõtemplaberis. Incorporeum noſce ante oĩa deum examina tua incorporea tibi inexiſtente nõ loco circũſcriptum q̃m neq̃ mens tua in loco manſionẽ habet/q̃uis ob corporis cõiunctionem in loco maneat inuiſibilem eſſe deum crede tui ipſius aiam cognoſcens q̃n & ipſa corporeis oculis deprehẽdi nõ põt. Nõ. n. aut colore obducitur aut figura circunſcribitur/aut charactere aliquo corporeo cõprẽditur: ſed tm̃ ex actibus & geſtis cognoſcitur. Ne ergo in deo p oculos notitiam quęras: ſed tm̃ mente p fidẽ deguſtatur non uidetur: Intellectu nõ ſenſu deprenditur Quid nõ eſt: nõ quid eſt altiſſima cauſa cognoſcitur. Admirare obſecro aliq̃tulũ artificem quonãmodo animę tuę uirtutẽ corpi colligauit ut ad extrema uſq̃ ipſius diſtributa plurima diſtantia mẽbra in unã continuitatẽ & unũ ſpiritũ regat Conſidera item quę utriuſq̃ ſorsq̃ue animę premia ex corpore: que item corporis ex anima. Quemadmodum hoc quidem ex anima uitam recipit. Anima uero ex corpore dolores perturbationumq̃ receſſus habet: Cur notitiam rerum pri mocaptarum additio ſubſequentium non obumbrat: ſed ualidę ac diſtinctę rerũ memorię in animę principatu uelut in columna quadam ferrea conſcriptę cuſtodiuntur. Quomodo inſup in carnis lubricę adfectus incurrens propriũ amittit decus: quomodo rurſus a uitii turpitudine purgata per uirtutem ad conditoris ſimilitudinem reuertatur Attende ſi tibi uidetur poſt animę contemplationem corporis preparationem ac mirare quemadmodum decus ipſum principale atq̃ inſtructiuum animę rationis participi Ariſtoteles conceſſit. Rectus ex omnibus animalibus es creatus ut plane ex ipſa figura uideas quemadmodum ex genere cœleſti eſt anima tua. Genus autem quadrupedum in terram adſpicit: & uentri tantum indulget. Homini autem in cœlum adſpectus ut nec ueneri nec eius ui-

Noſſe ſeip̃m uia ẽ ad deũ ꝑueniẽdi.

Breuis diſcurſus ac cõſideratio toti⁹ hominis naturę

tijs uacet ſed ad ſupnum iter tota cupiditate ferat. Deinde caput in ſupremo po ſitum uertice plures habet in eo pręcellentes ſenſus uiſum auditũ guſtũ olfactũ. Oĩs ſane inter ſe ꝓpinquos nihil quolibet uicinũ in actu impediẽte. Oculi imprimis altiſſimã q̃dem ſpeculã cõprendunt ut nihil partiũ corporis eos attingat: aut impediat: ſed una tm̃ alioꝝ additione in parte ſuperiore cõſidentium in rectum extendant. Auditus uero nõ in recto cõſiſtit. In obliquo loco ac in uolucri receſſu ſonũ ex aere deprendit & hoc q̃dem ſapientiſſime ut uox facilis ac ſine impedimẽto ꝑtranſeat que in locis curius melius reſpõdere ſolet nihilq; extra ad eius fluxũ atq; recurſum impediat. Diſce inſup linguę naturę quẽadmodum uocis organa ſunt uertibilis & uſui ſermonis oĩ motus uarietate ſuppeditãs. Dentes quoq; cõſidera quẽadmodum uocis organa ſunt: linguęq; tutelam pſtant: tum nutritioniſq; miniſtri ꝑtim cibum frangentes ꝑtim cõterentes & cõgruo quodam motu oĩa ꝓcedentia. Noſce item ut tractus aeris p calidũ pulmonem cordis cuſtodiã facit/organi digeſtionis ſanguinis uenas ac uias tuetur. Et p hec oĩa inueſtigabilem conditoris tui ſapientiam meditare/ut ſimul cum ꝓpheta dicas. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me. Attende itaq; tibi ipſi ut deo & domino noſtro Ieſu Chriſto ſimul attendas Cui gloria & imperium in ęterna ſecula. Amen.

QVOD DEVS NON EST AVCTOR MALORVM.

PLures doctrinę modi per pſalmoꝝ cõditorem Dauid ſacro eum commutante ſpiritu nobis innotuerũt q̃ animi ꝑturbationes interdum narrãs & quẽadmodum ea que euenerũt generoſe tulerit ipſius exẽplo patiẽtię nobis pręceptum clariſſimũ reliquit ut qñ ait. Quid multiplicati ſunt q̃ tribulant me dñe. Quandoq; uero dei bonitatẽ & eius auxilii uelocitatẽ/q̃d̃ uere ipſis ingrẽtibus prębet oſtẽdit dicẽs. Qum inuocarẽ exaudiuit me deus iuſtitię meę. Quę ſanę ſnĩa illi ſiſis alterius ꝓphetę ſcribẽtis. Adhuc te loquẽte dicit ecce adſum. Hoc eſt nõdũ uocare deſiſti & finẽ uocatõis aures dei ſuſcepũt. Rurſus ſupplicatiões ſimul & p̃ces offerẽs deo docet nos quẽadmodũ fas ſit in pctĩs exñtes deũ placare. Dñe ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. In .xii. aũt pſalmo lõgũ tẽtatiõis certamẽ oſtendẽs ait. Vſq;quo obliuiſceris me dñe in finẽ. Vſq;quo auertis faciẽ tuã a me. Statim deĩde ad illud trãſit malũ eoꝝ q̃ deũ nõ eẽ putãt dũ ſi q̃d eis calamitoſum acciderit inſtantẽ in rebus aduerſis dolorẽ nõ ferẽtes ſecũ ꝑplexi dubitãt an ſit deus. An ſingula uideat. Si cuiq; ꝓ dignitate diſtribuat. Deinde ubi ſeipſos uiderint in his que nolũt diu diſtẽtos prauũ dogma ſecũ ꝓfitent & in ſuis cordibus ita decernũt. Nõ eſt deus. Dixit inſipiẽs i cor

de ſuo non eſt deus. Hoc itaqꝫ qum in animum induxerunt: certatim ad omne reliquum peccati genus ruunt: Si enim nullus eſt rector ſi nullus qui pro mentis uitę cuilibet tribuat. Quid prohibet pauperem cõculcari orphanos periclitari uiduam & aduenam peſſundari: omne audax facimus tentari? Impuris & abominandis adfectibus: omnibus deniqꝫ peſtiferis cupiditatibus inquari? Idcirco ut merito ſequens nõ eſſe deum addidit. Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis. Difficile profecto a uia iuſta aberrare qui in ſuo corde dei nõ obliuiſcitur. Vnde queſo gentes traditę ſunt in reprobum ſenſum ut faciant ea que non conueniant ut ait Paulus? Nonne qm̃ dixerunt non eſt deus? Cur inquã in paſſiones ignominię ceciderunt ut feminę apud eos naturalem uſum mutauerint qui eſt contra naturam mares in mares turpitudinem operãtes. Nonne qm̃ mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in ſimilitudinem uolucrum & quadrupedum & ſerpentium? Stultus igitur & uere ſenſu alienatus qui dixerit non eſt deus. Similis item huic eſt qui tãta inſania capitur ut deum malorum cãm dicat parqꝫ priori ſcelus exiſtimauerim/ qm̃ ambo deum ſimiliter negant: alter qdem non eſſe omnino dicit: alter uero nõ bonũ eſſe adfirmat: Si.n. maloꝝ cauſa: non bonus: ſi non bonus neqꝫ deus unde inquit ille tot morbi intempeſtiuę mortes/ ruinę ciuitatum: naufragia bella peſtes. Hec enim mala omnia exiſtimo ex deo prouenientia. Nec ergo hebeo alium pręter deum in euentibus omnibus incuſare. Sed huc adcede queſo quãdo in uulgatam incidimus queſtionem ad aliquod confeſſum principium orationem adducentes difficilius accipientes problema planam & explicatam de ipſo enarrationem facere tentabimus. Vnum quidem hoc habere in mentibus noſtris pręſumptum uolumus: quemadmodum ipſius dei ſumus opus & ab ipſius prouidentia ſiue in paruis ſiue in magnis regimur atqꝫ gubernamur: Nec ex his que patimur aliquid eſt malum non inquam quãquam contra ſentiunt pleriqꝫ. Ex deo inquiunt mortes. Non malum omnino mors niſi quis dixerit peccatoris mortem p pœnas apud iferos: principium quietis profecto fuerit ac eorum liberatio que hic patimur. Rurſus autem apud inferos que ſunt mala non deum cauſam habent ſed noſipſos. Principium namqꝫ ac radix peccati: in nobis & in noſtra poteſtate: quibus ſi a malo abſtinuiſſemus nihil omnino graue pati licebat Iidem ſi in peccatum per uoluptatem ruamus: quam rationem habere/ aut adducere poterimus ne nobis ipſis cauſa pœnarum ſimus. Malum igitur aliquod eſt ſecundum ſenſum aliud natura ipſa. Malum itaqꝫ natura ex nobis oritur Iniuſtitia impetus: in conſiderantia timiditas inuidia cedes ueneficia aſtutia fallacia & reliqua omnia que animam ad dei imaginem factam ſint apta inquinare & ipſius pulchritudinem aliquo modo inficere

In morte nullum malum.

De malo duplici.

Ruſus malum dicemus quod triſte durumq; ſenſibus ſic noſtris ut corporis
mortem plagas egeſtatem ignobilitatem pecunię mulctam : domeſticorum a-
miſſiones quorum quodlibet nobis a ſapientiſſimo & optimo domino ad uti-
litatem tribuuntur. Diuitias quidem eripit ab his qui male his utebantur / in-
ſtrumentumq; illis iniuſtitię fuerant. Morbum inducit his quibus magis expe-
diebat membra habere impedita : & impetus ad peccandum tardiores. Mors
uenit ut uitę finis iam expletę quam quilibet ab initio influxit iuſtum dei iu-
dicium longe noſtram utilitatem proſpicientis. Fames & ſiccitates & inunda-
tiones communes quędam ſunt ciuitatum ac gentium plagę : hominum pecca-
ta immodica punientes. Medicus namq; ſi labores doloreſue addit cum mor-
bo non cum egro dimicat. Sic & bonus deus ſalutem omnibus per caſtigatio-
nem ac pœnam diſtribuens. Tu nequaquam medico iraſci debes ſi ex mem-
bris hec incidit : illa urit : alia uero a corpore omnino ſeparat. Sed ualde lucrifacis
& ſeruatorem eum uocas quod in parua corporis parte morbum curet priuſquā
ad totum corpus morbus perueniat. Quando ciuitatem uideris terremotu con-
cuſſam colonis priuari aut nauigium mercibus plenum in mari diſſolui. Con-
tra uerum Iudicem & ſeruatorem armare linguam non dubitas : cum te intelli-
gere oporteat quemadmodum moderati labores medicina ſunt hominum. Nā
ex diligentia utilitas prouenit : quando uero dolor ob curam minime lenitur /
neceſſarie inutilis membri alienatio / ne morbi eius continuatio cetera corporis
uitalia percurrat. Ex quo non inciſio aut cauterium : non medicus cauſa : ſed
morbus. Sic item Ciuitatum interitus ex nimia peccantium peruerſitate origi-
nem habentes deum ab omni querelę cauſa ſoluunt : At iniquis ſi malo-
rum intentator & non cauſa deus. Quomodo dicitur. Ego pręparans lumen
& faciens tenebras : faciens pacem & poſſidens mala. Et rurſus. Deſcende-
runt mala ad eo in portus Hieruſalem & non eſt uitium in Ciuitate quod de-
us non fecit. Et in magno cantico Moſis. Videte quod ego ſum & non eſt de-
us pręter me. Ego interficiam & uiuere faciam : percutiam & ego ſanabo. Sed ni-
hil horum apud eos qui recte ſcripturę ſenſum teneat dei ut malorum auctoris
accuſatione habet. Quod autem propheta dixerit. Ego pręparans lumen & fa-
ciens tenebras creationis auctorem ſeſe per hec non mali alicuius conditorem ſi-
gnificat. Ne igitur exiſtimes aliam lucis : aliam uero tenebrarum cauſam eſſe. Ne
item ignis aeris : aquę terrę quod hec ob qualitates contrarias interſe quodammo-
do pugnare uideantur diuerſa eſſe initia tibi ueniat in mentem. Quod iam qui-
dam ita eſſe ſentientes in plurium deorum ac principiorum opinionē uenerunt :
Seſe deus omnium illorum unum exiſtere auctorem atq; principium fatet. De-

inde quum dicit. Facit pacem & poſſidet mala. Maxime namq; in te pacem facit: quando per bonam doctrinam: tuam ſerenat ac tranquillat mẽtem & p adfectus aduerſus animam inſurgentes conciliat. Poſſidet autem mala hoc eſt lenit ipſa & in bonum ſtatum exitumq; deducit: ut iam mala eſſe deſinant: boniq; naturã accipiant: Cor mundum crea in me deus. Non enim dicit: Nunc crea: ſed in uitio inueteratum renoua & ut duo creet in unum nouum hominem non ut ex non exiſtente faciat: ſed ut non exiſtentem ornet atq; renouet: & ſiquis in Chriſto noua creatura. Et rurſus Moſes. Nonne ipſe pater tuus qui creauit te & fecit te & poſſedit te? Clare hic poſt creationem creatio conſtituta nos docet ut creationis nomen ſic ut alia plura in bonitate ſit conſtitutum. Itaq; pacem faciens: ſic pacem facit ex eo quod mala creat. Hoc eſt ex eo quod mala in bonum reducit ſtatum. Deinde ſi pacem intellexeris eam que ex bellorum fœdere ſequitur: & malum dicas labores qui bellum gerentes ſecuntur uigilias ſudores/uulnera cedes hoſtium captiuitates. In ſeruitutem redactiones. miſerabilia captorum ſpectacula. Deniq; quecunq; triſtia in bellis eueniunt: dico iuſto dei iudicio fieri aduerſus eos qui ob bellorum uaria crimina mulcta ſunt digni. An tu non uis flagraſſe Sodoma poſt impietates illas & flagitia? An non cecidiſſe Hieruſalem & templum deſolatum poſt horribilem in Dominum crudelitatem Fieri autem aliter fas erat? & non per Romanorum quibus Iudęi propriæ ſalutis inimici Dominum noſtrum tradiderunt: Ex quo quandoq; mala ex bello his qui digni ſunt iure infliguntur. Illud autem conſidera. Ego interficiam & ego uiuere faciam. Percutiam & ego ſanabo. Recipe uerbum ſi uis ita: ut ex ſententia promptum eſt. Neſcis quemadmodum ſimpliciores ob metum proficiunt & ædificantur? Nam & mortis & plagarum formido abſterrent: Cura uero & ſanitas charitatem creant. Licet attamen tibi altius de hoc ſentire. Ego interficiam peccata: uidelicet: & uiuere faciam Iuſtitia. Quanto enim exterior homo noſter corrumpitur: tanto interior renouatur. Non enim alium interficit & alium uiuificat: ſed eundem per ea que interficit uiuificat. Itemq; per ea que perimit ſanat ſecundum prouerbium illud. Quoniam tu Baculo ipſum percuties & animam eius ex morte liberabis. Caro igitur percutitur ut anima ſanetur. Peccatum perimitur: ut Iuſtitia uiuat. Illud autem quod ſupra memorauimus. Deſcenderunt a Domino mala ad portas Hieruſalem. Inde habet expoſitionem: qualia mala ſonitus curruum & equitum. Quando autem audiueris: Non eſt uitium in ciuitate quod Dominus non fecerit: Intellige hic uitii nomen uexationem: ac calamitatem ſignificare: quam

deus peccantibus ad errores corrigendos infligit. Contriſtaui te inquit & adflixi
ut redde e meliorem priuſq̃ ad iuſtitię ſummum pueniaſ ut obice quodã undã
irrumpentem compeſcens. Hac itaq; de cauſa ciuitatum ac gentium morbi ſic/
citates aeris: terrę ſterilitates/ac cuilibet in uita mille caſus emergentes. Que om
nia ne uitium ulterius progrediatur efficiunt. Ex quo mala ſimilia ex deo eſſe fa
temur: ueris ac natura ipſa malis reſiſtentia. Huiuſcemodi namq; ſecundum cor
pus adflictiones extrinſecis quidem laborioſę ad peccati compeſcendam licentiã
a domino prebentur. Extinguit ergo deus malum: non ex deo malum quoniã
& medicus morbum tollit: non morbum corpori infligit. Ciuitatum itaq; inte/
ritus terremotus inundationes: exercituum clades naufragia & omnes deniq; ho
minum calamitates ſiue ex terra ſiue ex mari. Ex aere ex igne ſeu quacũq; naſcũ/
Nullũ malũ tur cauſa ad homines lapſos in ſobrietatem reducendos eueniũt. Ipſo deo publi
niſi peccatũ. cis pœnis publicam caſtigante iniquitatem. Malum itaq; proprie tantum pecca/
tum hac uere dignum appellatione: quod in nobis exiſtat & ex noſtra proueniat
optione: ſi reicere an acceptare uelimus. Reliqua uero que appellantur mala par
tim ad exercendos dantur bonos & fortiores in uirtute reddẽdos. Quemadmo
Iob. dum Iob filiorum priuatio totius ſubſtantię breui tempore amiſſio corporis pla/
Dauid. ge ac cicatrices. Partim ad caſtigandos in peccata uaria mentes ſicuti Dauid acci/
dit multa domus eius uerecũdia iniuſtę cupiditatis pœnas danti. Rurſus autem
aliud ex iuſto dei iudicio malorum hoc eſt pœnarum genus prouenire cogno/
Dathan & uimus ad homines in uitium pro nos ſanctiores faciẽdos ut Dathan & Abiron
Abiron. quos terre hiatus uiuos deuorauit: qui quãquam Propterea nihilo melioris eua
dant: (quomodo enim qum ad infernum trahãtur) attamen reliquos exemplo
Pharao. cautiores prudentioreſq; reddũt. Sic & Pharao una cum exercitu in mare periit.
Sic demum domiti qui paleſtinam habitabant. Ex quo quanquam dicit apoſto
lus uaſa irę apta in perditiõem: ne ſuppellectilem aliquam malam exiſtimemus
fuiſſe Pharaoni. Sic enim in eos qui aliquid uaſorum prępar ãt iuſta foret ultio.
Sed ubicunq; audiueris uaſa intellige quod noſtrum quilibet ad aliquem factus
eſt uſum. Quemadmodum in magna domo uas eſt aureum argenteum teſtace
um ligneum. huiuſcemodi ergo materię hominis electio cuiuſq; comparatur.
Vaſa q̃d per Nam uas aureum is eſt qui mente moribuſq; ſimplex ac ſine dolo eſt. Argente/
metaphoram um item non diuerſis multum ab illo ſententia moribuſq; fuerit. Teſtaceum ac
ſignificent. figlinum qui terreſtria ſapit & frangi contericq; ſit aptus. Ligneum qui per pcm̃
facile ſordet & igni externo materiã prebet: Sic deus oĩpotens. Irę uas ueluti ſor/
didũ ſepat ac ob inherẽtem ex corruptiõe fetorem uſibus adhibere minime ua/
lens ut inutile & interitu dignum abolet. Quamobrem quando iam ipſum.

Pharaonem conteri erat opus. Sapiens animarum noſtrarum rector uſq; adeo illum ſuſtinuit ut clarum celebreq; cibus exemplum eſſet & aliis utilis ob mala tolerata:qũ ipſe ob ingẽs uitiũ intolerabilis erat:redderet. Obdurauit eũ lõganimitate/ac pœnę dilatione ipſius ferens uitiũ ut ad extremũ eius iniqtate ad ſummũ glíſcẽte iuſtius ſup eũ dei iudicium oſtenderet. Idcirco plagę modice qdem ab initio inflictę/ac cõtinuo creſcentes eius duritiem minime flexere. Quin obſtinatiõe ſemp fecere: Ex quo dei patiẽtia ab utẽdo pœnas grauiſſimas inueterata cõſuetudine tolerans minime curauit. Nec ſic qdem morti eſt traditus donec ipſe ſeſe pcipitem dedit cordis ad rogãtia fretus iter contra iuſtos auſus eſt tentare/ ac exiſtimauit quẽadmodum populo dei ſic & ipſi mare rubrum facile trãſire liceret. Hec itaq; tu frater ex deo cognoſcẽs & apud te mali ſpecies diſtinctas habens noſce unum omnino uere malum eſſe pctm̃ cuius finis mors:& alterũ appens tm̃ malum ſenſibus nr̃is adflictiõem prębens:bonum alicqn uirtutis habens quemadmodum ſunt calamitates & incomoda que uim peccata coercendi habẽt/ quorum fructus ſalus ęterna. Parce diuinam incuſare prouidentiam nec deum mali auctorem dixeris. Neu mali propriam hypoſtaſim habere exiſtimaueris. Nõ enĩ ſubſiſtit uelut animal iniquitas neq; ipſius eſſentiam. Enypoſtaton ſtatuere poſſumus. Nam malum boni priuatio eſt. Oculus enim creatus eſt. Cecitas oculorũ amiſſio. Ex quo niſi oculus mortalis fuiſſet naturę:nunquam cecitas ſucceſſum habuiſſet. Sic & malum in propria ſubſiſtentia non eſt:ſed in animę orbitatibus gignitur. Non enim ingenitum eſt ut impiorum eſt opinio par omnino conditione bonę naturę malum ponentes. Nam ſi ambo ſine principio:& generatione priora ſunt ex quo nec facta:Si autem omnia ex deo quomodo malum ex bono? Non enim turpe ab honeſto neq; uitium a uirtute. Lege mundi creationem & inuenies quod ibi cuncta bona. Imo ualde bona/non ergo malum cum bonis creatum:ſed neq; creatura intellectiua a deo facta cum iniquitate commixta eſt: Si enim corporalia in ſeipſis malum ſimul creatum non habuerunt: quomodo intelligibilia tantum & puritate ac ſanctitate differẽtia comunem cum malo hypoſtaſim habuiſſent? Sed eſt malum omnino & ipſius palam fit actus per omnem uitam diffuſus. Vnde queſo ipſi eſt eſſentia? Si ſine principio eſt neq; factum eſt. Interrogentur homines ſimilia querentes. Vnde morbus. Vnde corporis orbitates. Non enim ingenitus eſt morbus: neq; item dei opus. Sed bene creata ſunt animalia / conuenienti eis preparatione ſecundum naturam & membris diſtincta in uitam prodierunt:In morbos item ſecundum naturam ceciderunt a ſanitate deficientes uel ob malam dięțam ſeu ob aliquam aliam cãm q̃ corpibus accidere ſolet:corpus nihilominꝰ deus fecit/ morbũ minime fecit. Et

aĩam ſimiliter deus fecit non autem peccatum. Vitio namq; anima contaminatã
ut ex libero proceſſit arbitrio ſecũdum naturã fuit. Erat nãq; illi bonum dei cu-
ſtodia ꝓcedens & iure caritatis coniunctio q̃dam qua excidens uariis & multi-
modis ſe malis cõtaminauit. Ex quo oĩs aĩa mali eſt capax qm̃ libero facta eſt ar/
bitrio/quod creaturę rationis participi maxime cõueniebat. Soluta.n.hec oĩ ne-
ceſſitate & uitã in ſua poteſtate cõſtitutã ex deo accipiẽs ſeſe ad eius imaginem
creatã eſſe nouit. Ex quo ꝓprium bonũ gaudiũq; intellexit ꝑmanẽſq; in boni cõ
templatione poteſtatẽ ac uirtutẽ hr̃ & dulci intelligibilium cõſideratione ſuã ſe-
cũdum naturã uitã cuſtodit. Habet aũt a bono deflectendi q̃ñq; facultatẽ. Hoc
enĩ ei cõtingit qum beatę oblectatiõis ſatietate adfecta & ueluti ueterno quodã
grauata ac eſtatu ſuꝑiore ad carnis delitias migrans uariis ſe uoluptatum libidini
bus ĩmiſcet. Erat nãq; Adã in ſublimi non loco: ſed arbitrio qñ ſtatim aĩam ſu-
mẽs in cœlum lętus adſpexit ex his que uidit maxime gauiſus ac eũ uehementer
amãs a quo bñficium tm̃ & ęternę uitę fruitiõem accepat q paradiſi intereſſe de
litiis & ęque cũ angelis uiuere & diuinę uocis ꝑticipem eſſe dederat. Pręter autẽ
oĩa dei cõtemplatione beatus uidebat᷑. Tandem rebus oĩbus refertus in deſidiã
ac bonoꝝ ſatietatẽ ruẽs: appens oculis delectabile intellectuali pulchritudini prę
tulit & uentris ſaturitatẽ ſpiritali delectatione potiorẽ habuit. Ex quo ſtatim e pa
radiſo pulſus extra beatã illã fuit uitã. Non ergo ex aliqua neceſſitate malus: ſed
ex proprio cõſilio factus peccauit. Ob pcm̃ uero interiit: Opſoniũ deniq; peccati
mors. Quantũ.n.abſtitit a uita. Tm̃ morti ꝓpinquauit uita nãq; deus uitę uero
priuatio mors. Itaq; mortẽ ſibi Adã ob diſceſſum a deo parauit: ſecũdum quod
eſt ſcriptũ. Ecce oẽs elongantes abſte peribunt. Quãobrem ſane appet deũ mor-
tẽ nequaq̃ feciſſe: ſed noſmet ex mente praua eã ſponte attraximus quã deus ob
eas quas ſupra narrauimus cauſas minime ꝓhibuit: ne ĩmortalem in nobis mor
bum cõſeruaret. Quẽadmodũ uas figlinũ rimas oſtendens nõ prius igni ad ꝑfi-
Not. cur facultas peccãdi nobis non erecta. ciẽdum tradir̃ q̃ a figulo recõcinnetur emẽdeturq;. Sed cur inquis huic uali nõ
inſitum ut peccare nõ poſſit ut etiam nobis uolentibus facultas peccandi deſit᷑
Quoniam inquam & tu ſeruos non quando uinctos in cuſtodia retines beni-
uolos eſſe tibi exiſtimas: ſed ſponte omnia que erga te oportet uideris agere: Sic
item deo eum puta fore amicum non qui coactus: ſed qui ſponte ſua uirtuteq; il
li obtemperat. Arbitrium in nobis. optioq; libera laudatur merito aut uitupat᷑. Is
ergo q creatorẽ incuſat ut paꝝ ꝓuidũ parũq; naturę cõſulẽtẽ humanę qd᷑ nobis
peccãdi nõ eripuerit arbitriũ: Nihil aliđ opinari uident᷑ q̃ naturã rõne carẽtem/
ea que rõnis eſt particeps eſſe potiorem & illa que nõ mouẽtur nec mente degu
ſtant his que eligunt iudicant cõferunt omnino pręſtare. Hec & ſi ꝑ tranſitum

attamen nõ ab rẽ dicuntur ne in ꝓfundum inaniũ cogitatiõum ruẽs pręterq̃ qđ tp̃s & opam in his ueſtigandis fruſtra cõſumis deum ẽt emittas. Deſinamus ergo ſupuacua q̃rere ad ueram ſapiẽtiam nos oĩno recipiẽtes. Deſinamus inq̃ melio a q̃ deus fecerit indagare Quod ſi ob nr̃a ingenii debilitatẽ oĩa dei cõſilia ſigillatim nõ attingere neqmus. Illud attamẽ aĩs nr̃is infixum ac incõfeſſo ſit nihil malũ a dño fieri. Hinc merito alia cogitatio queſtioq; de Diabolo naſcit̃. Vnde diabolus ſi nõ ex deo malꝰ? Quid ig tur dicamus? Satis facilis qdem reſponſio. Eadem oĩno ratio huius fuerit interrogationis quã & de hoĩs iniq̃tate ſupra cõmemorauimus. Vnde queſo iniqus homo? Ex ipſius libera uoluntate. Vnde malus diabolus? Ex eadẽ penitus cã. Habet.n. & ipſe liberã in agẽdo uitã & inſitã opãdi poteſtatẽ aut deum ſequi/aut ab eo remoueri. Gabriel angelus a deo nũquã deſtitit. Satan itẽ angelus ex ordine ſuo prorſus cecidit. Ex quo illũ optio bona in cœlo retinuit Hunc uero praua de cœlo detruſit. Ille p caritatẽ ſeruatus in gratia remanſit: Hunc adeo reiectũ eſſe oſtendit p pcm̃ alienatio. Malũ igitur hoc tm̃ adeo alienatio. Ná parua qdem oculi cõuerſio: paruus nutus: breue momẽtum ut ſolis pticeps aliqs exiſtat uel in umbra remaneat facit. Reſpiciẽti.n. in ꝓmpto qđe ſpõte reſpicere & idcirco illuſtrari: Auertẽti aũt ſe a ſole remanere in tenebris neceſſe fuit. Sic & iniqus diabolus nõ ex natura: ſed ex eius optione malignitatẽ poſſidet. Queris unde illi cõtra nos bellũ qm̃ oĩs ipſe uitii promptariũ exiſtẽs inuidię morbu facile retinet Inuidit ꝑfecto qum nos tãti honoris ex deo pticipes adſpiceret/nec facile tulit uitã in paradiſo beatã ducere. Quãobrẽ dolis hoĩem aggreſſus eadẽ nos ambitionis cupiditate q̃ ipſe ab initio habuit uelle ſimilẽ eſſe deo hãc rurſus ad decipiẽdum ligñũ oſtendit p cuius deguſtatiõem mõſtrauit eũdem deo ęquiperari poſſe. Si comederitis inquit eritis ueluti dii malũ ac bonũ cognoſcentes. Nõ inimicus igr̃ nobis a deo cõſtitutus eſt: ſed ipſe ex inuidia ſeſe nobis oppoſuit. Animaduertens eum ſe ex angeloꝝ ordinibus expulſum nõ tulit terrenã creaturã ad angelorum dignitatem p uirtutis profectum ꝑ[illegible] hi. Quoniam itaq; inimicus eſt factus deus ſerpentem ut miniſtrum in hoc [illegible] utens nobis aduerſum perpetuo tribuit/ac minas in nos transferens ait. [illegible] nimicitiam in medio tui ponam. Ex quo eius ad hominem conciliationes peſtilentes ac maxime nocentes erunt. Quoniam huius amicitię lex his que iam [illegible]traxit ſimilia parere apta eſt. Quamobrem recte prouerbium dicit Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Quemadmodum enim in peſtilentibus locis epotus aer latentem corpibus morbum inicit. Sic itẽ in praua conſuetudine ac conuerſatione maxime nobis mala auriuntur etiam ſi ſtatim incommodum non ſentiatur. Idcirco nobis aduerſus ſerpentem ne talis controuerſia cõcilietur.

Vñ diabolꝰ.

maxime in uigilandum.Si aũt inſtr̃m hoc tanto dignum odio fuerit:quãto ma
gis illi nos petenti ac tentanti aduerſari oportebit.Sed cur inquis lignum hoc in
paradiſo fuit:p quod nos diabolus tentaturus erat.Si.n.deceptionis eſcã ac ma
teriã nõ habuiſſet quonã modo nos ei obtempando ad mortẽ deduxiſſet: Quo
niam mãdatum eſſe oportuit ut nr̃am erga deum ꝓbaret obediẽtiam. Ideo plan
ta pulcherrima fuit fructibus ſcatens:ut in abſtinẽtia uoluptatis:animi cõtinẽtis
uirtutem oſtẽdentes:patientię coronã ꝓmereremur.Cibũ ſtatim nõ ſolum prę
cepti cõtumacia ſecuta eſt:ſed ẽt nuditatis cognitio . Comederũt inqt & apti ſũt
oculi eoꝝ cognouerũtq; quod nudi eẽnt.Oportebat.n. ſe nudos minime cogno
uiſſe/ne mens hoĩs ad eoꝝ cupiditatẽ que ei deeſſe uiderent traherent. Amictũ

Oĩs ad tuen-dũ corpus di ligentia poſt Adam pcm̃: materia fuit iniuſtitię.

nãq; nuditatis defenſionẽ ſolatiũq; eſſe exiſtimauit & demũ oĩs carnis diligẽtiã
in iuſtitię materiã aduerſus deũ ad ſe traxit. Cur inqs nõ ſtatim eis ab initio ami
ctus pręparati. Quoniã hec nec naturalia neq; ex arte erant. Nã quedã naturalia
ꝓpria ſunt brutoꝝ ut pennę ſetę pelliũ craſſitudines que & frigoribus reſiſtũt: &
ęſtus ferunt: In qbus nihil alterũ ab altero diſtat ęquali oibus natura ſuppeditã
te:Homini aũt ſecũdum ꝓportionem in deum caritatis pręſtãtior bonoꝝ diſtri
butio cõueniebat. Amictus itẽ ex arte defuere qm̃ artiũ ſtudia negotii ſunt ger
mana & cognata:quod negotiũ ut maxime hoi noxiũ uitandum erat. Quãobrẽ
deus nos in uitã reuocãs ex animabus nr̃is curas euellere conatur dicẽs.nolite aię
ur̃ę cogitare qd edatis aut corpi qd induamini. Non itaq; ueſtis ei ex natura ne
q; ex arte conueniebat. Sed alia erãt que eum ex dei caritate decebãt: Fulgẽtibus
qbuſdam radiis more angeloꝝ ſplendere que oẽm floꝝ uarietatẽ . Oẽm aſtroꝝ
claritatẽ ſuparent.Hac igr̃ de cauſa:nõ ueſtes ei ſtatim prębitę qm̃ uirtutis p̃mia
illi repoſita erant que cõſequi uis diabolicę tẽtatiõis nõ pmiſit. Aduerſarius igit
nobis eſt diabolus ob antiquã ex eius inſidiis ruinã a qua nos dñs liberauit : ac
p obediẽtiam quodãmodo renouauit ut de inimico triũpharemus. O nunq̃ dia
bolus fuiſſet:ſed in eo ordine quo ab initio cõſtitutus fuit remãſiſſet. Poſtq̃ uero
ab auctore ſuo defecit inimicus qdem dei. Inimicus item hoĩs ad ipſius imaginẽ

Diabolus miſanthropus hoc eſt odio p ſe hoĩes. Vnde Satanas dicitur. De natura diaboli.

cõſtituti eſt. Nam ideo Miſanthropos exiſtit quod deo ſit rebellis. Nos uero ut
eius opus odio pſequitur ut eius imaginẽ inſectat. Ille igitur ſapiẽs & ꝓuiden
tiſſimus reꝝ humanaꝝ diſpẽſator eius utit ad nr̃am exercitationem malignitate/
quẽadmodũ medicus uipere ueneno ad ſalutarẽ medicamẽtoꝝ pręparationem.
Sed quidnã eſt diabolus inquis? qs ordo? que dignitas? & demum. unde Satani
ſeu Satanas cognominat. Satanas igit quod bono aduerſet appellat. Ita.n. uox
hebręoꝝ ſicut in libris regũ dr̃. Excitauit inqt dñs Salomoni Satani. A der regẽ
Syroꝝ. Diabolus nũq̃ poſt idẽ & peccati nr̃i impulſor ſimul & accuſator eſt ta

ctus Gaudet ex interitu noſtro. Ad noua ſemp admittenda per eo℞ exẽpla que admiſſa ſunt cõtinuo inducẽs. Natura ipſius incorporea: ſcdm apoſtolũ dicẽtem Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinẽ: ſed aduerſus ſpiritalia neq- tię: Dignitas nãq ipſius principalis eſt. Aduerſus inqt principes & poteſtates ad uerſus rectores tenebra℞ hа℞. ſec° aũt principatus aerius. ſicut idẽ memorat. Cõ tra principatus & poteſtates aeris ſpiritus q opatur nũc in filios inobedientię. Id circo mũdi princeps appellat̃ qm̃ circa terras eſt eius impium qd̃ & dñs ipſe te- ſtat̃. Nũc princeps mũdi huius eiciet̃ foras. & rurſus uenit princeps mũdi huius & in me nõ habet qcq̃. Qm̃ aũt dr̃ de exercitu diaboli ab apoſtolo. Spiritalia ne qtię in cœleſtibus. Scire oportet queadmodũ ſcriptura Cœlũ aerẽ ſolet appellare ut eſt illud uolatilia cœli & alibi. Aſcẽdũt uſq ad cœlos. Hoc eſt ĩ aeris ſublimi tatẽ lõge tollunt̃. Ideo dñs Satan uidit ut fulgur de cœlo cadẽtem. Hoc eſt ex ꝓ prio principatu ruẽtem ut plane ab his q in Xp̃o ſperarẽt cõculcaret̃. Dedit eñi diſcipulis ſuis uirtutẽ ſerpẽtes ac ſcorpiones cõculcandi & cõtra oẽm inimici po tẽtiam. Qm̃ itaq ipſius impia tyrãnis expulſa eſt & locus hic terreſtris ob ſacrũ eius ſanguinẽ purgatus eſt: q oĩa in cœlo & in terris cõciliauit In reliquum nobis regnũ cœlo℞ nuntiat̃. Ioãne qdem dicente. Adpropinquabit regnũ cœlo℞. Itẽ dño ubiq de regno ꝑdicante & antea clamãtibus angelis. Gloria in excelſis deo & in terra pax hoibus bonę uolũtatis. Sed & ingrediẽte hieroſolymã dño noſtro collętantes Iudęi clamabãt. Pax in cœleſtibus & gloria in altiſſimis. Deniq mille ſunt uictorię huius uoces que ultimã inimici euerſionẽ teſtant̃ ut iam nullũ ne- gotiũ aut certamen nobis relinquat̃ ad ſupos cõſcendẽdi. Iã uia facta & impedi- mentis aduerſario℞ ſublatis que a bona nos uia auertebant. Reliquum eſt ut dein ceps lętam in Xp̃o ducamus uitã & de ligno uitę cõtinuo deguſtemus. Cuius eẽ nos participes ab initio ꝑ ſerpentis iſidias nõ licuit. Ordinauit aũt deus ardẽtem gladiũ q huius ligni uitę uiam cuſtodiat. Quam nos alacriter ſine impedimẽto pretereuntes facile in bonorum omnium deguſtationem & uſum ingrediamur in Chriſto Ieſu domino noſtro cui gloria & imperium in ęterna ſecula. Amen.

De natura diaboli.

DE GRATIIS DEO AGENDIS.

AVdite fratres dilectiſſimi Apoſtoli uerba ad Theſſalonicenſes: per que oẽs qdem officii admonemur. Eius nãq doctrina ad certos qdem pri- uatim deſcribit̃ ad oẽm uero mortaliũ uitã generatim puenit. Gaude- te ſemp inqt. Sine intermiſſione orate. In oĩbus gratias agite. Quid igr̃ ſibi uult hoc gaudere & que ex eo utilitas/ & quomodo ſine intermiſſiõe orarę poſſimus.

Quomodo ut in omnibus deo gratias agere oporteat: Quoniam hec ut impoſ
ſibilia ſeruatu ab inimicis obiciuntur: proculdubio declarabimus: ſi prius pauca
cognitu neceſſaria dixerimus. Que inquis eſt uirtus nocte dieq̧ lętitiam in ani/
ma diffuſam hr̄e: quomodo ue hoc adſequi licebit tot maloꝝ millibus nos inui
tos continuo circũuenient̄ibus: que neceſſarium animę doloŕe inferre uident̃. Ex
qbus gaudere magis difficile q̄ igni crematum non dolere: aut ſtimulis petitum
nõ angi. Et ꝑfecto aliquis hic adſtantium hãc debilium cogitatõum infirmitatẽ
ſibi materiam & occaſionem peccandi ſumet q ob mãdatoꝝ difficultatẽ legiſla/
tori ut grauia nimis p̄cipienti ſibi merito ſuccenſendũ uidebit̃. Ais. n. quonãmo
do poſſim continuo gaudere: gaudii cauſis omnino carens? Nã externa q̄ lętitiã
parere ſolent in ur̃a poteſtate nõ ſunt. Vt amici p̄ſentia filioꝝ felicitas: opum ad
fluentia/honores ex hoibus ex graui ualitudine ſanitatis recupatio/domus rebus
oibus abũdans mẽſa plena: amicoꝝ cõgratulatões: acroamata & ſpectacula uolo
ptatẽ ad ferẽtia. Domeſticoꝝ & familiariũ ſanitas & reliqua uitę huius feliciras.
Ex qbus ſane oibus neceſſe ut hoc uitę gaudium ꝓueniat. Inſup ſi inimicoꝝ rui
nas uidere licebit inſidiantiũ ac inſectantiũ interitũ. Eis q nobis benignefaciunt
res ſecũdas euenire/ & in ſumma ſi nihil triſte nr̃am uitã pturbauerit: poterit aię
nr̄ę gaudiũ iugiter adeſſe. Cur ergo nobis id p̄cipit̃ qđ in nr̃a minime poteſtate
ſitũ eſt ſed ex his que ſupra narrauimus oino depẽdeat? Quomodo itẽ cõtinuo
orabo? qum tot corpis ſint uſus ac neceſſitates quę aię cogitatiõem ad ſe trahũt:
qum menti duas ſimul ſuſtinere curas nõ liceat? Tertio uero p̄cepto mihi man
dat̃ ut in oibus gr̃as agã. Gratias ne agã in tormẽtis cruciatus ignominia deie/
ctus. In rota uerſatus impudẽtiſſime ceſus: frigore orridulus: fame cõfectus: liga/
tus ad palũ: Domo liberis uxoreq̧ orbatus: naufragio multis amiſſis bõis ſtatim
paup factus. Per mare in piratas: p terrã in latrones incidẽs: uulneribus petitus.
In carcere uinctus. Hec & his ſimilia plurima adducẽtes aduerſarii legiſlatorem
accuſant peccatoꝝ adferẽtes excuſatiõem/ac calũniam ſup his que p̄cepta ſunt ut
impoſſibilia parare cogitãtes. Nos igit̃ ſic reſpondemus. Apoſtolũ alia longeq̧
diuerſa reſpexiſſe ac ex humo in ſublime nos erigere iterq̧ cœleſtia collocare uo
luiſſe. Hi uero q ad eius ingenii cogitationũq̧ altitudinẽ ob mẽtis debilitatẽ p/
uenire nõ poterũt circa terrã & carnẽ ueluti ſtercus uermes ſeſe uolutantes in cor
poris adfectibus apoſtolici p̄cepti ſentẽtiam põſuerũt. At is non oẽs ad hoc iuge
gaudiũ ſed tñ ſui fides inuitare uſ. q nõ amplius in carne uiuẽtes xp̄m in ſe uiuẽ/
tẽ hñt/ueluti cũ deo in ſupremis bonis cõiuncti nequaq̄ ex rebus aium turbãti/
bus carnis cõtaminatiõem ſuſcipiũt: ſed q̄uis caro cedat̃ cõiunctõis diſſolutio in
pte corpis q̄ paſſa eſt remanet. Triſtitię uero doloriſq̧ ſucceſſus ad ptem animę

rationis participem nequit oino puenire. Si.n.ex apoſtoli uerbo mẽbra nřa ſup terrã. Vna cũ uitiis cruci adfigeremus & ſtigmata domini nři Ieſu Chriſti in corpore nřo portaremus: pfecto plaga corporis ad aĩam ab eo diſiunctam nõ penetraret: Ignominię nãq; & pœnę & cariſſimorũ mortes ad mẽtem minime adſcendunt/nec ipſius altitudinem ad corporis ſenſum ullo modo deuoluũt: Si enim hi q in calamitates incidunt: eadem ſentirent que & uir ſtudioſus ac uirtute preditus pfecto nõ dolerent nec alteri triſtitiam inferrent: quãobrem miſeri qdem ſunt ex his que eueniũt egre tolerata. ſed longe miſeriores ob ea que decebat eos nõ elegiſſe/oĩno aũt anima creatoris deſiderio ſemel inceſa & ſupnis delitiis paſci adſueta ſuam pulchritudinem ac gratiam ab humanis adfectibus cõmoueri/aut mutari nullatenus patief. Sed que aliis triſtia ſunt ſibi uoluptati eſſe & augumento letitię putabit: qualis erat apoſtolus q in infirmitatibus. In pſecutionibus in neceſſitatibus conſtitutus gloriatur. In fame inqt in ſiti in frigore in nuditate qbus alii anguntur & dolent & in uita deſperãt. In his ipſe exultabat. Igitur qui hac apoſtoli diſciplina nõ fuerit eruditus nec itelligere curat queãdmodum ad angelicã ipſe nos uitam uocat facile audet Paulum incuſare ut dura nimis pcipiẽtem. Sed diſcant obſecro queãdmodum uere letitię occaſiões ipſius dei magnifica ſunt dona oĩbus expoſita. Conſideremus parump quod nihil qñq; eſſemus: hoĩes facti ſumus ad imaginem dei mẽnte ac ratione prędit p quam & deum cognoſcimus & creatiõis pulchritudinẽ & artium diſciplinas facile apphendimus ac ueluti p lřas quaſdam maximã dei circa oĩa puidẽtiam ac ſapiẽtiam legimus. Sumus inſup boni ac mali cognitores. Adpetere bonũ & euitare malũ ſane ex ipſa didicimus natura: Alienati a deo ob pcm̃/rurſus in grãm rediuimus p unigeniti ſanguinem ex miſera erecti ſeruitute. Preterea reſurrectionis ſpes bonorũ angelorũ expectatio: cœleſte regnũ: bona qdem nobis pmiſſa mentes oĩum oĩſq; uim orationis excedere uidenf. Quomodo igitur hec nõ decet ppetui gaudii ac iugis letitię occaſiõem in aĩs nřis gignere: ſed potius eũ feliciorẽ lętioreq; putare q uẽtri peditus & in otio laſciuiis cubilibuſq; ac in roſa uiolaq; agat: Ego uero hos potius plorandos cenſeo apud eos q mẽtem hñt: beatoſq; putandos q pſenti uitę futuram preponũt & huius uitę cõmoda bonis ſempiternis poſt habẽt quis in mediis agant flamis deo coniuncti ſunt queãdmodum tres illi pueri apud Babylonẽ: quos quanq̃ leonibus obiectos pabulũ & a cete monſtriſq; marinis deuoratos fas eſt a nobis felices ac beatos eſſe iudicari & in perpetua lętitia agere/ nõ qdem pſentibus turbari malis: ſed eorũ que cõtinuo ſperãt expectatiõe erectos. Exiſtimo nãq; athletam q de rebus pulcherrimis cõtẽdit in ſtadio pietatis pdeũtem plagas aduerſariorũ ſpe coronę ſempiternę generoſe ferre oportere.

Quomodo qs uel in miſeria conſtitutus felix exiſtat ſi propria bõa cõſideret

Nam in ludis ac certaminibus q ſe ad paleſtrę labores adcingit minime cunctabundus aut ꝓprium dolorem reſpiciens ultro in aduerſarios ꝓcurrit/ ac glorię ſimul & uictorię cupiditate incenſus oīs incomodi obliuiſcit. Sic item ſtudioſus & ſi aliqd acerbitatis aut incomodoꝝ obuenerit animi lętitiam minime poterit amittere. Quoniā ut ait apoſtolus· Tribulatio patiētiam opatur patiētia ꝓbationem ꝓbatio uero ſpem ſpes aūt nō cōfundit qa caritas xpi diffuſa eſt i cordibus nr̄is. Rurſuſq; alibi ab eodē. Et tribulatiōem ſuſtinere & ſpe gaudere pręcipimur

Cur ex offō qn̄q; dolēdū

Spes igitur eſt que cōtinuū animę bonę gaudium adminiſtrat. Sed & idem apoſtolus flere nos iubet oportere cum flentibus. Et ad Galathas ſcribens. Fleuit ſup inimicis crucis chriſti. Quid narrare opus. Hieremiam fluētem & threnos. Principum Hieroſolymę ex dei mādato ſcribētem ac multos nominātem ſanctos Periit pietas in terris & nemo eſt qui faciat bonum inter homines. Heu q̄m factus ſum ueluti ſtipulas colligēs in meſſe. Deniq; uoces iuſtoꝝ ueſtiga & ſicubi inueneris paulo mœſtiora uerba emiſſa tibi pſuade ſup huius uitę miſerias ac huius mūdi uanitate cōclamata: Heu quia incolatus meus prolongatus eſt inquit Dauid Cupidum profecto diſſolui & eſſe cum Chriſto ſe oſtendit. Diſcruciatur.n. & huius habitationis longitudinem/uelut impedimentum gaudii queritur Dauid item in melodiis lamentationem amici Ionatha nobis reliquit qua ſimul & ſuper inimico proprio luctum edidit. Doleo ſuper te mi frater Ionatha & rurſus filię Hieruſalem plorate ſuper Saul. Hunc enim deflet ut in peccatis morientem Illum uero Ionatham ut uitę comunis fidiſſimum ſotium. Quid plura dicam Ipſe dominus ſupra Lazarum fleuit & ſuper Hieroſolymam lachrymas fudit. Et flentes inter beatos ducit & rurſus lugentes hortatur & excitat ad ſpem dicēs ubiq; gaudete: Pugnantia non hec que nobis pręcipi uidentur. Nō enim lachryma & gaudium ex eiſdem principiis originem ducunt. Lachryma namq; uelut ex plaga quadam animam adficiente ac opprimente & circumpręcordia ſpiritu tabeſcente apta eſt ad mœrorem hominem deducere. Gaudium uero uelut exultatio quędam eſt animę ex ſententia & uoto aliquid adſequentis. Ex quo etiam in corporibus eorum differentia manifeſto apparet. Nam & triſtibus color ſub pallidus & liuens in maciem tendēs. Lętis uero & in hilaritate poſitis uegeta admodum & honeſto rubore decorata corporis habitudo apparet. Ad hec igitur dicemus quod queſtus & lachrymę ſanctoꝝ ob in deum caritatem fiunt. Semp enim in dei deſiderium intuentes inde lętitiam poſſident qum & curam conſeruoꝝ gerant ac lachrymis ad deum effuſis in uiam iuſtitię deducere contendant. Queādmodum aūt hi q ſunt in littore cōſtituti erga eos q i mari naufragiū patiunt miſericordia mouent. Nō tñ ob hāc curā & miſericordiā ꝓpriā amittunt

ſecuritatem. Sic & illi qui ꝓximoꝝ peccata lugent & querunt̃ ꝓpriam uitę ac cõſcientię puritatis lętitiã nõ amittũt: qn potius ob has ꝑ fratribus lachrymas effuſas lętitiam augent: gratiãq; dei ac dñi noſtri Ieſu chriſti magis ꝓmerentur. Idcirco dr̃ beati flentes & beati q lugent qm̃ ipſi cõſolabunt̃ & ipſi ridebunt inqt riſu nõ p oris ſtrepitum aut ſanguinis cõmotiõem ſed hilaritate immẽſa nec ullę triſtitię communicabili. Flere igr̃ cum flentibus cõcedit apoſtolus qm̃ lachryma hec ſemen quoddam & fœnus ęterni eſt gaudii. Aſcẽde parump in cœlum mẽtei & ordines angelicos cõtemplator ſi alia ipſis ineſt uita q̃ gaudere ac cõtinua pfrui uoluptate qd̃ adſtare deo iubent̃ & ineffabili creatoris pulchritudine perpetuo fruunt̃. Nos igitur apoſtolus ad eoꝝ uitę inſtar excitare uolens cõtinuo gaudere iubet. Quod aũt Ieſus ſupra Lazarũ ac ſupra ciuitatẽ fleuerit illud dicere habemus. Quod edit & bibit nõ his indigens ſed tibi normã atq; modum eoꝝ q̃ corpori & humanę uitę neceſſaria cõueniunt oſtendens. Sic itaq; fleuit modeſte querendo & lamẽtando: nimiũq; dolorem & uehementem adflictionem omnino corrigendo. Nã ſi quicq̃ aliud tum maxime fletus rõnem moderationem ue in qbuſdam expoſcit & q̃tum & qñ & quomodo cõueniat qm̃ dñi lachryma oĩno ꝑturbatiõe caruit: tm̃ nobis officioq; noſtro exẽplum fuit humanitatis. Lazarus amicus nr̃ dormit: ſed uadam ut excitem eum. Quis nr̃m dormientem flet amicum quem paulopoſt ſperat cœnatuꝝ. Lazare ueni foras & mortuus exiit ac ligatus ambulabat. Mirum ꝓfecto uinctum pedibus ambulare: plus robur uincti q̃ uincula poſſe. Quomodo igitur hec facturus ac exitũ ꝓuidens dignũ lachrymis putauit: qm̃ cõtinuo nr̃am reſpiciens debilitatẽ neceſſarias ꝑturbationes humanas formula quadã ac lege moderationis cõplectẽs ut in ſimilibus nullum omnino dolorẽ ueluti ferũ uituparet: nimiũ uero ac uehemẽtem ab re eſſe penitus monſtraret. Ideo ſup amico plorauit ut & humanę naturę in eo cõiunctionem oſtẽderet/ac nos a uitio qd̃ ſupra memorauimus liberaret: ne molles in adfectibus ne ue ſine ſenſu omnino in rebus triſtibus eſſemus admonẽs. Sicut.n. dñs ſolidũ cibũ ſuſcepit & potum: cõſũpto corporis humido appetiit & laſſitudinẽ ſenſit muſculis & neruis ex itineris difficultate laborantibus diuinitate nequaq̃ patiente aut ex cõtentione domita: ſed corpore naturę infirmitates eueniẽtes ſuſcipiente ſic & lachrymã naturalẽ carni ut infirmitatem quãdam ineſſe oſtẽdit. Quę qdem hoĩ cõtingit: qñ incurua cerebri uaporationibus ex triſtitia ſumptis referta p oculoꝝ exitus ueluti ꝑ fiſtulas quaſdã humidi grauedinẽ ac copiã prępatat. Vnde & ſonitus qdam & reuolutiones &. uertigines in auditione reꝝ triſtiũ inexpectata: atq; improuiſa fundunt̃. Caput ẽt ex uaporationibus mouet̃ quas ſubita correptio ad calidi ꝓfundũ trãſmittit. Deinde exiſtimo quẽadmodũ

Lazarus exſtatus.

Vnde lachrymę & q̃ utiles ad leuãdã aĩ triſtitiam.

nebula in tenues umbras ſic uaporationum craſſitudo in lachrymas diſſolui.
Hinc & uoluptas quędam lugētibus occulte naſcit̃ qđ ea re que ĩprimis caput
grauabat:p fletū paulatim euacuet̃ qđ uſus ſane oſtendit. Multos nãq; cognoui
mus in magnis calamitatibus lachrymas effundere cupiētes p uim uelle retine-
re. Deinde in magna corpis mala icidiſſe uel apoplexiā ſeu paralyſim a qbus de-
iecti ſunt: uelut eoꝝ uirtute a magnitudine triſtitię intus oppreſſa ac debilitata.
Quod & in flama uidere licet que a ꝓprio fumo ſupprimit̃ aditū libeꝝ nō hñs
ſed circa illū uoluit̃. Sic & uirtutē aial dirigētē tabeſcere: deiciq; a magnis turba
tiōibus cōtingit: qum nullū ad exteriora reſpiratiōis exitū hēant. Nō igr̃ mollio
res oīno ac triſtitię nimiū indulgētes in ſui apologiā ac excuſatiōem dñi lachry-
mas adducāt. Quēadmodū.n. cibus quē ipſe deguſtauit nō eſt nobis uoluptatis
ſed potius abſtinētię quedam occaſio & ut paucis cōtenti ſimus frugalitatis exē-
plum. Sic & eius lachrymę nō flendi nobis lex ſed honeſte flendi formula q̃dam
naturęq; terminos ac decorum ita ſeruandi ut nō a triſtitia deiciamur. Nam nec
mulieres: nec item uiros decet dolori lachrymiſq; nimiū ſe dare: ſed q̃tum fas eſt
reſiſtere lachrymas leuiter qū opus ſine tumultu ſine clamore: ſine ululatu emit
tere. Nec uti ſolēt qdā tonicā ſcindēdo aut puluere caput aſpergēdo/ neu deniq;
turpe aliqd & indecoꝝ ab his ſolitū q ſine diſciplina & modeſtia: res ferūt huma
nas. Oportet ergo diuino ꝑcepto inſtructū ac tanq̃ muro aliquo inexpugnabili
recta rōne munitū eſſe: tum fortiter atq; cōſtanter haꝝ impetum rōnum abſe re-
pellere: & nō quēadmodū in depſſo loco ſit in pte aię humili atq; abiecta ſedētē
tumultus uitę turbinibus inūdātes excipe. Aię nãq; inermis ac nullā in deū ſpe-
rādo firmitatē aut robur hñtis eſt facile diſrūpi & i rebus aduerſis plus ęquo cru
ciari. Sicut.n. uermes in lignis molliotibus innaſcunt̃ maxime: ſic al anxietates in
mollioribus hoīum moribus oriunt̃. Nō.n. corde adamātinus erat Iob nec eius
uiſcera lapidea Decē ei filii breui tpis ſpatio una plaga oppſſi in domo uolupta
tis tpe hilaritatis Diabolo ipſam cōmouēte habitatōem. Vidit miſer mēſam ſan-
guine cōſperſam: uidit filios diuerſo qdē tpe ꝓcreatos. Vnū exitū pariter habuiſ
ſe. Nō ululauit nō comas auulſit nullā indignā emiſit uocē: ſed cantabilē illā &
in oībus laudabilē graꝝ actiōem dicebat. Dñs dedit dñs abſtulit ut dño placuit
fcm̄ eſt. Sit nomen dñi bñdictū. Nec credas eū ſine ſenſu doloris fuiſſe: Quonā
modo? Qum de ſeipſo dicat. Ego fleui in oī tribulatiōe. Ne aūt putes eū uana lo
cutū fuiſſe. Veritas de ipſo teſtat̃: quēadmodū ꝑter alias uirtutes uerus erat. Ho-
mo inqt ſine querela: iuſtus pius uerus. Tu aūt melodiis ad luctum de induſtria
factis querēs & cantibus qbuſdam demulcentibus aīam tuā pdere conteudis: &
uelut tragedoꝝ eſt fictio perſonaq; adcomoda: qbus theatra conſtituunt: Sic tu

ordine putas lugenti & pſonam & formam conueniẽtem eſſe oportere. Veſtem imprimis atram: comam ſqualentem/tenebroſam domum ſordidum puluerum lentam: cantum letalem. Denicꝫ recens continuo triſtitię uulneris in anima ſeruare: Sine miſer hec facere hos qui ſpem non habent. Tu autem didiciſti de his qui in Chriſto dormitant: quoniam qui ſeminat in corruptione excitabitur in uirtute: ſeminatur corpus in animale ſurget corpus ſpiritale. Quid igitur ploras? ipm ne extinctũ/an teipm luges uelut adiumenta uitę quodam priuatum? Bonũ in qt pſalmiſta ſpare in dño q̃ ſpare ĩ hoíe. Necꝫ illud doleas ut grauia paſſum paulo.n.poſt tuba e cœlo illũ excitabit uidebiſcꝫ ante xp̄i tribunal adſtãtem Mitte igr̃ has ineptias & humiles uoces. Heu mala iexpectata & qs hoc euentuꝝ putaſſet? Et qñ ſperã cariſſimũ mihi caput hoc terre mãdare. Hec.n.& his ſimilia ſepe alium dicẽtem audimus. Erubeſcere nãcꝫ oportet ita memoria excidẽtes ita reꝝ pſentium & futuraꝝ ignari ut nõ teneamus naturę neceſſarios effectus atcꝫ caſus. Nõ igr̃ intẽpeſtiuę mortes neu alię uſq̃ difficultates improuiſę uenientes nos pietatis rõne inſtructos adfligere poterũt. Verbi gratia. Filius mihi adoleſcẽs erat ſolus uitę ſucceſſor ſenectutis ſolatiũ ornamẽtum generis flos ęqualiũ ſuoꝝ domus ſpes atcꝫ firmamẽtum. In ſumma illius ętatis gr̃a erat. His denicꝫ raptus ex hac uita eſt: terra & puluis factus. Quid igit̃ faciam? ſcindã ne ueſtem humi obuolui patiar? & ad dolorẽ oſtentãdum me cõcinnabo? Mœſtitiã magnã pręme ferã: nequaq̃: ſed preſenti reꝝ neceſſitati obtempabo. Ineuitabilis nãcꝫ mors & p oẽm ętatẽ ordinẽ ſexũ ſimiliter currẽs & oía deinceps cõpoſita diſſoluẽs rẽ cuẽtum formidabo nõ mẽtem auertã/nõ ſinã a plaga improuiſa me pcipitem agi. Iamdiu pbe inſtructus ſciẽſcꝫ qum eſſem mortalis mortalem genuiſſe qdcꝫ nihil humanũ ſtabile nihilcꝫ uſcꝫ ad extremũ poſſidẽtibus feliciter poſſideri aptum eſt. Sed magnę ciuitates atcꝫ in luſtres & munitionum claritate & colonoꝝ potẽtia & reliqua copia domi foriſcꝫ pollẽtes in ſolis ruinis ſigna ueteris nobilitatis oſtendũt. Et nauigiũ: quod ex multis ſepe naufragiis ſeruatũ ſit ac millies q̄dem mare uelociter pręterierit/millecꝫ cõmeatus uectoribus tulerit. Vno demũ ſpiritus impulſu diſſipat̃. Exercitus quocꝫ ſepe uictor in prœlio hoſtibus qñcꝫ mutata fortuna miſerũ ſpectaculum factus eſt. Gentes item oẽs & inſulę in magnã pueçtę potẽtiam quę multa quocꝫ terra maricꝫ tropęa excitauerũt. Multas opes eſpoliis congeſſerunt/aut tempore deſierunt: aut captiuę factę libertatem cum ſeruitute commutauerunt. Denicꝫ quodcunque maximorum & intolerabilium malorum dixeris nullum eſt quod in uita: priorum exẽplum nõ habeat. Sicut enim pondera in uitę lancibus iudicamus & auri differẽtiam lapidis frictu probamus ſic ad menſuram rerum nobis a domino propoſitarum memoriam,

No. oſtẽtatio doloris in funere uelut in tragedia quadã uana oino eſt.

Cõſolatio in rebus aduerſis: conſideratiocꝫ pulcherrima.

referentes nequaquam a modo & ordine excidamus. Quoniam uero aliquid tuę uoluntati aduerſum contingit/maxime uero dolorem pati non conſuetę: facile id profecto leueq; ſpe futurorum putabis. Sicut.n. qui oculis infirmi ſunt/a rebus ualde claris uiſum auertunt & in floribus & herbis conqeſcũt. Sic & aíam non iugiter triſtia reſpicere/nec preſentibus rebus mœſtis adherere/ſed ad uariorum bonorum contemplationem oculos tollere ſe oportet. Hoc itaq; modo continuo uita gaudebit ſi deum ſemper ſuſpiciat. Spes enĩ uitę meritorum te iugiter rebus triſtibus leuabit: Ignominiam pateris? At gloriam quę patientię promittitur reſpice mulctans? ſed diuitiis cœleſtibus & theſauro quem per benefacta tibi repoſuiſti intende. Excidiſti a patria? Habes patriam cœleſtem hieruſalem. Filiũ amiſiſti? Habes angelos quibuſcum ante Chriſti thronum choreas ducas. Sic ſi expectata bona preſenti triſtitię oppones animam procul turbatione & tumultu tranquillam poſſidebis ad quod lex apoſtoli nos uocat. Neq; enim rebus ſecundis contra quietem animę efferaris: neu rurſus aduerſis: eius ſublimitatem deprimere/aut gaudium eripere noli. Qui uero aliter edoctus atq; animo inſtitutus fuerit/nequaq̃ uita quieta & tranquilla uiuet. Contra uero quod ſupra narraui facile adſequeris ſi hoc apoſtoli mãdatum gaudium continuum ſuadens familiare tibi habueris. Si carnis uitia repuleris: Si preſentiũ maloꝝ ſenſum deſpiciẽs ad eoꝝ cogitationem bonoꝝ quoꝝ ſola phantaſia ſatis eſt ad explendum animi letitiam mẽtem direxeris. Ita demum angelica exultatio tuo cordi nunq̃ defuerit. In Chriſto Ieſu dño noſtro Cui gloria & imperium in ęterna ſecula. Amen.

IN MARTYREM IVLITTAM DEINDE QVE E SVPERIORE ORATIONE DE AGENDIS GRATIIS RESTABANT.

COncionis hodiernę cauſa in hoc ſacro templo fratres dilectiſſimi Beatę Iulittę martyris pconium. Itaq; hũc diem magni certaminis memoriã referẽtem uobis oi ſtudio celebrãdum nũtiamus: qd certamen in muliebri corpe nõ ſolũ his q tunc ei ſpectaculo interfuere: ſed ẽt oibus impoſteꝝ id accepturis admiratiõi maximę pdigioq; fuit. Beatiſſima igr̃ mulier Iulitta ſi mulierẽ appellare decet: eam quę muliebris naturę debilitatẽ ai uirilis magnitudine correxit/a qua puto maxime cõem aduerſariũ nrm egre magnopere ferre fuiſſe ſupatũ: muliebrẽ uictoriã minime patiẽs ut q magna illa iactare ſolet uniuerſum cõmouere orbẽ & ut nidũ aliquẽ aut oua relicta prendere/oẽs quoq; pariter euertere: Deinde a muliebri ſe uirtute uinci uideat q̃ ſupplicii tpe conatus decipere in deũ pietatẽ uſq; ad extremũ ſeruãtẽ ac natura feminea pręter opinionem longe

fortiorem inuenit que obiecta terribilia eo magis riſit quo aduerſarius eiſdẽ putauit eam uehementius perterrere: Hec itaq; ad iudicium quẽdam in ciuitate potentem olim adcerſiuit hominem plane auarum ac uiolentum qui diuitias ſibi ex rapina & preda multas compauerat. Ex quo & agros & uillas: & paſcua & ſeruos & omnem uitę preſentem ſuppellectilem ex ea oblatam ad ſeipſum traducẽs Iudicia ac falſis teſtibus & largitione Iudicum corrupit: Vt autem dies aderat & pręce & aduocati adſtetere cepit illa de hominis iniuſtitia docere: & de uiolentia ſimul & auaritia conqueri quod rem ei diu legitime poſſeſſam per iniuriam eripere uellet. Prodiens ipſe non inquit Iudicium idoneum neq; cognoſcẽdum: Nihil enim fas eis comune cum cęteris eſſe qui deos imperatorum non adorãt: & Chriſti fidem ſectantur. Videbatur enim iuri conſentanea apud eos dicere: & neceſſaria pretendere: quoniam negantibus Chriſtum legum comunis erat uſus forumq; comune. Profitẽtes uero fidem ut iudiciorum atq; legum minime participes reiciebantur. Quid igitur illa conſilii ſuper his iniit? an ob contentiõem cum uiro potentię ius faſq; contempſit? An inſtans ex iudicibus periculum exorruit? non profecto. Sed ualeat inquit uita: ualeant diuitię? Corpus enim in perditum malo quam uocem aliquam impiam in creatorem meum emittere: quanto q; magis pręfectum huiuſcemodi uerbis irritatum ac ei mortem intentantem conſpiciebat. Tanto magis deo gratias agebat quod diuitias fluxas atq; fragiles deſpiciens cœleſtium bonorum poſſeſſionem uiſa eſt pręferre: & res terrenas a ſe abicere: ut paradiſum poſſideret: Repulſam quoq; & ignominiam parui extimans ut glorię ſempiternę gloriam conſequeretur. Corpus deniq; adflictans & uitam ſibi ad tempus auferens ut ſpes tempore oportuno cum ſanctis reliquis acciperet. Cum autem ſepe interrogata eandem cõtinuo uocem emitteret. Seruam ſe Chriſti adfirmans & his qui eam ad negandum adhortabantur malediceret. Tunc Iudex iniquitatis non ſolum opibus que per iniuriam ablatę fuerãt eam priuauit: ſed graui morte mulctauit igni adiudicans. Illa uero nihil in uita delectabilius nihilq; potius habuit quam ad deum otius contendere. Vt autem ad flamam uenit & uultu & oris claritate animi alacritatem atq; conſtantiam oſtendens adſtantes circa mulieres adhortata eſt ne proprietate ſubire labores grauarentur/ neq; naturę muliebris fragilitatem cauſarentur. Ex eadem inquiẽs materia eẽ & ad imaginem dei ſimiliter ut uiri creatas & uirtutem ſummam recipere hunc ſexũ eſſe aptum pari q; honore a ſummo deo conditũ Quid ni? Si uiris in oĩbus cõſanguineę ſumus. Nõ.n. caro ſola ad mulieris cõſtructiõem ſumpta eſt: ſed os ex oſſibus. Ex quo & robur & firmamẽtũ & patiẽtiã q̃ ex uiris eodem mõ & ex nobis deo debentur. Hec dicens in pyram procurrit que ſanctę mulieris

Verba Iulittę iamiã moriturę.

corpus ueluti thalamus aliquis refulgens ſuſcepit: Animam uero in cœleſtium
regionem & ei cõuenientem locum tranſmiſit: Pretioſum uero corpus incorru-
ptum eius propinquis cõſeruatum eſt atq; in pulcherrimo ciuitatis templo col-
Aq̃ ſalubris locatum: quod & locum & adeuntes pariter ſanctos reddit: Terra autem benedi-
a corpe beatę cta huius beatę aduentum ex propriis brachiis naturam aquę generoſiſſimã emi-
Iulittę. ſit ut modo lactis omnes in ciuitate pariter nutriat: Ex quo ꝑ martyre mater co-
munis uidetur effecta: Hec enim & ualentibus ſanitas: & modeſte delicatis uolu-
ptatis promptarium & egris conſolatio. Gratiam quã Hebręi apud Hierico ſen-
ſerunt hanc nobis hec martyr beatiſſima tradidit: ut aqua huiuſcemodi pręter lo-
ci naturam quum ſalſę fere ſint omnes dulcem mollemq; ac delectabilem omni-
bus q eam cum benedictione bibunt deguſtationem prebeant: Quamobrem
uiri uos hortor ne uirtute muliebri inferiores erga pietatem uideri uelle permit-
tite: Mulieres ne & uos tantum exemplum relinquite. Sed iam ſine excuſatione
ſexus ite ob uiam pietati re periculum facientes / quẽadmodum nihil bonorum
Tranſitus ad uobis naturę defectus impedit. EGO uero fratres quum plura de hac ſacra mar-
reliqua ꝑteri- tyre dicere haberem heſterna oratione apta neq; perfecta prohibeor. Nec ego na-
tę orationis. tura facile quicquam patior imperfectum. Nam & imago que tantum ex parte
media uidetur nõ uiſum ac ſpectatorem admodum oblectat & itineris labor ina-
nis quidem niſi ad ſtatum perueniat locum quo uiator preſcripſit. Et currentes
in ſtadiis uno ſepe tantum gradu deficientes a palma excidunt. Nos igitur uer-
borum apoſtolicorum que heſterna die adduximus reminiſcentes ſperãteſq; eo-
rum ſenſum me breuiter enarraturum inuenti ſumus plura q̃ ea que diximus re-
liquiſſe. Quamobrem neceſſarium duximus uobis relictorum expoſitiõem enar-
rare. Dictum eſt enim ab Apoſtolo. Semper gaudete. Sine intermiſſione orate.
In omnibus gratias agite. De gaudio quidem continuo heri & ſi non ſecundum
materiam ſatis: attamen quod potui & mihi licuit dixi. Quemadmodum uero
ſine intermiſſione orare oporteat ſi audire parati eſtis pro uirili mea parte ſermo-
nem faciam. Oratio eſt boni petitio a piis mentibus in deum facta. Petitionem
Quomodo autem non uerbis tantum definimus. Non enim deum putamus uerborum re-
continuo ora- cordatione indigere: ſed ea que oporteat ſatis uel nobis non petentibus uidere.
re oporteat ac Quid igitur eſt quod dicimus? quod oportet nos orationem / non in ſyllabis ꝑ-
poſſimus. ficere: ſed in animę magis electione ac uoluntate / tum actione ſecundum uirtu-
tem in omni uita ꝑſeuerante uim oratiõis implere. Siue enim editis ſiue bibitis
ſiue quid facitis oĩa in gloriam dei facite. Sedens ad mẽſam ora. panem accipiẽs
danti gratias habe. Vino corporis debilitatem ſuſtentans: reminiſcere donũ dei
ꝓbentis in cordis lętitiã & infirmitatis humanę cõſolatiõem. Preteriit uſus cibo-

Memoria pbentes tibi cibos nõ ptereat. Induẽs tunicam: auge in deũ caritatem. Palliũ tibi obuoluis: gratias age tibi ẽti q per brumam & ęſtatẽ neceſſaria nobis opimenta parat uitamq; nobis cõſeruat ſimulq; oẽm aufert feditatem. Deſunt dies: gratias ei habe q ſolem nobis tribuit operum diurnoꝝ miniſtrum. Ignem quoq; luna p noctẽ & multa alia uitę neceſſaria abũdẽ ſuppeditat. Nox uero adueniens alias tibi meditationes orationis miniſtrabit qñ in cœlum reſpexeris: qñ aſtrorum pulchritudines cõtemplaberis: uiſibilium dño gratias habe. Deũ oĩum cõditorem & artificem adora: qui in ſapientia cuncta creauit. Quando item uideris oĩum animalium naturã ſomno occupatam rurſus adora qui nos per ſomnum a laboribus continuis ſoluit & ex parua requie rurſus ad agendi uirtutem reducit. Nox igitur nõ ſic quẽadmodum ſors quodam ꝓpria & electa tota ſonno dedita. Neq; committas ut p ſomni inſenſibilitatem uitę tibi medium ſit inutile. Sed noctes diducas tempus in ſomnum & oratiõem. Ipſi tibi ſomni pietatis meditationes exercitationeſq; fiant: Innaſcuntur enim ſomnis phantaſię que plerũq; curas nr̃as cottidianas referũt: qualia aũt uitę noſtrę ſunt ſtudia: talia nobis neceſſe inſonnia fieri. Sic itaq; ſine intermiſſione orabis non uerbis tm̃ preces effundens. Sed p oẽm uitam & actionem te deo coniungens ut uita tua nõ ſit aliud q̃ cõtinua quędam oratio. Tertium uero quod apoſtolus precipit. In oĩbus in qt gratias agite. Quonãmodo inquis hec ſeruatu facile? Vt anima dolore ob uarias calamitates adfecta & uelut curaꝝ ſtimulis agitata in lachrymas & querelas non erumpat. Sed gratias ſic habeat ueluti ſi bona contigiſſent: Nam ſi que inimici libido uoluerit hec patiar quomodo in his gratias habere potero? Mors filii cariſſimi matrem longe magis q̃ eum patiendo doloribus adficiet: quomodo querelas dimittens: uocem gratias agentem ſuſcipiet? Quomodo inquis? Si cõſiderauerit quod filio ex ea nato deus ſit & pater propior & rector ſapiẽtior & uitę diligentior gubernator: Cur igitur exiſtimemus ut deus ab ſe creatos ut prouidentiſſimus rector ex uoluntate propria nõ regat. Sed ut propriis rebus priuati clamemus & defunctos ueluti ſi iniuriam ſint paſſi miſereamur? Tu aũt illud meditare quod puer non deceſſit: ſed redditus eſt. Neq; extinctus eſt amicus: ſed peregre profectus & te paululum uia pręceſſit: quam & nos tenere oportebit. Sit itaq; tibi dei mandatum ueluti lux & fulgur ad res agendas iudicium prębens. ſine intermiſſione quod longe animę tuę principatum retinens & ad ueras cuiuſq; opiniones dirigens ob nulla contingentia a deo te ſinet alienari: ſed mente directum ut quẽdam maris ſcopulum uicinum ſecure & immobiliter ad uiolẽtoꝝ uẽtoꝝ & undaꝝ incurſus ſuſtinẽdos iuuabit. Cur enĩ nõ mortalia cogitare prius te adſueuiſti? ſed improuiſam filii mortẽ accepiſti? Qum primũ nuntiata eſt

De iſomniis

tibi filii geneſis ſiquis te interrogaſſet:quale nam eſt quod tibi eſt ortum? quid
nam reſpondiſſes? An quod homo? Si aũt homo:ergo mortalis Quid ergo mi
rum ſi mortalis extinctus eſt. Nõne uides ſolem orientem & occidentem/nõne
& lunam augeſcentem & deficientem. Nõne mare fluens ac refluens. Quid eni
obſecro apud nos eſt quod ſtabilem immobilemq́ naturã hẽat? Reſpice parũp
terram ac cœlum que nec q́dem ſempiterna ſunt. Cœlum & terra tranſibũt inq̃t
Aſtra e cœlo cadent. Sol obſcurabitur. Luna nõ dabit lumen ſuum. Igitur ſi re℞
cõium pars aliqua ad te ueniat feras nõ q́dem citra dolorem/ac ſenſum que eñ
inſenſibilitatis merces? ſed dolore & anguſtiis mille:ueluti athleta q́dam & forti
tudine & robore generoſus q nõ ſolum in ferrendo aduerſario: ſed grauia ex eo
uulnera ferendo ſeſe magnanimum oſtendit & quemadmodum gubernator ali
qs prudens & ab artis nauticę diſciplinam ſecurus ab oĩ tempeſtate & unda libe
ram & incolumem ſeruabit aĩam: Filii.n.cariſſimi ſiue uxoris amãtiſſimę uel ali-
cuius alterius rei dilectę priuatio nihil graue preuidenti & ab oẽm euentum prę
parato: rectamq́ uitę rõnem ducem habenti nõ aũt ex cõſuetudine quadã am-
bulanti. Conſuetudinis namq́ mutatio ſepatioq́ uel brutis q̃nq́ difficilis. uidi
ego q̃nq́ bouem ad preſepe fere lachrymãtem: qum ſotium cõis laboris uidiſſe
extinctum. Reliqua itẽ bruta uehemẽter cõſuetudini addicta uidere licet: Tu aũt
nõ ſic didiciſti aut edoctus es: ſed amicitię amoriſq́ alicuius principium ex longa
cõſuetudine ſummere nihil fortaſſe indecẽs. Dolere aũt ſepationem ut longior
nobis mora quẽadmodum ſpes erat non exiſtat: penitus incõgruum uerbi grã:
Vxor cõiuncta tibi cõis uitę ſotietate lętitię miniſtra: re℞ grataℛ cõciliatrix: in ad
uerſis bona tibi adferẽs: magnãq́ tibi triſtitię ptem auferẽs: erecta tibi migrauit
e uita: ne corruas aĩo. neu caſum aliquem dixeris eſſe/aut re℞ temerariũ euẽtum
nullo orbem rectore gubernãte: ex tui doloris magnitudine ſuſpiceris. Nec tibi
mala mente dogmata pſuadens ex officio aut limite pietatis exceſſeris. Q̃m aũt
omnino Duo in carne una ſunt facta ſepationem hanc & cõiunctionis diductio
nem cum dolore euenia ꝓculdubio concedit: Non attamen huius rei gratia ali-
q̃d quod minime deceat ſentire/aut loqui utile fuerit. Cogita.n.quẽadmodum
is qui nos cõdidit deus cuilibet animę uiuendi formulam dedit & aliis alios q́dẽ
modos & exitus cõſtituit. Hunc aliquãto plus in carne morã trahere uoluit: illũ
citius e uinculis corporis ſecundum ineffabiles eius ſapientię iuſtitięq́ rõnes ſol
ui iuſſit: Sicut.n.in cuſtodias coniecti plus tpis in pectore & uinculis retenti. Nõ
nulli ſuę miſerię celeriorẽ inueniunt liberatõem. Sic & animę quędam in hac ui
ta retinent alie minus ſecundum cuiuſq́ dignitatis ꝓportiõem ſapienter q́dem
& ꝓfunde. Nec mens unq̃ humana ea que circa nos dei ꝓuidentia contingunt

poſſet attingere. Non ne uides Dauid dicentem. Educ de cuſtodia animam me am non ne audiſti quod eius tandem exſoluta eſt anima? Quid Simeon ipſe in ulnis dominum accipiens qum uocem emiſit. Nunc dimittis domine ſeruũ tuũ in pace. Properanti nanq; ad ſupernam patriam: mora corporis eſt omni pœna & omni carcere grauior. Ne igitur ob breuem delectationem illius uſq; ad extremũ adfectus ſequi contende ſed hos cogita qui in uita coniuncti deinde per mortẽ diuiſi ſunt: quemadmodũ iter facientibus ſimiles exiſtunt qui ob continuam in terſe conuerſationem quadam neceſſitudine deuincti poſtquam comunem uiã abſoluerint/tempuſq; ac neceſſitas ut diuidantur expoſcit: nulla iam amplius cõ tractę conſuetudinis mutuę ratione retinentur. Sed ad proprium quilibet termi num ut propria cuiq; fuit abinitio uię finis ac meta contendit. Contigit autem ipſis in itinere familiaritas. Sic & in matrimonio uel alia quadam uitę ſortę con iunctis proprius uite conſtitutus eſt terminus/coniunctos autem inuicem: finis cuiq; ſtatutus diuiſit atq; diſſoluit. Bene igitur inſtitute mentis fuerit ſeparationẽ hanc non nimis egre ferre ſed abinitio in prima coniunctione gratiam coniun genti habere: Tu autem qñ tibi uel uxor uel amicus ſeu filius aderat cuius cauſa nunc mœres gratiam prębenti minime habuiſti ſed eadem tibi erepta tm̃ doles ac quereris. Querendi profecto materia nobis nunq̃ deeſt. Si uxori ſoli cohabi tas/qm̃ filii quales uolebas non erant: Si filii aderant: qm̃ diuitiis non adfluebas uel quod inimicos in felicitate quoſdam agentes adſpiciebas. Vide igitur ne ali quando ipſi nobis rerum cariſſimarum priuationes preparãdi cauſa ſimus qum preſentium comoditatem ex deo minime ſentimus preteritarum uero penitus obliuiſcamur. Q m̃ ergo ob bona preſentia gratias deo non habemus/neceſſaria nobis priuatio ut ſentiamus. Quemadmodum eni oculi oehementer ſplendidũ iuxta poſitum non uident uerum receſſu quodam mediocri egent. Sic & animę ingrate in bonorum priuatione preteritorum tm̃ ſentire gratiam uident. Quã do.n.ea que cupiunt ſunt adſecuti nullam ex eis deo gratiam habent: erepta ue to cognoſcunt: Sed nullus noſtrum ulla de cauſa: aut ullam ob calamitatem gra tias agere deſiſtet ſi diligenter quodlibet penſitare uelit. Cuiuſlibet noſtrum ui ta multa nec admodum ingrata poſſidet bona que illorum compatione que lon ge ſunt inferiora magis apparent: Vnde ſors noſtra qualiſcunq; melior cõtinuo uidebitur. Seruus es? Habes te humiliorem. Gratias habe quod uno ſupas quod non ad molam dannatus es: quodq; non uerberaris. Non deerunt & huic ſi for te continget cauſę item grattas agendi. Non adhuc compedes habet: nõ in ligno uinctus eſt. Si uinctus: uitam ſaltẽ retinet: ut eius occaſione gratias deo agere poſ ſit. Solem uidet: aerem reſpirat. In his gratias aget. Iniuriã pateris? Spe futurorũ

Siltudo pul cherrima qñ amantes duo p mortem di uiduntur.

Nullus tam miſer quin multis ex deo conceſſis bo nis lętari de beat.

gaude. Iure cōdēnatus es: Grās itē age: hic fcōꝝ das pœnas: ne ꝑpetua punitiōe admiſſoꝝ grā cruciēris. Eadē igr̄ rōne ī oī uita & oī ſtudio licet dño oia uidenti pñtium reꝝ grās: qleſcūq; heȩ fuerit agere: Nūc aūt mala hec patiunť q ıē pñtē deſpiciūt: abſentē/ac deficiētē cupiūt. Nō.n.iferiores ipſis cōnumerant: Ex quo nec ex his q̄dam obtinēt deo grās reddūt/ſed potius excellētioris cōpatione/ea q̄ ſibi deficere uiderit: ſic ut ꝓpria ac debita cōputātes aliena ituenť: V n̄ facile q̄rūť & dolēt. Seruus qd̄ liber nō ſit diſcruciať. Qui aūt liber natus eſt: qd̄ nō ex bōa ſit patria neq; nobili genere. Quodq; ſeptē auos in genealogia nō numeret. Qui equos plures nutrierint uel ī gladiatoribus opes abſumpſerint. Qui uero genere clarus eſt q̄riť qd̄ nō diues. Diues aūt angiť qd̄ ciuitatū ac gētiū princeps nō exiſtat. Dux qd̄ rex nō euadat. Rex qd̄ orbi toti nō dñeť. Dolet ſiquȩ gentes relinquanť q̄ ei nō obtēpent. Ex his itaq; deprēdiť qd in re nulla grȩ ꝑhitori reddūť. Quaobrē nos frēs dilectiſſimi triſtitiā ex his q̄ nō poſſidemus dimittētes de rebus tm̄ pñtibus grās agere diſcamus & in reꝝ difficultate ac calamitate nos circūſtāte medico ſapiēti una cū Dauid dicamus. Bonū mihi q humiliaſti me. Dicamus itē cū apl'o: Nō ſunt dignȩ paſſiōes huius tpis ad futurā gl'iam q̄ reuelabiť in nobis. Dicamus inſup cū ꝓpheta. Paꝝ ob ea q̄ peccauimus uapulauimus. Inuocabimus nomē tuū qm̄ corripuiſti nos dñe. Verūtn̄ in iudicio & non in ira. Dū.n.caſtigamur a dño corripimur/ne cum hoc mudo dānemur. In rebus lȩtis ac felicibus illā Dauid uocē rurſus dicamus. Quid retribuā dño ꝑ oibus q̄ retribuit mihi. Que āt tribuerit uideamus. Ex nihilo me primū ī lucē ꝑduxit rōneq; & orōne ornauit: tot artes uitā iuuātes dedit cibos ex terra nobis ꝑduxit/pecoꝝ aīaliūq; miniſteria dedit: pp nos ībres/nr̄i grā ſol luna. In terris uero mōtana cāpeſtriaq; ornanť: p q̄ ad mōtiū uertices euadimus. Nr̄i grā fluūt amnes: ſcaturiūť fontes: mare ad mercaturā nauigať. Preterea extat metalloꝝ gn̄e diuitiȩ. Tot ubiq; amenitates ob īgētē in nos dei nr̄i bn̄ficiētiā uniuerſa hec nobis creatiōe ſubminiſtrāte. Sed qd hec pua dicere opus: nr̄i grā. Deus hō & uerbū caro fcm̄ nr̄mq; tabernaculū accepit. Erga captiuos bn̄ficus & liberator. In eos q ſedēt in tenebris & umbra mortis ſol iuſtitiȩ. In morte uita. In īferno lux: In mortuis reſurrectio: ſpūs adoptiōis: grāꝝ diſtributio/coronaꝝ ꝓmiſſio & alia q̄ multa q̄ enumerare facile nō ſit qbus deniq; oibus uox illa ꝓphetȩ quadrare uř: Quid retribuā dño ꝑ oibus q̄ retribuit mihi Et rurſus hoc nō dr̄ tribuiſſe: ſed retribuiſſe: munificus & in dādo maximus. Nō ut ab initio grām tribuēs: ſed ut reddēs gratis hoībus. Gratitudinē eni accipiētiū grām loco bn̄fici cōmemorat atq; cōputat: q & opes dās abſte p manus paupeꝝ elemoſinā petit & q̄q̄ ſua ipſius accipit: grās nihilominus ſibi ut de re tua uult reddere. Quid igr̄ retribuemus dño ꝑ oibus q̄

Cōmemoratio bn̄ficioꝝ dei erga hominem.

retribuit nobis? Notādum ꝑphetę uerbū pulchrę dubitatis/ac ueſtigātis ꝑpriā pauptatē qđ tā magnis & claris bñficiis nihil retributiōe dignum hēat. Que tñ bñficia nō ad ſūmum oino puenere: Nā plura ipoſteꝝ nobis dare pollicet: padiſi delitias Regni cœleſtis glīam/ ęquales angelis honores. Deniqꝫ ipſius dei notitiā qđ merētibus bonoꝝ ſupmum eſt ac ois piter rōnis pticeps natura exoptat: Quod & nos cōſequamur danda ē opa: carnis adfectibus exuti atqꝫ purgati. Sed qūo qđ primum eſt bonoꝝ oīum pfectiſſimū amorē cōionemqꝫ (nā legis abſolutio caritas eſt) erga ꝓximos oñdemus? Poſtq̄ eos in magnā incidiſſe calamitatē uideamus nec cū ipſis flemus neqꝫ angimur ſed potius ob ea q illis eueniunt mala gaudemus. Nā ꝓpriū incomodū alacriter & cū hilaritate ferre: patiētię qdē cōſtantięqꝫ ſignum in alienis uero calamitatibus lętari gr̃aſqꝫ deo agere: nihil aliud q̄ in malis gaudere fuerit & adfectos dolore magis adficere: Nihilominus flere cū flētibus apl̄us iubet. Quid igit ad hec dicemus? An rurſus uerba dñi neceſſe mēorare: In qbuſdā.n. lętari & i qbuſdā flere iubemur. Gaudete iqt & exultate qđ merces ur̃a copioſa ē i cœlis. Et rurſus filię Hierl̄m nolite flere ſup me ſed flere ſup uos & filios ur̃os. Itaqꝫ iuſtis ſmo diuin⁹ doleī piter & lętari ꝓcipit aliis qdē ex pnia: lachrymātib⁹ ſil cōqueri & lugere uel ſine dolore exñtes plorare: qđ neſciāt qūo perierint: Nō.n. ſup hoīum morte plorātē aut cū ululātibus clamātē putare oportet: diuinū ipleſſe ꝓceptū. Neqꝫ ego medicum laudo q loco ferēdi auxilii egrotātib⁹: ſeſe malis referſit neqꝫ gubernatorē q loco regēdi nautas & cum uētis certādi & fluctus fugiēdi: deniqꝫ timidiores cōſolādi hortādiqꝫ ad ſpem: ſil cum his q nullā maris expientiā hñt piclitātē ac metuēté. Talis eſt igit q ad plorātes adcedēs nihil ei ex ſermōe ꝓprio utilitatis adferat: ſed ex alienis pturbatiōibus ipſe demum adficiat. Reliquum ē ut ex miſeriis lugētium doleamus. Sic.n. ſe ipm familiarē qſqꝫ laborātibus faciet ſi nec gaudeat in calamitatibus alienis nec itē nimiū doleat: Nō.n. ulterius dolorē mœſtis ꝓferre cōuenit. Ex quo ſimul clamare uel cōqueri cū adflicto uel cū emulari q ob dolorē in tenebris exiſtit: uerbi gr̃a ſeipm execrari & atratū reddere: humi uolutari: comas negligere: magis dolorē augere q̄ lenire fuerit. Nōne uides ut tubera & ſplenes uulneribus ac febribus ſupueniētibus dolores progāt: manus quoqꝫ p tactū māſuetū ulcera mitigāt. Noli igit ipm tua pñtia pturbatū aīum alienū exacerbare. Ne ue ſupra ruentē cadere: Qui.n. iacētē erexerit: oī cadente ſublimior eſſe dēt: At q ęqualiter ceciderit altero itē erigente īdiget. Atñ ob caſus mediocriter morderi & modice rebus triſtibus pungi ab re nō fuerit. In oris adſpectu & grauitatē & pōdus & mediocrē ſignificare pturbatiōem eum q eſt ꝓximum cōſolaturus decet: ne ſtatī icrepatiōibus adflictū iuadere uelut in caſus ipſos ſubito irruente oportet graue nāqꝫ aīam

dolore afflictā icrepare. In anguſtia quoq; cōſtituti huiuſcemodi hoīes minime
audiūť aut recipiunť: quoꝝ ſermones nullum eos euētuum dolorē ſentire oſtē⸗
dūt: Sed eū quē cōſolari cupis prius parūp q̄ri ſinas. Deīde dolore paulū ꝑ lachry
mas ululatūq; ſedato tūc leniter & humaniter caſtigabis: tū ad patiētiā & aī trāq̄l
litatē ſenſim reuocabis. Nā & equoꝝ domitores equos minime freno audiētes
nō ſtati hēnis cōpeſcūt: aut calcarib⁹ ipellūt (Sic.n. adſeſſores repellere & excutere
diſcūt) ſed eis obtēpando ab initio ac minime reſiſtēdo poſtq̄ irā & ipetum pau
latim cōſumptum deficere uiderint. Tūc arte quadā obtēpantes & ad oīa dociles
reddūt. Sic erit ex Salomonis ſnia dicētis. Melius ire ad domū luctus q̄ conuiuii.
Siqs cū prudētia & māſuetudine poterit ꝓpriā ſanitatē afflicto imptire. ſed non
aliena triſtitia ſeſe ut ophthalmia cōtaminare. Itaq; flere cū flētibus licet: qn̄ uide
licet ob pcōꝝ penitētiam frēm lugētem uideris: tu quoq; miſericordia motus ſi⸗
mul luge. Sic.n. in alienis malis tuū corriges atq; noſces: Qui.n. ſup ꝓximi pcā la
chrymas fundit: ſe quoq; deo cōciliat. Talis erat ille q dixit. Defectio tenuit me
ꝓ pcōribus derelinquētibus legē tuā. Quāobrē ſup pcm̄ lachrymas funde. Ipm̄
nāq; aīę ēt īmortalis: mors eſt. Ipm̄ oīno q̄ſtibus & ululatus irreqetis dignū: ob
pcm̄ inq̄ uberes fluāt lachrymę nec ſingultus ex imo corde ꝓcedētes deficiāt. Fle
bat paulus inimicos Xp̄i crucis. Hieremias itē ſup peūtis pcā populi flebat: q qm̄
naturę lachrymę nō ſatis erāt fontē lachrymaꝝ q̄rebat. Sedebo inqt ac plorabo
pplm̄ hūc dies multos pdentē. Tales igr̄ lachrymas: taleſq; luctus uerbū nrm̄ ſer⸗
moni aſſumptū collaudat. Nō aūt oēm triſtitiā nec ex qualibet cā ꝓuenientem
luctū. Vidi ego iā quoſdā uoluptarios hoīes oī oblectatōis generi deditos. In ali
qua deinde mœſtitia ad uinū ebrietatēq; ſe cōuertere & eoꝝ intēpantiā excuſare
conātes ex Salomonis uerbis dicētis. Date uinū in triſtitia. Nā hic ꝓuerbialis eſt
ſermo nō ebrietatē ſuadēs: ſed humanā oñdēs uitā. Vt.n. ipſius enigmaticū ſen⸗
ſum relinquā. Vinū dicētis lętitiā cū rōne. Mēs alioqn uino moderato exhilara⸗
ta uim admodū magnā retinet. Vt igr̄ uehemēti luctu & corde grauati cibo recre
anť: & panis cor mœſtū ex pſalmi ſnia cōfirmat. Sic ēt uinū modice ſumptū cor
hoīs lętificat: uires digerit ac roborat. Ebrii uero nimis uino idulgētes nō qdem
triſtitiā mitigāt ſed mala malis cōmutāt & aīę morbos ꝓ morbis cōplectunť / ac
eos q lāces i libra ęquāt imitātes tm̄ de mœſtitia ſubtrahūt q̄tū uoluptariū augēt
Sed ego qdē exiſtimo auxiliū natura uinū p̄bere oportere. Nō aūt tātū abūdare
meꝝ/ut tenebras rōni obducat. Sic.n. uino mœſtū aliqđ nō cōmiſcebiť nec ebrie
tatis malū aīę addeť. Si āt mœſtitie medic⁹ ē rō & maloꝝ aīę medicinā erit ebrie
tas ipediēs. Quecūq; igr̄ in hoc ſermone diximus ſi diligenter cōſiderabis: ap̄lici
p̄cepti facultatē piter & utilitatē iuenies. Imprimis qūo recta rōne cōtinuo gau⸗

deas. Quomodo item ſine intermiſſiõe ores. Poſtremo quomodo in oĩbus deo gratias agas. & demum quemadmodum adflictos conſolari debeas ut ex omni parte integer ac perfectus exiſtas auxilio ſancti ſpiritus. & gratia domini noſtri Ieſu Chriſti Cui gloria & imperium in ęterna ſecula. Amen.

DE FIDE

DEI qdem cõtinuo reminiſcẽdi apud pias & ei dicatas aĩas nulla ſatietas. Que uero ſunt dei ſermone ꝓſeq ac narrare audax ꝑfecto facinus qum infra materiã tã arduã noſtra ſit longe cogitatio / Rurſuſq nec de deo cogitata ſeu cognita ſermo ullus ſatis apte explicare poſſit: Si igit̃ mẽs nr̃a diuinaꝝ reꝝ cõſideratiõe ac notitia multo repiat̃ iferior & oro ĩfra mẽtem ipſam & cognitiõem maxĩe exiſtat: qũo nõ erit offĩm ſilere/ ne theologię dignitas uerboꝝ penuria & tenuitate piclitari uideat̃: Cũctis.n. tã doctis q̃ indoctis natura inſitũ hoĩbus ut deũ eẽ putẽt ac ꝓbẽt. Enarrare aũt ipſius magnitudinẽ nullus ſane iuenit̃ idoneus. Incultu uero ac pietate erga illũ alter ab altero diſtamus. Nemo.n. ita demẽs: aut tãta mẽtis cecitate ut ad ſumã dei cõpreſſiõem ſeſe ꝑuenire exiſtimet ſed q̃to magis ad ipſius notitiã adcedere uidebit̃ tãto maiorẽ ſentiet ĩfirmitatẽ. Talis erat Habraã. Talis Moſes qñ deũ uidere q̃tũ fas erat hoĩ potuerũt. Tũc maxime uterq ſe humilẽ tenueq putauit Habraã ſe cinerem nõĩans Moſes uero ſe lingua balbũ/ac ſermone tardũ appellãs uidebat.n. reꝝ cognitaꝝ magnitudini nequaq̃ linguę debilitate poſſe rñdere. Sed poſtq̃ oĩum aures ad theologię auditiõem ſunt excitatę: nec ulla ſatietas aut ullus finis in eccleſia taliũ acroamatũ. Eccleſiaſtici ſermõem ueꝝ faciũt dicẽtes. Nõ implebit̃ auris ab auditiõe. Neceſſe itẽ nobis ꝓ facultate aliqd de hac enarrare. Dicemus.n. non q̃tus eſt deus ſed q̃tum nobis dep̃ndi põt. Nã ſi q̃ ſunt itra cœlũ & terrã media ſatis adſpicere oculis nõ ualemus nõ ppea cã nobis fuerit ut q̃tũ poſſimus nõ adſpiciam⁹. Sic & nos paucis nũc uerbis pietatis ĩ hac pte officio ſatisfaciemus. Naturę uero magnitudini triũphũ & plenũ de hoc ſermonẽ cõcedemus. Nã nec angeloꝝ linguę q̃leſcũq aut q̃tęcũq hę ſunt/neq itẽ archãgeloꝝ cũ rõnali natura cõgregatę/minimã illius diuinitatis ptem ſatis cõgrue ꝓſeq ualebũt. Tu aũt ſi aliqd de deo dicere aut audire cupis mitte corpus una cũ ſenſibus: telſque terrã/mare aerẽ ſub tuis ponito pedibus. Spectabis tm̃ cõteplatõe tẽpoꝝ pulchre diſtictas ordinatiões/terrę ornatus. Supra ęthera mẽtis oculos attolles. Sideꝝ curſus mirãdãq naturã: cõſiderabis ordinẽ magnitudinẽ q̃tos qĩbus fructus ꝑbeãt: ſplẽdorẽ motũ collocatiõem queadmodũ iterſe iũgant̃/ac diſtant mirabili q̃dã ac ppetua rõne oĩa mẽte tecũ uolutãs. Deĩde ſupra cœlũ aſcẽde & aĩo pulcherrima q̃ ibi adſunt cõteplator/cœleſtes exercitus: angeloꝝ choros: glĩã dñatõum: ſedes thronoꝝ

De cõtẽplatiõe reꝝ cõditaꝝ que deũ fatentur.

Principatus ptãtes ſingula pcurrendo creata : mẽtem amore diuino ĩcẽſus altius
illius attolles:ac oĩum cõditricẽ naturã diuinã ĩtuere ſtabilẽ ĩmobilẽ nihil ĩ ſe alie
nũ retinẽtem ĩpaſſibilẽ ĩdiuiſibilẽ incõpoſitã:lucẽ habitãtem inadceſſam:potẽtia
ineffabilẽ:magnitudinẽ circũſcriptã:glĩam ſupmicãtẽ bonitatẽ deſiderabilẽ: pul
chritudinẽ ĩenarrabilẽ/quę aĩa qdẽ uehemẽter cõtẽplatiõe abſtracta paulũ qdẽ
degustãte:ſermone aũt nequaq̃ explicare põt.Ibi nãq; pr̃ filius & ſpũs ſanctus.In
creata qdẽ natura/dñica dignitas/naturalis bonitas Pr̃ oĩum principiũ : oĩum cã
exñtium:aĩantium radix unde uitę fons orta eſt ſapiẽtia potẽtia ĩuiſibilis dei:In/
comutabilis natura.Filius ex pr̃e genitus uerbũ uiuẽs:deus exñs & ad deũ exñs:
exñs nõ fcũs ãte oĩa ſcl̃a nõ poſtea creatus. Filius nõ ſeruus creator nõ creatura.
Cũcta exñs & q̃ta pr̃ eſt filius inq̃ & ipſe.Has tu cuſtodi ꝓprietates. In filii cõſi
ſtẽs appellatiõe eadẽ eẽ oĩa que & pr̃ ex ipſius dñi uoce dicẽtis Cũcta que hẽt pr̃
mea ſunt.Nã & imagine iconica ſunt oĩa que in ꝓtotypo ſiue exẽplari exñt: Vi/
dimus inqt Euãgeliũ glĩam eius glĩam quaſi unigeniti a pr̃e : Hoc eſt nõ ex mu
nere aut ex grã:hec ei mirãda data ſed ex naturali cõitate pr̃ię diuinitatis dignita
tẽ obtinẽtis filii.Accipe nãq; cõe qdã cũ creatiõe eſt.Hẽre aũt ex natura ꝓprium
geniti.Vt ergo filius naturaliter ea q̃ ſunt pr̃is poſſidet:ut aũt unigenitus oĩa in
ſeipſo cõprẽdit nihil cũ altero diuidẽs.Ex ipſa igr̃ filii appellatõe diſcimus quod
naturę ſotius eſt nõ naſci iuſſus ſed ex poteſtate ſplẽdens ſine interuallo ſine tpe
cũ pr̃e cõiunctus:ęqualis in bonitate:ęqualis in potẽtia/eiuſdẽ ſotius glĩę/altera
demũ pr̃is imago totũ in ſe pr̃em oñdẽs.Quecũq; aũt poſt hec tibi de ipſo filio
corpea dicunť ut uidelicet ob ſalutẽ hoĩum carnẽ adſumẽs ſe nobis manifeſtaue
rit:qdq; miſſum ſe & nihil p ſe poſſe & mãdatũ a pr̃e accepiſſe & his ſilia dixerit
nullã ubi occaſionẽ p̃beat ut ipſius unigeniti diuinitatẽ ulla ex pte minuas. Nõ
n.ea q̃ humiliter ac tenuiter de dño ob tui ĩgenii debilitatẽ dicta ſunt cã minuẽ/
di aut aliqd detrahẽdi diuinę potẽtię dignitati cõgruã hñt:Humiliora nãq; uer
ba ex œconomia & adminiſtratõe ĩtellige q̃ ob nr̃am ſuſcepta ẽ ſalutẽ. De qbus
ſi impſentiaꝝ tractare uellemus/obſcuri uehemẽter eſſemus/multã ĩfinitãq; pe/
ne uerboꝝ copiã ſubiecto adducẽtes.Sed ad ꝓpoſitũ reuertamus.Si mẽs nr̃a ſeſe
corpeis adfectibus purgare atq; exuere & oẽm ĩtelligibilẽ creatiõem abſe abicere
poſſet & quẽadmodũ piſcis ex ꝓfundo ad ſummũ adnatare/in primã creationis
puritatẽ reducta.Ibi ſpm̃ ſcm̃ uideret:ubi filius & ubi pr̃ oĩa cũ ipſo cõiũctim &
ſcdm naturã bõitatẽ rectitudinẽ/iuſtitiã:ſanctitatẽ poſſidẽt: Dr̃.n. Spũs tuus bo

De ſpũ ſctõ.

nus & rurſus ſpũs rectus.Itẽ ſpũs ſcũs.Et Paulus ait.Lex ſpũs uitę.Hoꝝ nihil ad
ditũ eſt ipſi:nihil poſtea fcm̃.Sed quẽadmodũ ardere minime ab igne ſepať nec
a luce ſplẽdore.Sic nec a ſpũ ſanctificare/uiuificareq;:ſeu bonitas ſeu rectitudo.

Ibi igr̃ ſpũs cõſtitit. Ibi inq̃ in natura btã nõ cũ multitudine cõnumeratus ſed in trinitate cõſideratus. Vnice enũtiatus nõ in numero aliquo/aut cõſortio cõptẽſus. Pr̃ unus. Et filius unus. Sic & ſpũs ſanctus. Miniſtrantes aũt ſpũs in ſingulis ordinibus multitudinẽ nobis uix numerabilẽ oñdũt. Ne igr̃ in creatõe qd ſupra creatiõem eſt q̃ras. Ne ue ad id qd̃ fcm̃ facit cũ his miſceas q̃ ſancta ſunt facta. Is aũt ſpũs angelos archangelos ĩpletptãtes ſanctificat: oĩa deniq; uiuificat. Is itẽ in oẽm creaturã diuiſus & ad aliđ aliter trãſiẽs oĩb⁹ ex ſe grãm diſtribuit: Nec didu ctus aut diſtributus in plures abſumit̃ q̃uis ſuſcipiẽti grãm referat. Nec aliter ite ger cõſeruat̃ q̃ ſol corpibus lucẽs: q uarie a quolibet ſumptus nõ ppea diminuit̃ Sic & ſpũs oĩbus qdẽ grãm p̃bẽs itractus remãet ac idiuiſus: oĩs qdem clarificat fm̃ dei iuſſum: pphetas iſpirat. Legiſlatores ſapiẽtes reddit Sacerdotes ſacris iſti tuit/regib⁹ fortitudinẽ addit/dirigit iuſtos/ornãt modeſtos: grãm actiõibus p̃bet mortuos uiuificat: ſoluit cõpeditos. Alienos in filios p regenerationẽm ſupnã ado ptat. Si telonariũ depdãtẽ: credẽtem euãgeliſtã cõſtituit. Si piſcatorẽ iueniat theo logũ reddit. Si pſecutorẽ: gẽtium aplm: pconem fideiuas electiõis declarat. Per hũc ẽt ſpm̃ debiles reddunt̃ robuſti: paupes in diuitias ueniũt. Idiotę igenio & eloquẽtia cęteris qdem ſapiẽtibus ſapiẽtiores euadũt. Paulus debilis ſed ob pñtẽ ſpm̃ eius corpis ſudaria adiumẽtũ ſuſcipiẽtibus p̃bẽt: Petrus & ipſa humana ue latus debilitate ob eiuſdẽ ſpũs grãm umbra corpis morbos egrotãtium pellebat. Paupes Petrus & Ioãnes argẽtũ & aurũ nõ hẽbãt ueꝝ ſanitatẽ diuitiis lõge pcio ſiorẽ paupi claudo apud portã ſpetioſam dõauerũt: q quũ ex multis auꝝ accipet nihilominus rogabat. Ex Petro grãm qũ ſuſcepiſſet rogare amplius deſtitit uelu ti ceru⁹ pſiliẽs ac deũ collaudãs. Ioãnes mũdi ſapiẽtiã nũq̃ didicit aut nouit. No uit attñ potẽtię ſpũs uerba q̃ nulla ſapiẽtia depndere ualet. Is deniq; ſpũs cœlũ firmauit: terrã ĩpleuit ubiq; adeſt & nuſq̃ circũſcribit̃ totus in quolibet ĩhabitat & totus cũ deo eſt: nõ qdẽ miniſtri mõ dõa diſtribuit ſed dñica ac principali po teſtate chariſmata diuidit. Diuidit inq̃ ppria cuilibet ut uult. Mittit̃ iterdum ut miniſter: agit q̃nq; ut auctor & princeps. Quãobrẽ fratres amãtiſſimi hũc aĩabus nr̃is adeſſe oĩ ſtudio q̃ramus: nec ullo inquã tpe nos deſinere qn in gratia ſimus domini noſtri ieſu Chriſti Cui gloria & imperium in ęterna ſecula. Amen.

Sãcte ſpũs ef fect⁹ pulcher rima narrant̃

SERMO IN VERBA ILLA. IN PRINCIPIO ERAT VERBVM

Mnis qdem Euãgelioꝝ uox reliqs oĩbus ſancti ſpũs p̃ceptis eminẽtior eſſe dignoſcit̃: quod in aliis p pphetas: In euangeliis aũt ipſe per ſe dñs nos eſt adlocutus. In ipſius aũt euangelii laudibus & ſermonis magnitu dine & ſententiaꝝ grauitate Ioãnes filius tonitrui primas obtinet Cuius pemiũ nuper lectum audiuimus. In principio erat uerbum & uerbum erat apud deum

& deus erat uerbum. Hec ego noui multos extra ueritatis rationem mundana ſa
pientia:prędítos iactantes & admirantes ac ſuis decretis & ſcriptis miſcere audē
tes. Fur.n.diabolus & nr̃a extra nũtians ad ſuos. Hypophetas trãsfert. Si ig̃ car
nis ſapientia hãc tm̃ uirtutē uerboꝝ admiratur:quid nos ſpiritus ſancti diſcipu
li faciemus:ſi fruſtra & ſine attentione audimus & paruam admodum in eis ineſ
ſe uirtutem exiſtimabim⁹? Et quis ita ſine mente ac ſenſu ut talem ſentētiaꝝ pul
chritudinem/ac deſcriptoꝝ indeprenſibilem ueritatē nõ ſtupeat:& admiretur ac
eius ueritatem dep̃ndere cupiat? Verũtñ admirari qdem pulchra nequaq̃ diffici
le ſed pfectã ac diligētem eoꝝ adſequi cognitionem hoc ſane captu difficile. Nã
& ſolem hũc ſenſibilem nemo eſt q nõ laudet & ipſius magnitudinem : ſimulq̃
pulchritudinē & radioꝝ ſymmetriam & lucis ſplēdorem admiraris. Si uero i eũ
diligentius ac ptinacius intuebit̃ & in dies eius adſpectum cõſiderabit nõ ſolum
ea que ſentit in eo dep̃ndet ſed ēt oculoꝝ acie debilitatus abſcedet. Tale quid mi
hi uideor mēte pati ſi ardua ſublimiſq̃ uerboꝝ predictoꝝ ueſtigatio regrat̃: In
principio erat uerbum qſnam digne que ſunt circa principia:cognoſcet? Quenã
uerboꝝ uirtus inueniatur que poſſit cognitum ꝑ ipſius dignitate oſtendere. Ipſe
nãq̃ Ioannes de Chriſti ac dei nr̃i theologia tractaturus nullum aliud exordiũ
orationis aptius q̃ principium oĩum prętulit. Preuidebat.n.futuros eſſe q ſophi
ſmata in audiētium euerſionem machinarentur. Q m̃ ſi genitus eſt non erat &
anteq̃ generaretur non erat. Ex his ergo que non ſunt hypoſtaſim accepit. Talia
eni linguę locunt̃ ad pſuadendum aptę:ac pręter oēm gladium ancipitem pene
trabiles & acutę. Ne igitur alicui huiuſcemodi tendiculas uſurpare liceat ſpiritus
ſanctus occurrit p euangelium loquens. In principio erat uerbum. Si.n.hanc uo
cem recte tenueris nihil a uiris contentioſis ac captioſis graue patieris. Si.n.ille di
xerit. Si genitus eſt non erat. Tu dic In principio erat. Sed inquit prius q̃ genitus
fuerit quomodo erat? Tu ne dimittas erat ut non item relinquas. In principio.
Principii namq̃ ſumitas nequaquam deprenditur: Quod autem extra princi
pium ſit non inuenitur. Ne quis enim te decipiat uaria dictionis ſignificatione.
Multa enim ſunt principia diuerſarum rerum in hac uita : que ante ſe principia
retinent alia. Principium bonę uię dixit. Prouerbium ſed uię quidem principiũ
primus motus:unde iter incipimus:cui quod eſt retro inueniri põt: & principiũ
ſapiētię timor dñi. Sed hoc principio eſt aliquid antiquius. uidelicet Animę cõ
ſtitutio:nõdum factę ſapientis nec dñi timorē accipiētis. Dicunt̃ & Archę ciui
les poteſtates que dignitate ꝓcellunt ſed ipſe Arche quorũdam ſunt Arche & ad
aliqd quelibet: Principium itē linęę pũtum. Et principiũ ſupficiei linea: & prin
cipium corpis ſupficies. Et oratiõis principia elementa: Illud aũt de quo dicimus

De principio

Arche & pri
cipatũ & pri
cipium ſigni
ficat.

ſermones ab initio genitę dum ipſa rerum creationi infuſa ac pmixta tacens clamare uidet̃ eius cōditorem dn̄m ut per ipm̄ ad ueri ac ſolius ſapientis cognitionem facile penetres. Eſt & quędam humana ſapientia in huius uitę rerū experientia conſiſtens ſecundum quam ſapiētes dicimus artiū quarumlibet utilium ſciētes. Igitur hic noſter ad cōplectendam ſapientiā magnam libri partem exhortando cōſumpſit Sapiētia in exitu uiarū laudatur. In plateis palam prędicat̃. In ſummis menibus & arcibus collaudatur: Animaduertēs.n. quod hoīes eam maxime cupiunt & ambiūt & queādmodum oēs natura ipſius laudes adſequi ſtudemus ob eius celebratiōem & precoñia: mentes excitat ad eam oī ſtudio ac ſine pigritia cōſequendam: ubiq3 igitur de ipſa ſermonem haberi dicit. In uiis: in foro: in arcibus ciuitatis: in portis in plateis: in menibus. Per uias.n. & plateas eius claritatem innuit. Per muros uero eius utilitatem & ad oēm uitę ſecuritatem ſuppeditationem. Volens nos deniq3 illi familiares reddere ac conciliare ait. Sapiētiam tuam eſſe ſororem & rurſus. Ama ipſam & ſeruabit te. Deinde comunem eius uſum oſtendens & quemadmodum oībus ęque ex ea comodum ꝑuenit: Imolauit inquit eius hoſtias: hoc eſt ſolidum cibum ꝑparauit his qui animi adfectibus ob ipſam conſequendam ſeſe ſpoliauit. In eius cratere uinum miſcuit/ hoīs mētem nimirum exhilarans. Cratera.n. dicit comunem ac uulgarem omnibus bonoꝝ diſtributionem. Ex quo ęque apud omnis facultas eſt ex ea q̃tum quiſq3 poteſt pro portione aurire. Inſuper pręparauit eius menſam. Omnia per Emphaſim loquitur ac per corporalia nobis ſpiritalia demonſtrat. Cibum namq3 animę ſpiritalem/ menſam appellat ad quam altiſſima uoce conuocat hoc eſt cum pręceptis & inſtitutis nihil humile/ nihil abiectum habentibus. Qui ſtultus eſt ab eius latere non diſcedat. Quemadmodum enim egri & debiles rebus utuntur ad curādum aptis. Sic & ſtulti ſapientia indigent/ melinſq3 longe ipſam q̃ argenti & auri theſauros mercari longeq3 item carior lapidibus pretioſis & omne admodū pretioſum ipſa prorſus dignū nō eſt. Omnino aūt ueritatis ſermonem tibi noſſe licet: ſi otioſe dicta Salomonis de ſapientia legeris. Quoniam uero in maliuolam animam nō introibit ſapientia: purgat ante omnia p diuinum timorem futurorum ſapientiam animas ac ſapientię conciliat. Verba.n. ac myſteria ſapientię in quemuis ſine diſcrimine iactare: & oīs ęque ad hūc theſaurū recipe/ nec uitę moribus purgatos neq3 rōne prius & ordine diligēti utentes haud aliter fuerit q̃ in ſordido uaſe unguētū fundere ꝑtioſum. Quāobrem initiū ſapiētię timor dn̄i aię purgatio timor dn̄i ſcdm̄ ꝑphetę ꝑces ac deſideriū dicētis: Configę timore tuo carnes meas: quaſi ubi timor inhabitat: Oīs iniqua noxiaq3 actio fugatur: Membris corporis ad enormes actus moueri: quod timore quaſi qbuſdam clauis con

De ſapientia humana.

r

fixa ſint:nequeũtibus.Sicut.n.q clauos corpori infixos habet doloribus preſſus nõ facile quicq̃ agere põt.Sic dei timore cõfeſſus nõ oculo uti preter decorẽ nõ manus ad nefarias mouere actiones nõ deniq; paruum aliquid aut magnũ cõtra officium agere poterit quaſi anguſtia quadam & motu minaꝝ dñi uinctus atq; opreſſus:impuros aũt ac uanos hic nr̃ Salomon a diuinis oĩno arcet preceptis ac diſciplinis dicens.Qui ſine timore ſunt in portis cõmorantur.Deinde ne que rite ex malis ſapiẽtiam.Et rurſus.Quẽrũt me improbi nec inueniẽt : Nõ alia de cauſa niſi quod diuino timore minime ſunt purgati.Itaq; ad ſapiẽtiam ſuſcipiẽdam adceſſurus prius ſalutari metu aĩam a noxiis purgatus cogitationibus adcedat:Manifeſtũ ſit igr̃ nobis & alterum bonum ex puerbioꝝ doctrina. Timoris habitus nobis per ſapiẽtiam infuſus. Aliud item inter hęc pręceptum. Noſſe diſciplinam.Eſt.n.diſciplina inductio quędam utilis quę ſepe cum labore uitioꝝ maculas purgat:Nec tũc qdem gaudiũ ſed triſtitiam adferre uiſa: poſtremo fructum ſalutarem:& quietum p eam exercitatis facile reddit.Hãc itaq; diſciplinam noſſe non cuiuſlibet eſt mentis qm̃ multi res duras tolerare non curantes exitus ac euentus utilitatẽ ob ignauiam & ignorantiam detrectãt:Impatientes quoq; auſteritatem diligentię ferre.In imprudentię tenebris ac infirmitate remanſerũt. Idcirco admiratione dignę iuſtoꝝ uoces dicẽtium. Dñe ne in furore tuo arguas me neq; in ira tua corripias me.Non eni diſciplinã detrectãt ſed iram.Hoc nãq; ſimile illi dicere uidet̃.Caſtiga nos dñe pręterq̃ in iudicio & ira.Itẽq; illi. Diſciplina dñi aperit aures meas.Quẽadmodum enĩ parui pueri doctrinã deſpicientes ob ferulas flagellaq; que magiſtri & pędagogi adhibere ſolent: attentius dicta ſuſcipiunt & ipſe ſermo ante plagas nõ auditur poſt uerbera doloreſq; ueluti ſtatim apertis auribus & auditu excipitur oratio & memoria cuſtodit̃.Sic q diuina audiunt precepta & ad ea ſeruanda ſe negligenter habẽt:poſtq̃ ex deo diſciplina eis inflicta eſt ad ipſius mandata ſeruanda ac ei obtemperandum uoce quadam excitari uidentur.Ex quo ipſoꝝ auribus ſapiẽtia ſtatim admittitur. Hac itaq; de cauſa inquit diſciplina dñi aperit aures meas:qm̃ diſciplina indocilẽ/ac detrectãtem corrigit atq; admonet ut paulus plane factitabat tradẽs Satana ueluti publico cuidã tortori & carnifici ut erudiant̃ diſcãtq; minime blaſphemari.Rebellãtem uero & calcitrantem reducit.Neceſſariũ itaq; noſſe diſciplinę uirtutem q̃tis ſit uſui rebus.Hãc demũ utilitatem Salomon facile cõſpiciens admonet.Ne prohibe puulum inſtrui & caſtigari qm̃ ſi uirga eũ cecideris ex interitu aĩam eius liberabis.Quis.n.filius quẽ non inſtruat pr̃:Ipſa nãq; diſciplina apud eos q recte iudicant multę eſt preferenda pecunię, Quãobrem clamat Salomon. Accipite diſciplinã & nõ argentũ ut in tpe tribulationis uel corpe laborante/uel rei dome

De timore domini.

Quid eſt diſciplina.

ſtrieq; incomodis ſupuenientibus nunq̃ de deo male cogites aut ſentias ſed multa patiētia eius plagas ob ea que admiſiſti caſtigatus & admonitus ſuſcipias. Dic & tu ſi diſciplinā uere noſti illud. Iram dñe ſuſtinebo qm̄ ipſe peccaui. Illud itē Bonū mihi qa humiliaſti me. Qualis erat Paulus dicens quaſi caſtigati & non mortificati. Item illud qum iudicamur a dño corripimur ne cū hoc mūdo dam nemur. Q m̄ uero doctrinaꝝ pceptio & intelligētia: diſciplina etiā dr̄ ut de Moſe ſcribitur. Quod in oī diſciplina & ſapientia Aegyptioꝝ eruditus erat. Nō oī ſane doctrina imbutus ſed utili tm̄ ad ſalutē idonea: recte uocabitur diſciplina inſtructus. Iam.n.& qdam Geometrię uacantes/ quam Aegyptii inuenerūt uel Aſtrologię a chaldęis repte. Deniq; circa figuras & umbras & ea que in aere uerſantur tpš terentes omnino ex diuinis uerbis doctrinā eruditionemq; neglexiſſe ac ſpreuiſſe inueniunt. Sed & poetica & Rhetorica & ſophiſmatū inuētio multos occupant quoꝝ materia mendacium eſt. Nam neq; poetica ſine fabulis conſiſtere pōt neq; Rhetorica ſine arte dicēdi. Neq; demū ſophiſtica ſine paralogiſmis. Quoniam igitur prę hoꝝ ſtudio & ueſtigatione dei notitiā cōtempſerunt in reꝝ inaniū pſcrutatione tpš cōſumentes neceſſaria eſt diſciplina & ad uere & utilis diſciplinę utilitatem eligēdam & ad eā que inutilis & uitioſa eſt omnino fugiendam. Eſt.n. huic q prouerbiis his uacauerit noſſe prudentię ſermones & his qui diligenter ea exceperit maxime iuuabitur. Prudentiam igitur unā ex uirtutibus preclaris exiſtere palam eſt qua & bonoꝝ & maloꝝ ſcientes ſumus unde & prudentes appellantur. Sed qñ feraꝝ prudentiſſimus ſerpens eſſe dñi teſtimonio dr̄. Eſtote inquit prudens ſicuti ſerpentes. Item prudens Oeconomicus iniuſtitię. Manifeſtum quod duplex eſt prudentie nomen. Vna qdem ppii commodi cuſtos/& alieni doli obſeruatrix/qualem ſerpens habet qui ſiquid periculi incurrere uiderit caput ante oīa cuſtodit. Proprium item ſerpentis naturę ueſtigare ac rapere hos quos ei noxios importunoſq; uiderit: quali prudentia fuit. Ille ſeculi prudens & iniuſtitię œconomicus apud euangelium. Vera aūt prudētia eoꝝ que agenda & nō agenda ſunt cognitio eſt: quam ſiquis rite ſectatus fuerit nūq̃ ab officio/uirtuteq; abſcedet: nunq̃ uitioꝝ uiam imitabitur. Hic deniq; eſt q prudentię uerba cognoſcit. Sunt aūt nōnulli decipuli & ſophiſmata captioſaq; obicientes. Quidam uero nobis quę ſunt circa uitā meliora mōſtrantes ut boni Trapezitę qđ bonū fuerit retinēt/ab oī aūt ſpecie mala abſtinent: Ipſa nāq; uera dei prudētia ſuā edificās domū fundamētum ſupra petrā hoc eſt in xp̄i fide poſuit ut p imbres & uētos & fluuioꝝ incurſus imobilis firmaq; pmaneat. Per huiuſcemodi aūt parabolę uerba nobis oſtendit dñs/quēadmodū in laboribus atq; piculis a deo cœlitus miſſis cōſtātes ac firmi ſumus/doceteq; ea que nobis hoc

Diſciplina duplex una morū caſtigatio pbatioq; p labores ac dolorē: Deide doctrinarum pceptio.

De duplici prudentia.

eſt noſtre ſaluti ſunt neceſſaria: minime negligere: ſed ante tps uitę uiaticum pro uidere: ac preparare: Cordis demũ puritate ſponſi aduentũ expectare. Prudentes inqt uirgines qđ oleũ in lãpadibus habuerũt ſumẽtes obuiam ſpõſo exiuerunt: Stultę aũt quod minime paratę fuerunt a ſponſi gaudio cõgreſluq; repulſę ſunt Vt aũt de ſophiſtica prudentia dicamus ſatis uidemus: qđ eſt uerba cõtorta fuca taq; recipe. Sermo aũt ex mente ꝓcedens ſana ſobrius ac ſimplex: uniformis itẽ. preterea ſemp eadẽ & de eiſdẽ ubiq; dicens. Varius uero & ex arte ſermo multũ & circumuolubilitatis & apparatus habens mille figurat atq; innectit in uolucra Ad ea tm̃ que cupit cõtendens: ac oĩ ſtudio & pſuaſione ſe conuertens: Itaq; totus in noſtro conatu conſiſtit ac uehemẽter quod nitimur pſuadere contendit. Veꝝ ut arti huiuſcemodi & decipulo dicendi generi reſiſtere ꝓbe ualeamus magnum ꝓuerbia preſtant adiumẽtum qm̃ qcunq; hec attentius audiuerit & illoꝝ monita diligenter acceperit tanq̃ reꝝ experientia muniti hec ſophiſmatũ cõtorta excipiet illeſus minimeq; ab eis pſuaſus: minime ppea a ueritate diſcedens. Q ñ eni aliter res natura ſe habea t: aliterq; de his uerba ſuadere uident̃ cõuerſio quedam / magis aũt diuerſio uerboꝝ a ueritate cõtexitur ut quod uere nõ exiſtit uerboꝝ uertigine quadam ad decipiendos adſtantes oſtẽdatur. Queadmodum.n. lepores uulpeſq; canibus aliam curſus mõnſtrantes uiã / aliã cõuerſi tenẽt. Sic huiuſcemodi orationis in uolucra ſpiritalis doctrinę ſimplicitatem ac uiam detorquent. Exercitati nãq; & eruditi in arte dialectica in utrãq; partem differendo ꝑſuaſione ſophiſmatum: ueritatis ſenſum peſſundant. Recipit attamen huiuſcemodi uerboꝝ contorta ille q in his fuerit inſtitutus ꝓuerbiis & ſi qñq; poblemata ęquas utrinq; ꝓbationes habentia inuenit. In quibus difficilis interdum ueri ac ueriſimilioris inuentio fuerit. Si in ꝓuerbiis exercitatus exiſtat: minime mente cõfundet̃ etiam ſi differentes uerbis pugnare: ac paria de his enigmata interſe cõferre uideant̃. Suffragat̃ & ꝓuerbium ad iuſtitiam cognoſcẽdam. Q m̃ uero iuſtitia habitus eſt qui pro dignitate cuiq; diſtribuit difficile qdem hec inuentu aut cognitu: partim quod deficiente prudentia non oĩbus ex ęquo diſtributio fi at partim quod aĩo perturbationibus & adfectibus humanis occupato rectum nõ facile dignoſcatur qñ & pauperes deſpiciunt. Potentes uero uiros & iniuſtos minime redarguunt. Quãobrem liber is ꝓuerbioꝝ eius diſcipulis ac ſtudioſis ſe ueram iuſtitię notitiã daturũ pollicetur. Et qm̃ plures ex multitudine & uulgo laudem querentes re qdem in iuſtitiã atq; auaritiam ut ſibi comodum ante oĩa ſectantes / uerbo autem atq; oſtentatione ius faſq; & eqtatem admirant̃. Hos ita q; is qui prouerbiis huiuſcemodi inſtructus fuerit minime ignorabit: ſed quedam uera & ſincera & ſine dolo iuſtitia cognoſcetur. Quoniam autem quidam

De prudẽtia ſophiſtica & fucata.

Exercitatus i prouerbiis ac ſapientia eni gmata dubia q; poblemata recte ſoluit

De Iuſtitia.

extra fidem ſapientes multos de iuſtitia faciunt ac comparant ſermones ac illis omni ſtudio perſuadere contendunt qui recto huius pręceptionis conſilio non ſunt muniti liber hic ita ueram promittit docere iuſtitiam ut illorum ſophiſmata illeſi prętereant. Sed & gentium leges ac mores multam interſe differentiam habentes illorum prorſus mentes confundunt qui iuſtitię diligētem rōnem minime cōprenderunt. Quidam.n.populi patrem necare fas putant. Alię uero ab oī cede aborrent. Sunt item q pudicitiam maxime colunt: Nonnulli uero & matribus & filiabus & ſororibus commiſcentur. Deniq; plurimi patrio & antiquo more detenti in rebus agendis abominandū deteſtabileq; minime diſcernūt. Idcirco liber hic ueram oſtendens iuſtitiam hoīes ab aī pturbatiōibus liberat atq; purgat. Eſt.n.iuſtitia quedam inſita innataq; nobis ęqui diſtributio: quod ſi nō ad eius perfectam puenimus notitiam: ſit alioqn mens bona iuſtaq; ex eo quod intendimus & querimus minime aberrabimus/nec a ſpe illam conſequendi decidemus. Eſt.n.quedam cœlitus a iuſto iudice deducta iuſtitia partim correctiua partim retributiua ob uariorum in ea preceptorum conſiſtentium magnitudinem ſimul & ſublimitatem ualde quidem cognitu difficilis. Hanc ego pſalmiſtā putauerim dixiſſe. Iuſtitia tua ſicuti montes dei Salomon igitur hanc ueram diuinamq; iuſtitiam pollicetur his qui in hoc prouerbiorum libro diligenter ſe exercuerint. Rurſus autem qm̄ peccatorum aliqua inuoluntaria ſunt: aliqua uero ex mente praua proueniunt que non ęque adiudicari nec parem iuſti definitionem inter hos eſſe oportet. Hec inceſtui cuidam comparabimus. Proponemuſq; impudicas duas una qdem lenoni empta corpus ui coacta inqnabit. Impudico enim poſſeſſa dn̄o parere oportebit: Altera uero ſponte per uoluptatem & libidinem ſponte ſe peccato tradet. Nōne prima qdem aliter ueniam conſequetur & ex aīo prauo ſecunda iudicabitur? Item e duobus alter peccauit quod ab initio ab iniquis parentibus male fuerit educatus uerbiſq; ac factis mala cōſpexerit exempla. Alter uero multa ad uirtutem facientia & liberum iuuantia arbitriū habebit/educatus honeſtiſſime/a parentibus oī diſciplina eruditus: a magiſtris diligenter inſtructus diuinoꝝ etiā pręceptoꝝ auditione legitime imbutus & uitę cō uerſatione & aliis munitus ſuffragiis qbus anima ad uirtutem facile tendere ac adſpirare ualeat. Deinde ſi in idem incurrat & ipſe pcm̄ quomodo non grauiores ante iuſtum iudicem pœnas dabit? Hec in ſolis ſalutaribus occaſionibus mē tibus noſtris infuſis tm̄ accuſari poteſt ut nō recte his utens. Ille uero ut pdens oēm datā licentiā & ut ob malā ab initio cōſuetudinem in prauam oīno diſtractus uitā. Quāobrem rectam ueramq; noſſe iuſtitiam magnę cuiuſdam ſcientię pfectiq; animi eſt. Vera nāq; iuſtitia chriſtus eſt q nobis ex deo genita eſt & ſa-

De indicio recto.

pſentia & iuſtitia & ſanctificatio & redēptio. Noſſe.n.diligēter iuſtitiā facit ut rē
recte iudicare poſſimus. Difficile nāq; nō uerſatum exercitatūq; in iuſti cognitio
ne rē dubiā & in cōtrouerſia poſitā bene ac ordine dirigere. Neq; ipſe Salomon
niſi in hac iuſtitię ſcientia diligenter inſtructus fuiſſet. Illud tā uulgatū de puero
duaꝝ meretricū iudiciū tam ꝓbe cognoſcere potuiſſet: Qm̄ uero ſine teſtibus
geſta hec erāt ad naturā cucurrit/ac p ipſam rē geſtam facile inuenit. Alterā qdē
ſine mœſtitia pueri interitum poſſe pati. Alterā uero ob naturalē materni adfe-
ctus amorē hūc dolorē caſumue minime tolerantē. Igitur qſq; hanc iuſtitiā edo
ctus facile ius faſq; cuiq; ꝓ dignitate reddet ac rē ex ęquo pulcherrime iudicabit
quēadmodum is q ſagittā tēdēs ad metā diriget: nec ultra: nec citra: nec utrobiq;
errādo a uia ꝓpoſita excidet: Ita rectus iudex factitabit: nec in iudicādo pſonam
accipiet. Noſcet.n.quod minime ad rē faciet. Neq; itē ꝓuocatione aut cōtentio
ne aget ſed rectum: ac minime obliquum ꝓferet iudiciū. Quid ſi duo inciderint
iudicanda: alterum qdem plus ęquo habens: alteꝝ uero minus: diligentis erit iu
dicis ptes adęquare tm̄q; ab eo qui plus habet demere q̄tum illius cui dęeſt debi
tę addatur parti. Qui aūt nō recte ambulauerit neq; hanc in corde iuſtitiā geſſe-
rit: ſed aut pecunia corrūpens aut auaritia placere ſtudens ſeu odio cōpulſus uel
ēt potentia pterritus fuerit: nequaq̄ rem iuſte ſancteq; cognoſcere poterit. Huic
igitur Pſalmus ait. Vere iuſtitiam loqmini Rectas iudicate filii hoium: Argu-
mētum nāq; iuſti adfectus eſt rectitudo. Quod idē in orationis ꝓceſſu innuere
uidetur dicens. Pondus magnū & puum & menſurę duplices: abominatio apud
deum: nō ęqum circa iudiciū. Ponderum.n.appellatione ꝓuerbii modo figurās
Ex quo nō ſolum iudicantibus ſed cunctis in oi uita reꝝ agendaꝝ electionibus:
huiuſcemodi iuſtitię inſtructio utilis admodum fuerit: Qm̄ aūt apud nos ip-
ſos iudiciū quoddā naturale habemus p qđ ab iniqs bona facile diſcernimus ne
ceſſariū nobis in agendoꝝ optione: recta facere reꝝ arbitramenta & iudicē quē-
cūq; q iuſta ſit alioqn mente res cogniturū cōtrarias fauere uirtuti oportebit. dā
nare aūt uitiū. uerbi grā. Inceſtus & pudicitia apud te iudicant̄ & alta mens tua
ꝓ tribunali ſedebit. Ex una pte uoluptas inceſtui ſuffragat̄. Dei timor pudicitię
adſiſtit. Si igitur pcm̄ cōdēnans uirtutem ſupare uolueris rectū rei iudiciū cōſti
tues. Si uero ad uoluptatem peopenſus hanc duxeris potiorem: obliquum/ mini-
meq; rectum facies iudicium: reus ſane factus uocis illius. Veh dicentibus ama-
rum dulce & dulce amarum qui dicunt lucem tenebras & tenebras lucē. Quo-
niam igitur ex ipſius Salomonis ſententia. Cogitationes iuſtorum iudicia Vi-
ro ſapienti omnino ſtudere opus intra cordis arcana tribunal conſtituere recta-
q; facere iudicia mentem quoq; uelut in trutina ſuſpendere ad ea que conueni-

unt & ad quodlibet agendum ęqua lancę librandum. Quando mandatum aſſ quod aduerſus peccatum da legi diuinę contra uitium uictoriam. Iniqum & ęqum apud te iudicant Contumelia & patiētia inuicem pugnāt. uitupa contumeliā.lauda patiētiam.Odiū item & caritas alterę ꝓcul reice. Alterā uero caritatem ꝓpriam familiarēq; tibi redde Simulatio & ſimplicitas.Fortitudo & timiditas:prudentia & iprudentia.Tempantia & intempantia:iudicant. Tūc deniq; in tuę mentis receſſu iudicioꝶ rectitudinem oſtēde & ueluti in tribunali tibi ipſi adſeſſor mādata obſeruās monſtra te uitiū aborrere/ac oīno ab eo eſſe auerſum: uirtuti uero fauentem ſtudētemq;:Si aūt in rebus cunctis quas agis apud te potiora & meliora uincere pmittas:beatus in die illa fueris qñ deus occulta hoīum iudicabit ut teſtat euāgelium cogitatiōibus corda ſimul hoīum accuſantibus & defendentibus nec cōdēnatus diſcedos. Verę iuſtitię corona ornaberis qua tu itē uirtutē in oī uita redimiueris.Taliū tibi bonoꝶ prębitor hic ꝓuerbioꝶ liber extiterit docens & uerā ſeruare iuſtitiā & iudicia recte dirigere. Quid igr̄ ultra pollicet? Vt detur inquit innocētibus prudētia.Filio uero iuueni ſenſum ac cogitationem.Innocentiam autem duplicem eſſe nouimus.Primum a peccatis alienatio/mente ac propoſito per longam bonorum exercitationem meditationemq; uitii radicem penitus extirpandi firmata:Sic innocentis demum appellationem recipimus.Altera uero Innocentia eſt ignoratio mali quedam & inexperientia ſeu ob ętatem ſepe numero & iuuentutem:ſeu etiam quod alicuius artis & uitę rationem quandoq; probe non tenentes:fraudes in ea recte cauere nō ſunt edocti. Verbi gratia Puer adhuc paruus dolum aut aſtutiam aut ſuperbiam minime nouit.Rurſus nonnulli in agris tantum.In rebus agendis minime uerſati:mercatorum fallacias iudiciorum ac fori contentiones uarias cautiones captioneſq; ignorabit. Huiuſcemodi innocētes appellare ſolemus non autem ex propoſito aliquo:optione ue mali ignoratione taxari. Vere igitur innocens ille qualis erat Dauid dicens.Ego in Innocentia mea ambulaui.Omnem ex animo ſuo iniquitatem ſeſe in uirtute exercendo fugiens ut hereditatis bonorum dignus haberetur.Quoniam dominus non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia. Is itaq; confidens dicet.Iudica me domine quoniam in innocentia mea profectus ſum.Innocentem ergo oſtendet morum & ſimplicitas & generoſitas & nulla in uerbis phantaſię pręparatio aut artificioſa ſedulitas:qualis erat Iacob mini me fictus habitans domum:hoc eſt naturę utēs ſimplicitate/nihil ex arte ſimulatum figuratūue retinēs:hoc eſt nullā in uerbis adūbratam decipiētem ue faciem pręſe ferens.Innocētem itaq; in hoc ꝓuerbiorum loco nō ex propoſito ſed ignoratione uidetur accipere quem nullus uſus aut experiētia laudatę aſtutię teneat.

De innocētia duplici.

Docet itaq; ut ex uſu & arte uere prudẽs efficiatur:ut armis quibuſdam pulchrę cautiõis munitus aduerſariorum inſidiis ſeſe tutum reddat. Oportet.n.exiſtimo uirum perfectum ad uirtutem prudentem eſſe/ad uitium uero ſimplicem ac purum. Hinc itaq; tanq̃ ex fonte quadam innocentes ſalutarem probatamq; aſtutiã auriant. Vir aũt aſtutus ſedes eſt ſenſus Mala uenientia fugit: fraudes obſeruat. Eſt.n.aſtutia actio aĩ cum attentione quadam & arte & ſtudio laudabili rerum oĩum agendaꝝ. Sicut & uitupabilis aſtutia tm̃ in malis actio/cogitatioq;. Quoniam uero aſtutus uniuerſam ſuſcipit actiõem & in cunctis mala repiunt. Aſtuti appellatio duo ſignificat. Improbus qdem ſenſu & arte in alienis utitur dãnis Laudabilis uero prudenter ac ſolerter bonum ꝓprium ueſtigans dolos & inſidias alienas recte cognoſcit atq; euitat. Quãobrem huic attende aſtutię noi diligẽter: & ut eam cognoſcas opam dabis ſecundum quam hic qdem e ſalubri propoſito probatus in ꝓprię proximiq; ſalutis uſu uerſatur. Alter uero quod in alienũ damnum hac utitur nihil aliud agere ui detur q̃ cum labore opam dare ut pereat. Plena nãq; hiſtoria utriuſq; aſtutię qua uſi ſunt hoĩes. Pulchra fuit admodũ Hebreoꝝ aſtutia Aegyptios decipiẽtium/ac operę premium ſuſcipientium. Demum materiam ad condenda tabernacula ſibiipſis inueniẽtium. Collaudata itẽ nutricũ aſtutia illarum que mares hebręos ſeruauere. Pulchra quoq; aſtutia Re becce que modum diligenter reppererit quo filius magnam ſuſciperet benedictionem. Raab meretrix pulchre item callida fuit. Pulchre & Rachel. Hec quidem quod exploratores probe ſeruauerit: Illa quod patrem officioſe decepit & ex Idolatria omnino liberauerit. Contra uero improbe ſimul & aſtute fecerunt Gabaonitę. Vſus & aſtutia mala Abſalõ qui ęquitatis ſpetie ſubditos & rebellium multitudinem in patris perniciem coegit. Reprenduntur & plures qui cõtra dei populum aſtutia menteq; uſi ſunt praua. Quamobrem aſtutia in hoc libro in bonam ad ſummi partem ex eo deprendi licet quod ad hominum utilitates & ad animas ſimpliciorum cautas in omni actione reddendas traditur atq; pręparatur. Si enim hanc aſtutiam Eua ab initio habuiſſet non tam facile a ſerpentis inſidiis decepta fuiſſet. Innocentem itaq; qui omni uerbo paratus eſt cum animę periculo facile credere preſens doctrina confirmat ueluti adiumentum quoddam ad uitę negotia ex aſtutia officioſa prębens utilitatem. In qua conſiderandum eſt quando filio iuueni ſe dare ſenſum ac cogitationem dicit: quoniam ut ait apoſtolus. Duplex eſt homo unus exterior: alter interior: ſecundum enim ea que uidentur & ſecundum ea que non uidentur: ſed in mentis receſſu ſita ſunt Oportet & nos ętates amborum ſimiliter accipere. Dicere autem nuper natum puerum ſenſum extrinſecus accipere corporeum: nonne abſurdum fuerit?

De laudabili ac uitupabili aſtutia.

Aſtutus dat opam ut cũ labore peat.

Nã qualẽ hic liber ſenſum dare poterit & uiſus & auditus & olfactus & guſtus & tactus qui ſtatim nobiſcum generantur? nec ex doctrina ulla ſed ex natura animal per hos conſtituente ſunt inſiti. Nõ igit̃ puerum ex corpore intelligendum neqꝫ ſenſum quem pollicetur ullum ex his quos ſupradiximus putãdum ſed de interioris hoĩs ętate uelle dicere exiſtimandum. Docetur namqꝫ homo ſepenumero ex ſacris uoluminibus ab initio rudis ut infans quidam: deinde paulatim ut ꝓficiens: poſtremo ut ſenior: Quod & Paulus recte in epiſtola ad corinthios docuit qui parui admodum ſpiritu erant: quãobrem lacte indigebãt: hoc eſt ſimpliciore & iſagogica quadam euangelii doctrina. Nondum cibum fortiorem ac ſolidum in preceptis retinere ualentes. Iuuenis enim admodum eſt qui ex omni uirtutis parte ad perfectum deficit. Spiritu aũt feruens ac circa pietatis pręcepta omniumqꝫ bonoꝝ promptitudinem uigilans. Is ab euangelio & uiolentus appellatur & regnum cœloꝝ rapere cupiens. Hunc item ad hymnos aptũ ſanctus ſuſcipit ſpiritus. Dicitur. n. iuuenes & uirgines laudent nomen dñi & apud Ioel ꝓmiſſiones hñt iuuenes uiſiones uidere: Senior aũt ſecũdum aĩam qñ & prudẽtia perfectus qualis erat Daniel quanq̃ corpore iuuenis ſapientiam ac grauitatem omni canicie preſtantiorem ipſe prę ſe ferens. Idcirco ei dicunt illi qui ſunt inueterati dierum malorum. Huc adcede ſede in medio noſtri/nuntiaqꝫ nobis quomodo ſenioris ac pręsbyteri honorem tibi dederit deus. Quaſobres in hoc libro pueꝝ ſeu iuuenem p baptiſmi regeneratiõem ut infantem & mente renouatum appellati & p hunc ſtatum aptũ regno cœloꝝ. Itaqꝫ huiuſcemodi ſic nup genito ſine dolo & fraude lac appetenti. Liber hic ꝓuerbiorum in eis exercitato & ſenſum & cogitatiõem tribuit. Senſum qdem preſentium Cogitationem uero futuroꝝ. Erudiri nãqꝫ in rebus humanis & ſenſu & reꝝ expientia claros reddit ut ne abſurdis uoluptatibus quiſq̃ ſeruiat/neu uanam mũdi gloriã admiret̃. Ad futuri deinde cogitatiõem ducit p ea que dicit fidem ſeruantibus ꝓmitti. Sed qm̃ ętatum differentias ad interiorem hoĩem traducimus: cõgruum ſane & ſenſuũ nomina ad animę uires etiam transferri. Itaqꝫ qñ dicit. Meis uerbis aures adibe tuas cõſiderare nos oportet quod ex nobis animi obediẽtiam & facilitatem reqrit: quemadmodum & dñs. Quicunqꝫ inquit habet aures audiendi audiat. Item ſermo ſapiẽs in aurem obtempantem. Idcirco p hoc iuueni ſanum auditus ſenſum tribuit. Qñ rurſus ait ne intẽderis fallacię mulieris neqꝫ item tuos oculos ad eã attollas. Item oculi tui recta reſpiciãt: Manifeſtũ quod puerum recte uidendi ſenſus admonet: Qum uero docet Fili mel comede ut tuę fauces dulcedine cõpleantur: Figurate mel diuinã nominat doctrinã ut ait pſalmus. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua ſup mel ori meo: p hanc monitionem ſpũitalem animę

guſtum inferēs. De quo dicitur. Guſtate & uidete quoniam ſuauis eſt dominus. Hinc & tactus qdam procedit ſecundum quod animam attingit ſapientia ut in ardorem ac caritatem eius amatorem deducens. Ama inquit illam ut te cōprendat & rurſus Eccleſiaſtes. Tēpus accipiēdi & tps datum differendi: Corpora nāq; per complexus impuros contaminant. Anima uero p ſapientię cōplexum tota p totam ad ſeipſam unita ſanctitate ac puritate completur. Sic itaq; ſenſum pueris prębet. Cogitationem uero tribuit qñ ait. Diuitię te in die mala non iuuabūt Inicit ſane tuo cordi illius diei conſiderationem in qua nec facultatum multitudo ſatis erit neq; te ex ęterna pœna liberabit. uel qñ dicit Innocētes hereditabūt terram: illam uidelicet terram quam māſueti poſſidebunt. Beati mites inqt dñs qm ipſi hereditabunt terram. Et rurſus gloriam ſapientes hereditabūt. Huiuſcemodi namq; promiſſiones ad bonorum deſiderium animas excitant. Puero cogitationem & ſenſum. Peccatoribus per minas timorem. Iuſtis uero p ea que preparata ſunt eis deſiderium & amorem tribuūt. Que omnia ſapiens audiens ſapientior erit. Magnum hic ſermo prouerbiis teſtimonium prębet: Ipſum ſapientem ſapientiorem appellando: Nam maiora huius libri pręcepta promiſſaq; eſſe oſtendit q̄ ea que comunia traduntur eis. Aliorum enim magiſtrorum diſcipuli rudes admodum. Huius uero libri auditores ſapientes exiſtunt: Q̄m autem ſapientum nomen comune eſt & ſapientes huius mundi dicuntur & uera ſapientia ſapientes hi qui Xp̄m per fidem rectam recipiunt: Sermo igitur hic ſapientes facere pollicetur eos qui extra hanc ſapientiam altero modo ſupradicto cenſentur eſſe ſapientes ſi huic doctrinę uacauerint. Nam & rerum uariarum doctrinam ſpernent & ad ueritatem ſe omni ſtudio & admiratione conuertent. Vel ad hunc modum dici poteſt. Q̄m multifariam ſapiens dicitur. Quando uidelicet ſapientiam appetit. Et qñ in ipſius profectu cōtemplationis. Poſtremo qum ad perfectum ipſius prouenerit habitum. Sapiens itaq; his modis appellatus q hec audiuerit ſiue amator ſapientię fuerit ſiue iam ad eius profectum peruenerit ſapientior omnino erit. Multa namq; diuina precepta edocebitur: multa item humana ediſcet hoc libro uarie monſtrante partim uitium ex animo pellere: partim uero uario modo uirtutemītroducere: Linguā imprimis noxiā frenat. Oculum impura tuentem corrigit. Manus iniuſtas coibere p̄cipit. Ociū inſertat̄ uana deſideria/cupiditateſq; caſtigat: prudentiā docet. Fortitudinē mōſtrat tempātiam cōmendat: His igit̄ inſtructus ſapiens propria uirtute & ingenio exīſts ob huius auditiōem doctrinę ſapiētior fiet: Deinde ait. Et intelligēs gubernacula tenebit Oportet eum qui aliquam ſuſcepturus eſt artem aptam facilemq; ad eam obeūdam naturam habere. Luctatorē robur & corpus uegetum. Curſu certātem: leui

tatem ac pedum pnicitatem·Gubernatorem uero mentis acumen & iudiciu m Quãobrem nõ facile ad hanc artem oĩs euocat hic ſermo ſed tm̃ intelligentem. Quid eſt.n.gubernatio? Animę uidelicet circa inſtabilem rerũ humanarũ naturã ſcientia:quẽadmodum ipſam regere oporteat.Sepe nãq; uitam hanc & aquas & mare appellatã inuenimus ut in pſalmo.Miſit exalto & accepit me. Suſcepit me de aqs multis. Palam eſt quod huius uitę tumultũ ac turbatõem aquas appellat Nõ.n.ſecunda oĩa/aut ex uoto pluribus eueniẽtia ppetuitatem firmitatẽq; hñt. Sicut nec triſtia ſemp durant. Verũ cuncta humana mobilitate quadã rerũ inexpectatę uiciſſitudini ſubdunt̃. Sicut.n.mare in eodem ſtatu cõſiſtere nõ diu põt Sed quod uides tranqllum paulopoſt uentorũ impetu turbatũ adſpicies. Quod q; oriidum & undis feruens ac tumidum:mox multa qeto cõſiſtere uidebis. Sic humanę res facile uertigines mutationeſq; accipient: Propterea gubernatoris & uſu & arte indigent:ut in uitę tranqllitate mutatõum inundationes facile nõ excipiant: Ac nequis preſentibus ita ut nunq̃ perituris cõquieſcat/neu in rebus duris ſe rurſus ãdfligat aut deſperet:ne ue mœſtitia nimiũ cõſeruatus ſubmergat/p̃cepſq; feratur. Neq; enim aut corporis ſalubritas aut uiuentis uigor/ aut domus felicitas ſeu reliquę uitę proſperitas diutius permanere ſunt aptę. Quapropter in hac uitę trãqllitate exñs conſidera/recipeq; rerũ qñq; male ſuccedẽtium tempeſtatem ueniet & morbus ueniet & paupertas non ſemper in puppi flantibus uẽtis. Sed & circumſpectum in cunctis ac oĩa uerentem ſepenumero inexpectata & improuiſa adoriuntur que oẽm felicitatem ueluti turbines circũſtantes & inexcogitati exaſperant:malorũq; continuatio ſicut undę conſequentes & inuicẽ ſurgentes exiſtunt/que tibi & uitam infeſtant & procellam metuendam intentant: Sed & hec qñq; pretereuntia ſedataq; & ad hilaritatem ac dulcem qetamq; uitę rõnem mutata cõſpicies. Sic itaq; duce natura hec intelligas. Ita ſis ad ea que eueniũt aiatus ut cõtinuo tibi ſimilis pmaneas nec elatus in cupiditatibus nec rurſus in calamitatibus demiſſus. Sed & alia de cauſa utile quoq; nobis gubernatiõis p̃uidẽtia fuerit. Nã & alios fluctus ac tẽpeſtates timendas animę inſurgẽtes ex carnis adfectibus nouimus. Irę namq; & timores uoluptates & dolores ut quędam uiolentia procella in carnis ſupbiam mentes ſepenumero male curatam aĩam demerſit. Oportet itaq; mẽtem ueluti quẽdam gubernatorẽ aię adfectibus p̃ſidentem & ut carnis nauigiũ regẽtem/ac cogitatões ueluti temonem perite uertẽtem fluctus noxios generoſe cõculcare. Preterea in ſublimi manẽtem ac dñantem pturbatiõibus nequaq̃ earũ amaritudine ueluti marinis aqs cõpleri ſed cõtinuo uigilãtem atq; orante. Libera me dñe ab his q oderunt me & de profundis aquarum non me demergat tẽpeſtas aquę/neq; abſorbeat ſupra me pfundũ. Vis tibi

aliam enarrem nauigationem ad quam gubernatiōis uirtus nobis neceſſaria fuerit. Regnum cœloꝝ ſimile eſt homini mercatori. Oēs enim angelicam uiam ambulantes mercatores ſumus: per opera mandatoꝝ nobis poſſeſſionem cœleſtium negotiantes. Oportet igitur nos multas ac uarias cœleſtes diuitias cogere ſi uerecundiam ſuſtinere in opis monſtratione nolumus & accipientes talenta illud audire. Serue nequaꝗ & piger. Quāobrem ſuam quiſqꝫ & mercem & theſaurū ſuſcipiens omni ſtudio ſecurus hanc uitam ptranſire conetur. Plures nāqꝫ ab ipſa iuuentute multa congregantes inſtātibus deinde malignoꝝ ſpirituum incitamētis tempeſtatis onus arte gubernationis deficiente ferre non ualuerunt: Ex quo circa fidem tales naufragium fecerunt. Alii aūt pudicitiam quam uſqꝫ a pueris theſaurizauere: uoluptate deinde peſtilenti ſupueniente ueluti procella quadam perierunt. O miſerabilem ſpectaculum: o ſortem lugendam poſt ieiunia multa poſt durum uitę genus: poſt lōgas ad deum preces poſt uberes effuſas lachrymas Deniqꝫ poſt annoꝝ uiginti ſeu triginta abſtinentiam ob indiligentiam inconſiderantiamqꝫ nudum oibus ac tot laboꝝ mercede priuatum reperiri & ſimilem omnino fieri mercatori cuidam diuiti qui multitudine commeatuum oneratus uento ſecundo nauem impellente timendas tuto per mare currens preterit procellas. Naufragio deinde prope portum ſuperueniente oīum aceruatim ſimulqꝫ deſtitutus apparet. Itaqꝫ mille laboribus ſudoribuſqꝫ ipſe parta uno tm̄ dęmonis impulſu facile amittes peccato uelut acerbo quodam turbine depreſſus ex quo ſic de uirtute omni ſimul periclitanti naufragantiqꝫ oportuna uox illa. Veni in profundum maris & tempeſtas demerſit me. Quāobrem in manu uitę ancoras oculum uidelicet tuum curſum dirigentem tuto retinebis ne per eum ſiue auditum ſiue linguam in cōcupiſcentię fluctus incidas aut noxium aliquod accipias ne aliquid eoꝝ que tacenda ſunt loquaris ne te irę tempeſtas ac furor euertat: ne formidinū terrores urgeant: Neu triſtitię pondus deprimat. Fluctus enim ſunt aię pturbationes quibus ſi uirtute occurres / ac illis te ſublimiorem reddes tutus uitę gubernator fuerit. Si aūt per impitiam & inconſtantiam quodlibet eoꝝ preterieris ueluti nauigium aliquod compagibus diſſolutum / ac fractum undis oībus obnoxium ac uerberatū omnino feraris in peccatoꝝ pelagus facile corrues. Sed hęc gubernationis ſcientia queadmodum tibi adeſſe poterit attēde. Mos eſt naucleris in cœlum adſpicere. Interdiu in ſolem: noctu in arctum uel aliud ſemp apparens aſtrum: ac per hoc rectam in pelago uiam cōmentari. Tu quoqꝫ oculos ad cœlum attollens ſecundum eum qui ait. Leuaui oculos meos in montes: habitantes in cœlo iuſtitię ſolem reſpice / ac uelut aſtra quedam ſplendentia dei mandata obſeruans: lumina uigilantia retine. Ne dederis ſomnum oculis eius & pal

De his q̄ bn̄ ceperunt nec tn̄ perſeuerauerunt.

pebris tuis dormitationem ut idoneum itineris curſum ex diuinis preceptis ha-
beas Lucerna inqt pedibus meis uerbum tuum & lumen ſernitis meis. Igit̃ dũ
eris in hac uita in huius mundi reꝝ natura inſtabili:adiumentum eoꝝ que ſunt
agenda a ſpiritu nos comitante mutuaberis & auris ſpiritalibus ac pacificis tuto
te feras/donec incolumis ad portum euadas illum tranqllum ac ſine fluctibus
dei uoluntatis Cui gloria & imperium in ęterna ſecula.amen.

DE HVMANA CHRISTI GENERATIONE IN DIE EPIPHANIÆ:

CHriſti generatio ꝓpria ac precipua diuinitatis eſt:que qdem ſilētio ma
gis ac fide ueneranda q̃ diſputatione aliqua nr̃a ſeu curioſitate ueſtigan
da ubi.n.nec tp̃s neq; euum intercedit/nec item modus intelligit̃ nec
deniq; uię monſtrator adeſt qũo tantę cogitatõi lingua ſuppeditabit? Pater nãq;
erat & filius genitus. Ne quęras qñ/ne ueſtiges quomodo:ſupuacanea quidem
queſtio interrogatioq; Reſponſio uero ratioq; nequaq̃ addi põt. Nam qñ tp̃s
habet. Quomodo uero ad modos corporeos imaginationem quandam. Dicere
tñ habeo e ſacris uoluminibus:quēadmodum ſplendor glorię & figura ex arche
typo eſt. Verũtñ qm̃ nec ratio nec cogitatio talibus reſponſionis uerbis tuę curio
ſitatī ſatisfacit ad ineffabile incõprenſibileq; glorię confugio qum fatear indeprē
ſum ac uerbis humanis inenarrabilem diuinę generationis eſſe modũ: Caue aũt
dicas ſi genitus non erat. Nec aut uerboꝝ prauitate aut cogitationis ineptę uani-
tate cõmitte ut huiuſcemodi ſermonibus manifeſtę ueritati aduerſando ſacram
lugnes & euertas theologiã. Genitus eſt inq̃.ut eius principium: nõ ut tp̃e infe-
riore oſtēdam. Mens tua in tēpoꝝ ac ſeculoꝝ cogitatione nõ euaneſcat ut ea fi-
lio priora exiſtimes que nunq̃ fuerunt/aut erãt. Quomodo.n.creata ipſoꝝ cõdi
tore fuerint priora? Veꝝ ego quod ab initio uitabã in hoc uerboꝝ cõſequentiã
quadē cõpulſus ſponte incidi. Illius igr̃ ęternę ineffabiliſq; generatiõis rationes   De generatõne ſecũdum carnem.
relinquētes id oĩno cogitemus.q̃tũ interuallũ ac rõnis orationiſq; humanę remo
tio ad ipſam huiuſcemodi generatiõis corporeę ueritatē exiſtat. Enſuero mēs q̃
ſunt natura indeprēſibilia attingere neqt. Sermonis itē naturã adęquatē ea qũo
cunq; his que inueniri nõ ſunt apta ſane difficile. Nec mirũ. Deus.n.in terra eſt:
deus inter hoĩes uerſat̃ nõ aut p tubã & mõtem fumãtem uel ꝑ turbinem & nu
bē & tēpeſtatē:aĩas legiſlatoꝝ pterrentes ſed ꝓprio corpe cũ hoĩbus humaniter
pie cõuerſans ac differēs. Deus inq̃ in carne nõ ex interuallo agens aut ſicut in ꝓ
phetis loquēs ſed cõiunctam ei humanitatem retinens p eius ſimilē nr̃ę carnem

oẽm ad ſe traxit humanitatem. Sed quonãmodo p unum inquis ad oĩs ſplẽdor Quomodo in carne diuinitas? Queadmodum ignis in ferro nõ ex ꝓgreſſu ſed participatione. Nõ.n.in ferrum ignis currit aut adcedit ueꝝ in loco remanẽs ꝓprio ſuaꝝ particeps uirium ferrum redditqumqꝫ ſe totum illi comunicet nihil ꝓpeterea de ſua natura. nihil de ſuis trahitur uiribus. Sic & deus uerbum nihil ex ſe ipſo cõmotus qum nr̃am accepit humanitatem neqꝫ item cõuerſionem: cõmutatiõemqꝫ aliquam ſuſtinuit. Et uerbum caro factum eſt. Nec propterea cœlum ſuo continẽte deſertum: & terra nihilominus in propriis finibus cœleſtem recepit. Nec tu inſup motum/aut deſcenſum diuinitatis meditaris. Nõ.n.ut corpus de loco ad locum migrat. Neqꝫ item diuinitatem in carnẽ cõmutatam imaginabere. Immortale nãqꝫ & incõmutabile diuinitas. Quomodo igr̃ inquis deus uerbum? Humana fragilitate nõ eſt correptus aut inquatus: Facile reſpõdemus Sicuti nec ignis deferri ꝓprietatibus non accipit. Nigrum qdem ferrum ac frigidum eſt: attamen ignitũ ac candens ignis formã ſubit. Et quanq̃ ex eo ſplendẽs ignem tñ ſua nigredine nõ inficit: Itemqꝫ ardẽs flamã ſua frigiditate nõ deſtruit aut tollit. Sic & humana dñi caro ita particeps humanitatis fuit ut ꝓpria fragilitate illam minime cõtaminauerit. Sed quanq̃ ex humana debilitate hac uti ſimilitudine neceſſe eſt ne tñ hunc ignem diuinitati omnino ſimilem imaginare: qũ is qualitates recipiat. Illa nihil omnino patiatur. Quod ſi quęris quomodo mortalis natura: ob dei cõiunctionem comunionemqꝫ immortalitatem induerit: Diſce myſteriũ. Ex hoc.n. deus inſitã carni mortẽ interfecit: Nam ſicuti uenenoꝝ antidotũ corpori pmixtum ac pfuſum omne ſupat noxium ac lętale. Itemqꝫ ut in domo aliqua tenebre luminis aduentu diffugiunt ac pereunt. Sic mors in natura dominans humana: diuinitatis preſentia diſparuit: Velut ẽt in aqua glacies tm̃ humido dominatur: q̃tum nox umbraqꝫ durant. Solis uero calfaciẽtis radiis ſubito liqueſcit. Sic demũ mors uſqꝫ ad Chriſti aduentum impauit. Poſtq̃ uero dei gratia ſalutaris oĩbus apparuit & iuſtitię ſol ortus eſt: abſorpta eſt mors in uictoriam & uere uitę pegrinationem nequaq̃ ſuſtinebit. O altitudinem bonitatis humanitatiſqꝫ dei: ex benignitatis copia ſeruatoris a ſeruitute uendicamur. Sed cur deus homo factus eſt rationem exqrunt hoies: qum magis eius bonitatẽ admirare deceat q̃ diuinitatẽ curioſius indagare. Quidnã tecum agendum homo? In ſublimi deum agẽtem minime quęris. Ad te uero per carnem ueniẽtem & tecum cõuerſantem minime recipis: Q. ñ ergo deo domeſticus efficieris? qñ illum cõplecteris? Sed qñ rõnem cãmqꝫ aduentus exquiris. Diſce Carnẽ ſuſcepit deus qm̃ execrabilem cõtaminatamqꝫ hãc purgatã ſanctãqꝫ reddi oportuit infirmam ac debilem corroborari/a deo ob pcm̃ alienatã cõciliari: e paradiſo excidẽtem in

Antidotum Xp̃i diuinitati compatur.

Cur deus hõ factus eſt.

cœlum referri unde clauſtrum myſterii tanti uirginis beatę corpus elegit. Quę autem generationis principia? Spiritus ſanctus uirtuſq; altiſſimi obumbrãs. Sed ipſa queſo euangelii uerba parump audi. Maria inqt deſponſata Ioſeph priuſq̃ cõuenirent inuenta eſt in utero habens de ſpiritu ſancto & deſponſata uiro & apta coniugali officio obeundo putata: Ut & uirginitas in honore ante oĩa haberetᷣ & matrimonium nõ ꝓpterea improbaretᷣ uirginitas.n.ut apta ꝓximaq; ſanctitati electa eſt: Per diſpoſitionem uero & umbram nuptiarum honeſtata comertia. Simul aũt ut & ioſeph domeſticus familiariſq; Marię parientis teſtis eſſet & ne ꝓpterea calumniatoribus illa foret obnoxia ut uirginitatem cõmaculans ſponſam habuit: uitę ſanctę cuſtodem. Sed habeo aliam huic rei rationem reddere priori non admodum inferiorem. Aptum namq; ad incarnationem dominicam tp̃s iamdiu inde a mundi conſtitutione prouiſum atq; ordinatum tunc uenerat: Ex quo ſpiritum ſcm̃ & altiſſimi uirtutem. Deiparam illam cõſtituere carnem oportebat. Quoniam uero ea tẽpeſtate nulla puritate par Marię uirginitas inter hoĩes ad effectum ſancti ſpiritus excipiendum eſt repta: ſub noĩe alioqn nuptiaꝝ que uirginitatem ipſam minime cõmacularẽt ut eligeretur aptiſſima fuit. Adfertur & alia ratio a quodam ex antiquis. Ut Marię uirginitas ſeculi huius principẽ diabolum lateret nupta ioſeph fuit ut nuptiaꝝ noĩe ſuſpenſus facile deciperetur. Virgines nãq; imprimis obſeruabat e quaꝝ unam parituram ex ꝓpheta cognouerat dicente. Ecce uirgo concipiet & pariet filium uirginitatis igitur inſidiator obſeruatorq; ſub matrimonii ſpecie factus ignorans a malignitate abſtinuit. Inuenerat.n. ſuum impium ob dñicam carnis generationem pditum iri. itaq; priuſq̃ cõuenirent inuenta eſt in utero habens de ſpiritu ſancto. Utrumq; ioſeph repperit & conceptionem & cãm e ſpiritu ſancto. Quãobrem hoc ignorans ab initio talis reperiri uxoris maritus: metuens noluit eam occultę dimittere: uerens palam fieri que metuebat: Verum qñ uir iuſtus erat ex deo myſteria noſſe meruit. igiť hec eo cogitante. Ecce angelus dñi apparuit ei dicens. Ne timeas accipere Mariã cõiugem. Timuit qdem non autem maledixit: non uituperauit. Tãtum metuit ut ſpiritu ſancto plenam. Quod in ipſo eſt de ſpiritu ſancto eſt. Hinc enim depñdi licet quod nõ ſecundum comunem modum carnis conſtitutio dño fuit. Cõceptum nãq; ilico pfectum fuit nõ per interualla paulatim formatum ut plane uerba declarant. Non.n. dicit quod in ea conceptum eſt: ſed quod in ea natũ eſt. In ſanctitate nãq; caro conglutinata digna quidem unigeniti diuinitati coniungi fuit. Paries filium & uocabis nomen eius Ieſum in quo illud obſeruandũ qd̃ ubi de induſtria nomina ponuntur ſubiectam ſane tantum oſtendunt naturam ut Habraam Iſaac Iſrael Hoꝝ.n. quodlibet magis charactetę quędam q̃ uirtutis

ſalutaris proprietatem oſtendit. At Ieſus ſeruator appellatur quod myſterium & ante ſecula ordinatũ & deinde p prophetas prędictum manifeſtum habuit exitum. Ecce uirgo concipiet & pariet filium & uocabit nomen eius Emanuel hoc eſt nobiſcum deus. Hęc item appellatio oĩs penitus myſterii declarationem retinet: quod deus inter hoĩes adſit q̃m noĩs interpretatur naturam.. Nobiſcũ deus Cauẽdum inter hec omnino ne in perfidiam infidelitatemq; incidas Iudaicam qui adfirmant nõ uirginem ſed puellam a propheta uocari. Ecce.n.inquiũt Puella concipiet. Primum quidem abſurdiſſimum eſt omnium & ineptiſſimum: a dño id dari ſignum tanti myſterii quod naturę comune ſit omni. Quid ait prophete. Locutus eſt dñs ad Acaz dicens pete tibi ſignum in ꝓfundum maris. Et dixit nõ petam neq; tentabo dñm. Deinde paulopoſt ait. Propter hoc dabit deus tibi ſignum: Ecce uirgo concipiet & pariet. Cur aũt Achaz ſignum nõ petiit ut plane diſcat quod is qui in inferiora terrę deſcẽdit. Idem omnino q ad ſupiora ſublimiaq; adſcendit. Ipſe igitur dñs ſignum dedit. Signum aũt non uulgare neq; comune ſed extraordinarium & prodigioſum ac ualde comunem excedens naturam uirgo uidelicet & mater & in uirginitate ſancta: perſeuerans gloriam nihilominus ac benedictionem patiendi ſortita. Si qui iñ ptinacius hebraicam uocem pro uirgine puellam adſeuerant/nihil ſane noſtrę rationi officiunt. Inuenimus namq; in ſacris uoluminibus ſepe puellam ꝓ uirgine uſurpatum ut in deuteronomio. Siquis inuenit filiam uirginem que nupta non fuerit & aliquis eam uiolauerit/cum eaq; cubauerit. Det ille ſic cubãs puellę patri dragmas. Quinquaginta & exſurgens accipiat ſibi uxorem omni adfectu & amore & diligentia: que carę coiugi geri debet: Ioſeph igitur uxorem ducens a nuptiis abſtinuit. Non nouit eam inqt uſq; quo pareret eius primogenitũ Ieſum. Hoc ſuſpicionem quandam mentibus inferre uidetur ne poſt ſacrum dñicę geneſi ex ſpiritu ſancto exhibitum myſterium Maria opa nuptiis cõueniẽtia minime negaret. Nos aũt hunc locum ſatis cõſolatiõis habere exiſtimamus ſi legamus Eã nõ nouit uſq; quo filium eius eius pareret. Vſq;.n.& ſ: tps alicuius terminũ circũſcribere uidet. Vere tñ infinitũ aliqd pre ſe fert: ubicũq; a dño uerbum hoc memorat. Ecce inqt uobiſcum ſum oĩbus diebus uſq; ad cõfirmatiõem ſeculi. Poſt ſeculum dicere non erat neceſſe. Nõ.n.cum ſanctis unq̃ dñs eſſe deſinet. Nec p̃ſentium ꝓmiſſio: futuroꝝ eſt ereptio. Eodẽ ferme modo & nũc uſq; recipit. Q̃m dr uſq; quo primogenitũ. Nõ oĩno primogenitus ad ſuccedẽtem ꝓlem cõpationem habet: Omne adaperiẽs primũ uuluã primogenitũ uocant. Quod aũt Maria ppetuo uirgo remanſerit etiã Zacharię declarat hiſtoria quedam que ad nos uſq; puenit: Zacharias.n. Mariã poſt dñi cõceptiõem in uirginũ loco cõſtitués a Iudęis inter tẽplũ

& altare interfectus eſt. A populo namq; accuſatus quod rem inauditam prodi
gioſamq; prędicaret uirginem uidelicet parientem citra uirginitatis corruptiõem
Ieſu igitur nato in bethlem Iudę. In diebus Herodis regis. Ecce magi ab oriente
uenerunt Hieroſolymam dicentes. Vbi eſt qui natus eſt rex Iudęorum. Genus
Perſicum magi Incantatiõibus & magicis & naturalibus quibuſdam effectibus
Aſtronomięq; & rebus ſublimibus uocabant. Eiuſdem fere magicę Balaam ille
uidetur fuiſſe qui a Balaac miſſus ut uerbis quibuſdam populo Iſrael maledice
ret: Ex quo in quarta eius parabola talia de domino dicit. Homo audiens uerba
dñi qui nouit altiſſimi doctrinam & uiſiones omnipotentis uidet: qui cadẽs ap-
tos habet oculos. Videbo eum ſed nõ modo: intuebor illum ſed non ꝓpe. Oriet
ſtella ex Iacob & conſurget uirga ex Iſrael. Quoniam igitur aſtrum eſt ortum na
turę ꝓdigium habuerunt: ſciſcitari magi decreuerũt: quiſnam homo ex Iſrael ex-
ſurgeret. Quãobrem Iudeę locum ueſtigantes ex antiquo uaticinio in ciuitatem
uenerunt interrogantes ubinam eſt qui natus eſt rex Iudęoꝝ. Ipſi namq; de ſua
debilitate ac inefficaci uirtute cõſcii: magnę uirtutis teſtimonium nato attulerũt
Ex quo puerum tandem inuenientes cum donis adorauerunt. Hic contẽplator
ut magi alienum a deo genus ac ueteris nouęq; legis diuinę gens peregrina pri-
mum adorare dignati ſunt quod ex inimicis teſtimonia longe preſtantiora fide-
digniorаq; eſſent Si enim Iudęi primum adoraſſent: eorum genus ornare/extol
lereq; forſan putati forent. Nunc autem hi qui nihil attinebant: prius honoraue
re ut iuſto in eos animaduerteretur iudicio qui illum cruci adfixerunt quem al
ieni adorauerunt. Sed quando motibus cœleſtibus ſtudebant: non fruſtra inter
cœleſtes obſeruationes prodigium ſunt contemplati ſtellam uidelicet nouam ac
minime conſuetam in dominico natali effulgentem. Cuius ſane ortum nemo
in aſtrologię rationem computationemq; trahat. Qui enim ex aſtris geneſim
inſpiciunt. Aliquam talem cœli figuram horoſcopantem/ cauſam cuiq; euentu
um eſſe adfirmant. In geneſi uero dominica hoc aſtrum ſignificationis nihil ha
buit. Neq; ſtella ipſa ex aliarum numero fuit. Nã que ab initio orbis creatę ſunt
aut omnino immobiles exiſtunt: aut certe continuo mouentur. Hęc uero de qua
loquimur utrumq; habuiſſe palam eſt & motum & quietem. Ex quo nullam cũ
ceteris habuiſſe rationem/aut naturam apparet: Mota imprimis eſt ex oriente in
Bethlem. Conſtitit autem ſupra ubi erat puer. Idcirco ex oriente magi diſceden-
tes ſtellam ſunt ducem ſecuti. Videntes autem eorum aduentu Hieroſolymam
omnem turbatam regi Iudęorum metum addiderũt: De Iudęorum rege nuper
nato pcũtando/ quem tandem reperientes donis honorauerunt auro thure &
myrra. Nimirum Balaam uaticinium ſequi ſunt uiſi. Qui de Xp̃o talia uiſus eſt

De aduentu magorum.

Vaticinium Balaã de xp̃o

dicere. Accubans dormiuit ut Leo & quaſi leęna quam ſuſcitare nullus audebit: qui benedixerit tibi erit benedictus: & qui maledixerit in maledictiōe reputabiť. Per leonem enim eius imperium ſermo demonſtrat. Per leęnam uero ſuppliciū: Per benedictionis uirtutem eius diuinitatem. Igitur uaticinium hoc ſequentes: ut regi aurum ut morituro myrram. Vt deo thus obtulerūt. Neq; item illud ſuperuacaneum fuerit contra eos dicere qui adfirmant hoc aſtrum cœlo apppaiēs cometis ſimile fuiſſe qui regum ſucceſſiones & imperia noua portendere uidentur. Verum Cometę immobiles continuo ſunt & in una tātum cœli accenſi pat te circunſcripti. Preterea cometarum diuerſa genera & appellatiōes. Trabeales Bothyni Figurę autem fere ſimiles & interſe propinquę. Omnium uero generationis cauſa. Qum inūdans circa terram aer in ſerenam cœli partem diffunditur ut materiam quandam igni cœleſti prębens ſordium uidelicet & humorum terreſtrium craſſitudinem ad ſupiora tractam atq; inflamatam talis ſideris criniti apparētiam facit. Hoc uero ſidus qđ magos ad inqrēdam dñi geneſim appuit/rurſus diſparuit donec ipſis dubitātibus ac ſuſpenſis iteꝝ in Iudęa ſe manifeſtauit Ex quo ſatis oñditur alicuius gr̄a ſeparatum hoc aſtrum eſſe ſcm̄ ac ut alicui ſeruiret: famularetur q;: quod ſane ex re ipſa deprendimus. Stetit inquit ſupra ubi erat puer. Magi uero uidētes gauiſi ſunt gaudio magno. Nos etiam in cordibus noſtris item gaudium ſuſcipiamus. Hoc inquam gaudium & angeli paſtoribus nuntiant. Cum magis quoq; adoremus: cum paſtoribus item deum laudemus: cum angelis deniq; canamus choreaſq; lęti ducamus. Quod eſt hodie nobis Seruator natus deus ac dominus Ieſus chriſtus. Apparuit autem nobis non dei for ma: ut quod erat in nobis debile deleret: ſed in forma hominis ut quod erat ſeruile liberaret. Quis itaq; tam animo ignauus ut non hodię lętetur/ non exultet: non preſentia ſolemnia omni animi hilaritate ſuſcipiat: Feſtum hoc ingens / ac nouę creationis ubi cœleſtia archangelos ad Zachariam Mariamq; mittunt: ac choros angelorum conſtituunt dicentium: Gloria in excelſis deo & in terra pax hominibus bonę uoluntatis. Aſtra e cœlo mouentur. Magi ex gentibus ꝑperāt Terra in ſpelūca recipit. Nihil deniq; ſine lętitia: nihil ſine officio fuit. Nos quoq; cum his lętitiam uoce geſtuq; exprimamus. Nr̄m hoc e feſtū Theophaniā appellamus in quo mundi ſalutarem concelebramus diem domini natalem hodiernum piis mentibus concelebremus. Hodie namq; Adami maledictio ſoluta. Nō eſt quod amplius dicamus. Terra es & in terram reuerteris ſed cœleſti cōiunctus in cœlum adſummeris. Non eſt dici in doloribus paries filios. Beata.n. quę Emanuel peperit: & ubera que lac prębuerunt. Natus eſt inquam nobis Ieſus cuius imperium ſuper humerum eius. Quamobrem cor in tam alto myſte-

Vaticiniū Balaam.

No. cā cometes.

rio floreat/mens exultet: lingua uero breuis minime reſpondet: ſermoq; tenuis ac
obſcurus ad huius ingentis gaudii magnitudinem enarrandam. Noſce dñi hu-
manitatem deo coniunctam. Noſce item diuinitatem cum natura materiali ut
eius imperfectum fragileq; corrigat. Nõ autem ut illa humanitatis debilitate in-
quinetur. Non ne ſolem conſpicis in luto ſe uolutantem: minimeq; contaminã
tem & e ceno coruſcantem: minime fetidum aliquid referentem: Sic igitur dñs
quibus per carnem comunicat: omnem tabem omneq; uitium exſiccat. Quid. n.
dubitas de immenſa incorruptaq; natura? Ne aliquam ex nobis maculam con-
traxerit? Hac. n. de cauſa natus ut nos eiuſdem generis expiaret: propterea inquã
Ieſus creuit & hoĩbus familiaris eſt factus. O dei bonitatem altiſſimam. Ob be-
neficiorũ. n. magnitudinem ei q̃ bñfecit minime credimus. ob eius ingentem hu
manitatem ad ſeruitutis iugũ ducimur. O miſeram & aĩaduertendam ruſticita-
tem ignorãtiamq; nr̃am. Magi qui nunq̃ uiderunt aut audiuerunt adoratũ ue-
niunt: Et chriſtiani curioſius quęrunt quomodo in carne deus & quali carne &
ſi adſumptus homo pfectus an impfectus. Taceãt igitur curioſi & in eccleſia dei
ſupuacanea ueſtigare deſiſtũt: Laudent tñ que recte audiuntur ac traduntur / ac
de quibus ratio omnino non redditur ne ſolliciti ueſtigent: Illis ſeſe commiſcere
ſtudeant qui e cœlo cum gaudio Chriſtum recipiunt: cogita paſtores in diuinis
laudibus ſapientes factos: ſacerdotes prophetantes feminas collętantes. Quando
Maria Aue ex archangelo Gabriele didicit. Meditare quemadmodum Eliſabe-
ta Ioannem tunc in utero exultantem ſenſerit. Anna propheta nuntiauerit. Si-
meon in ulnas acceperit regnum infantem quem totus non capit orbis in par-
uo conſtituens loco. Atq; hi omnes eum conſpicientes minime deſpexerint: ſed
tam familiariter cum eis comunicantem omni ſtudio collaudauerint. Quos
oculos cordis puros retinentes diuina uirtus inluſtrauit. Cum quibus & nos uti
nam adnumeremur domini gloriam reuelata facie cõtemplantes ut & nos quo-
q; a gloria in gloriam transformemur. Ipſi autem honor & imperium in ęter-
na ſecula. Amen.

SERMO SVPER VARIOS SCRIPTVRAE LOCOS. VBI DE VARIIS DISSERIT VITIIS DE ACCEPTANDIS PERSONIS IRA INVIDIA AVARITIA.

CErtat inimicus contenditq; exteriore tumultu noſtrum impedire ſer-
monem. At nos eius cogitationes/ac conſuetudinem minime ignorã-
tes: Aures piter & mentes eoꝝ q̃ ſunt hic hodierna die congregati nu-

triamus. Eos uero qui noſtro carent auditorio miſereamur. Non extra mente diſcurrentes & alias res agentes: ſed ubi corporibus ibidem & animis exiſtamus. Recordemini queſo ex his ſpiritalibus ſermonibus qui lecti ſunt uobis hora matutina doctrinarum utilium: noſtrarum animarum medicinę. Reminiſcite earum que ſunt in pſalmis monitionum. Prouerbialia precepta: hiſtorię pulchritudinés exemplaq; tenete: his addite apoſtolica mandata. In omnibus uero tanquam coronida perfectionemq; uerba euãgelica coniungite ut ex omnibus utilitatem capientes ad id demum contendatis ac reuertamini ad quod quiſq; libenter eſt diſpoſitus: & ad quod obeundum gratiam a ſpiritu ſancto accepit. Nam ſic omnino in multiformi eccleſię facie quod ſunt hominum differentię totidem exiſtũt ſententię. Quod item ętatum & ordinum uarietates: totidem & peccatorum genera. Multimodę multiformeſq; ſunt diaboli inſidię & alios aliter decipiũt. Ad quod enim proniorem conſpexerit ad id propriis utitur delinimentis atq; illecebris. Verbi gratia conſtitit aliquis hic inuidia tabefactam habens animam Vtinam nequis eſſet: hoc enim ante omnia uotum. Attamen humanę naturę ualde difficile ſiue magna ſiue parua animi perturbatione non tangi. Quilibet igitur e ſupradictis aliquid ad ſuum eligat uſum. Inuidus es? ſume remedium. Iracundus es? preſto tibi eſt lectionis medicina. Sic demum auaritiam ſuperbiam reliquaq; animi uitia facile curabis ſi e ſermonibus ſalubribus quos audiiſti tanquã e fonte curam uelis aurire: Nos enim breuia a quolibet dictorum decerpentes in medium adducemus: ut his facile quiſq; proprio morbo poſſit occurrere: ac ea tantum que ad eum pertinent ex omnibus deligere. Primus namq; ſermo in ꝓuerbiis modo enigmatis dicitur ut mens noſtra in obſcuritate orationis ſe diligentius exercendi ac meditandi ſummat occaſionem. Inquit enim. Qui leuia reſpexerit: miſericordiam inueniet: Quomodo hec aut quamobrem laudem conſequetur qui leuia conſpiciet? qum laudabilia exoptione proueniant: Nos autẽ homines ſepe uidemus non qualia uolumus ſed qualis eſt eorum natura que uidentur. Ex quo ſiquid aſperum fuerit adſpectu: quale natura exiſtit: tale uideri fuerit. Leuia namq; ſunt que ſpetie plana exiſtunt. Aſperum uero quod contractum & humile primo apparet aſpectu. Quoniam itaq; inęqualis eorum que uidentur natura quomodo eum ſcriptura laudat qui leuia magis quam aſpera uiderit? Sic & damnare uidetur montes & ualles & ſcopulos & ſaltus & nemora uel etiam mare ſepenumero a uentis exaſperatum uel terram ab aratro ꝓſciſſam ac de plana molliterq; iacente inęqualẽ tumuloſamq; factam. Nũ hec q uiderit cõdẽnabit? & ubi queſo dei iuſtitia. Si ea que coacti patimur in his dãnandi ſumus? Verum ad altiora contemplanda te parabola inuitat. Per hanc ſiquidem

Prouerbium de non accep tãdis pſonis.

Leuia reſpicere.

fratrum differentie notantur. Hic pauper: ille diues. Alius hoſpes: alius domeſti-cus ſeu te Iudice ſeu Iudicii participe utũtur. Si iudicaueris ne inęqualia neue di-uitiſ potentiam reſpicias: Pauperis uero humilitatem ſuę querentis conſulere neceſſitati ne deſpexeris. Neu dicas hic mihi amicus: hic ꝓpinqus ille mihi utilis alius hoſpes ignotus alienus hoc enim modo miſericordiam apud deum non in uenies: plena ſpectabis. Natura namq̧ una eſt. Homo & hic & ille: una in utriſq̧ neceſſitas. Da fratri & hoſpiti. De alieno tuum fac. De peregrino domeſticum. Aequalia igitur reſpicere oportet. Ne pręnotis alienum relinquas: eius neceſſa-rio ſubuenias uſui. Querit ille te ut ſuę calamitatis ſolatium ac refugium: non ꝑ ſonę acceptatorem: nõ ꝓpinquo ſolummodo benignum. Hoſpitem uero abici-entem. Omnes enim in Chriſto propinqui: omnes fratres & ex uno patre nati ſumus. Si ſpiritalem queris cœleſtis eſt pater Deus. Si terrenum: Adam. Si deni-q̧ matrem Terra eſt ex eodem luto omnes conſtructi. Ex quo ſoror natura ſecũ-dum carnem. Soror item generatio ſecundum ſpiritum. Idem omnibus ſanguis & ex eodem parente deſcendens ex domino gratiam accepit: Reſpice igitur pla-na ut apud deum miſericordiam inuenias. Noli in his diſtribuendis honoribus reſpectus habere inęquales: Eſt enim diues ſepe mendax rapax libidinoſus. Pau-per uero iuſtus. Ne igitur tantum faciem ſpectabis ſed occulta penitoraq̧ conſi-dera. Eum honora qui pretioſa poſſidet. Virtus uerę ſunt diuitię. Quid queſo ex his que extra tantum probas homines: Precordia uero mentemq̧ minime cu-ras: Obel enim extra quidem ęs habuit: lutum uero ſub ęre fulgente abſcondi-tum. Si enim in luſtres in uita uideris fulgentes: conſidera ęs eſſe apparens. Intus cenoſa omnia. Contra uero quidam aurum intus habent exteriore teſte circun-datum: hoc eſt theſaurum in uaſis fictilibus abſconditum. Hic caſtus eſt ille libi-dinoſus. Quis horum ditior qui caſtitatem ſeruat uel pecuniam ex iniuria poſſi-det: Huius enim memoria ſempiterna. Illius fragiles diuitię hodie florent: cras marceſcent. Ex quo reſpice ęqualia ac plana: ſuum cuiq̧ tribuens honorem: pre-tioſorum ratiõem habe ut miſericordiam inuenias. Proſequitur deinde. Et cum homine Iracundo noli commorari. Per huiuſcemodi dicta breuia nos procede-re ſatius & aures ueſtras frequentius pulſare: ut ſic facilius in animis eorum que monentur ſenſum tranſmittamus. Iracunde tuum noſce uerbum: meum requi-re de huiuſcemodi uitio ſermonem. Volue multa ſuper hoc diuerſis conſcripta in libris: que ad te faciãt elige: Non enim qui pede offendit quęrit oculi curatio-nem ſed qui oculum habet adfectũ: Sit oris tui ſpeculum ſcriptura hec te docet quemadmodum uir indecens iracũdus. Decorem nãq̧ & humanam quaſi figu-ram amittit Ferę ſpẽm induit. Conſidera parumper iratum Furit: debacchatur.

Nõ acceptã-dę perſonę.

Obel.

De Ira.

Immutant͠ oculi turbidi ſanguineiq̃ fiunt:cor accenditur:ſanguis commouetur hunc uideas ut aprum dentes acuentem : loqui ſepe incipientem : ac uerba imperfecta relinquentem. Multa quoq; in corde non apparentia uolutantem propinquitatis omnis & domeſticorum rationem habet nullam: nullis demum ut libidini proprię ſatisfaciat:parcit:In alieno malo teipſum cura:diſce periculis alienis ne & tu in idem incidas malum. Igitur ſcripturę uerba ſepe tecum repete. Vir iracundus indecens & cum iracundo noli ſub eodem tecto agitare. O q̃ malum cum tali commiſceri qui continuo latrat. Niſi enim eius fugias conuerſationem neceſſarium eius te uias ediſcere. Dixit enim acerbum aliquid:animum tuum cõmouit. Veluti canis latratus:alterius canis tumultum prouocat. Sic & animum tuum quieſcentem ac dormientem uox illius excitauit & facti eſtis inter uos latrantes & controuerſi ueluti fundas uerba inepta & turpia inuicem iactantes. Dixit ille aliquid contumelioſum. Tu uero incipientis imitatus ſtultitiam maiore fœnore reddidiſti. Recipiens ille e ſermone contumelioſo uices non deſtitit : ſed nutriit magis iram:magiſq; linguam acuit : Tu rurſus excipiens extolleris in tumorem. Qui autem in hac malorum contentione uictor fuerit : longe miſerior apud deum erit. Ergo uir iracundus minime decens:Et cum eodem noli cõmorari:Ne ue cœnabis cum uiro inuido. Hic enim alius eſt morbus:uitę hominum peculiaris & animis noſtris a natura inſitus & corda magis cõſumere aptus q̃ ferrum. Liuor namq; unus eſt in quo multa ſunt mala. Vnum tantum utile: quod ipſi auctori eſt incomodum. Inuidus enim ei cui inuidet parum admodum ſibi uere multum nocere uidetur. Triſtitia doloreq; in aliena felicitate abſumit͠ : nec uicini agrum ſed proprium deſtruit. Ne transferas terminos ęternos. In poſſeſſionem orphanorum ne ingredere. Alium hec uerba morum curăt. Auaros notăt: Ne ingrediaris inquit in orphanorum poſſeſſiõem ut ad tuam poſſeſſiõem hoc eſt regnum cœloꝝ facile peruenias. Terminos patrum ne moueas:ne cupias proximi agrum aut uillam. Si uillam auxeris:paulopoſt tellurem augebis. Quanto enim magis ex aliena poſſeſſione tibi fines dilatabis tanto maiori culpę obnoxius fueris. Deinde terra quidem hic remanet tibi breui tempore poſſidenda : nec tua ob auaritiam facta ſed eius qui tibi ſuccedit/cui rem dimittis : unde forte iniuſte uiuat:Terra ſtat in ęternum : peccatum uero animam ut umbra corpus ſequetur. Vt enim umbra corpus ſequitur ſic peccatum animę inſitum. Auaritię namq; malum ſtare neſcit aut quieſcere:ſed ignis naturę ſimile. Ignis enim poſtq̃ incendium attigit:omnem properat abſumere materiam. Nec prius deſiſtere poterit q̃ ubi materia deficit. Auarum autem quid retinere poterit? Igne profecto uehementior eſt. Omnia cõtinuando finibus ſuis occupat ea que ſunt uicini ſibi

De Inuidia

De Auaritia

aufert:atq; habere omni ſtudio cõtendit. Non ea que retro ſunt attẽdit: ſed que his deſunt:que ue ante ſe proſpicit a uicinis poſſeſſa deſiderat: Non ob ea que poſſidet lętatur: ſed ob ea quibus caret angitur. Neque his que congregauit fruitur ſed cupiditate plura cõſequendi ſe magis excruciat. Deinde uigilię ac curę hinc oriunť:quanto.n.diuitię magis augeſcunt tanto de uitę quiete ſibi diues detrahit. Iudex expectatur & auarus cogitat ne in ius trahatur: ne orphanus ſuas lachrymas in foro palam faciat. Nocte cõſultat:quomodo manne acerbos aduocatos quoſdam ſibi pręparet:quomodo pſuaſa teſtimonia cõducat: Quãobrem & potentia pręualendo & in iudicio mentiendo:ambos cõſumet:& iudicem decipiens & pupillũ circumueniens. Eius aĩam curę cõtinuo mordaces abſumunt: Canis latrat. Auarus putat furem eſſe. Mus forte pſtrepit & auari cor ſalit quẽlibet uel puerum ſuſpectum habens. Filios iam grãdes ut inſidiatores adſpicit qđ eoꝝ iam ętas ſucceſſionem clamare expetereq; uidetur. Quin auaris aliud oritur incomodum uitam uictũq; ſuũ in digitis expendit: Ex opibus alias palam:alias uero clam habet ad ſpes incertas ſeponẽs:ſpes inq̃ nõ ſpes:Si.n.ad ſpes ueras erat ad ęternã illam recta pręparatio fuiſſet. Nunc in cubili dubias abſcondit diuitias ueniẽtia qñq; incomoda:futuramq; forte metuens egeſtatem:quę quidem an uenerit incertũ: Veniet quidem tp̃s quo pecuniam nõ diſpẽſaſſe penitebit. Hoc certum:Et ego ſum ſponſor. Meę ſunt partes fratres amantiſſimi de oĩbus uobiſcum uitiis diſſerere. Veſtrę aũt diligenter attendere:ac ex his utilitatem que auditis accipe. Veſtrũ quilibet pcm̃ ueluti ſerpens ſenectutem ex ueris ſic adfectibus ſpoliatus iuſtitiãq; indutus redeat alius ex alio factus: Hac.n.de cauſa fit iſte cõuentus ac patres nr̃i has fidelium cõgregationes in tẽplis ſtatuerũt:ut ea que ſingulis diebus diſcere nõ ualemus ob eoꝝ penuriam qui hec doceãt ac memorent hec in comuni ſolennitate ac celebritate conuenientes accipiamus. Deinde ea tãquam uiaticum ad reliquum tempus cuſtodiamus & uelut in recenti memoria continuo reſonantia teneamus. Fugiamus itaq; peccatum: opus iuſtitię ſequamur. Noli inquam transferre terminos ſempiternos. In poſſeſſionem orphanorum ne ingredere. Ne filios tuos auaritię cauſam facias. Filios habes? Eis theſaurum ſempiternum theſauriza. Theſaurus namq; pietas pecunię eſt. Relinque bonam filiis memoriam magis quam diuitias multas. Fac omnes filio tuo ratione pietatis ac beneficentię patres. Neceſſe enim te quandoq; e uita diſcedere deinde filium relinques paruũ:magiſtratus auxilio indigentem. Si enim bonus honeſtuſq; fueris quilibet ex te deſcendentem uti ſuum nutriet. Reminiſcetur qđ & tu quoq; orphanoꝝ pater dũ licuit fuiſti: Si uero iniuſtus appebis ac multos in uita leſeris & oĩ fera truculentior factus his qui tecũ comertium hñt demũ e uita

Debis q filiis theſaurizãt

diſceſſeris filium tuum comunem omnium hoſtem relinques. Quēadmodum enim ſcorpii filium quicunq adſpexerit timet:ne qñ in ętatem ueniet:patris uenenum imitetur. Sic item & ex te deſcendentes liberos ut paternę iniqtatis heredes futuros priuſq̄ ad ętatem ueniant oēs ſuſpicabuntur. Quid igitur plures inſidiatores ac inimicos tuis liberis paras: qum potius toto tpe dare te opam oporteat:multoꝝ beniuolentiam ad tuorum tutelam hr̄e adiutricem. Quoniam aūt incertum quid poſt te ſequatur relinque per beneficientiam multos qui pro te rem curentne qñ te diſcedente e uita:deinde diuitiis quas cōgregas ad ſucceſſorem ob odium forte apud hoīes contractum minime prouenientibus: moueant oēs caput ac dicant quomodo male parta male dilabuntur & ad filios minime tranſmiſſa ſint. Hec ego tibi prędico ex humanis rationibus:que uero tibi a dño ex euangelio dicuntur facile noſti. Ne igitur ob filios auaritiam excuſabis. Ne honeſtam apparentem cauſam ad peccati occaſionem adferas. Qui enim filium fecit:te fecit q etiam tibi occaſiones nutriendi prębet & filio prębebit uitę ſubſidia. Quilibet.n. pprię uitę ratiōem deo reddet: Quid noſti:cui theſaurizas? Theſaurizat inquit pſalmus & neſcit cui congregabit ea: Filius nāq eoꝝ eſt ſepe occaſio que cumulantur:que tñ deinde aut furis rapacitas:aut paraſitoꝝ Sycophantaꝝ ue nugę:ſiue hoſtiū pręda diripiunt ac lacerant. Multa ſunt.n.que rē tollant atq abſumant. Dic abſecro qñ a deo filios petiiſti:qñ pater eſſe deſiderabas num tuis precibus hoc addidiſti: Da liberos rogo ut mandata tua nō ſeruē? Da inquā liberos ut euangelium deſpiciam? Nō profecto hac cōditione poſtulaſti ſed filios querebas uitę adiutores comunis: Doce miſer bonis & uerbis & exēplis: quales eos erga deū oporteat eē:qualeſq ſepenumero uidiſti. Hę nāq ſunt uerę diuitię ipſa pecunia multo pretioſiores Hec hereditas bona a patre filiis relicta. In poſſeſſiōem ergo orphanoꝝ nō intrabis & cū uiro inuido ne ſimul coenabis. Dcm̄ ſupra de inuidia. Ad maiorē eius mali cuſtodiā nūc rurſus aliquid addemus: Ipſa namq pprium eſt diaboli uitiū. Nō.n. diabolus:ſtatim creatus eſt diabolus ſed angeli poteſtatē ſummens in dęmonis naturā conuerſus eſt: & factus iniqus dęmon. Hac.n. iniqtate imbutus & a dei familiaritate alienatus: ac in ptem defectionis conuerſus:poſtq̄ uidit hoiem paruū qdem aīal pręter oēm creaturam honoratū:qum eſſet antiqor hoīe facile conſpexit quēadmodum natabilia:uerbo tm̄ facta ſunt:oīaq in mari uiuentia: Verbo item terreſtria elephātes equi boues:greges aīalium armentaq oīa: Quodq mirabilius uerbo cœlū & cuncta ſidera creata. Aquę itē ſupra cœlum & infra terram influentes:dei oīa mādato. Solus homo dei manibus factus. Hunc ei honorem diabolus inuidit:eum nāq ſole pſtantiorem animaduertit qum ille uerbo hic manibus ſit conditus. &

De Inuidia rurſus.

ille ob hoíem conſtitutus. Homo uero propter deum. Homo item ut deus eſſet. Sol ut homini famularetur. Cõſiderauit inſuper quemadmodum prima: poſtremaq; creatio homo eſſet: ut ipſi tantum ueluti patrifamilias cuidam domum plenam deus prępararet. Non enim ante omnia fecit hominem ne pauper inopſq; foret: ſed prius cœlum tanquam tectum nobile ſponte conſtructum conſtituit. Terram ſtrauit ut hominis pedibus ſolidum ſtatuens pauimentum. Illum omni copia genereq; herbarum ac fructuum florere/ac abundare uoluit. Iumenta item omnia: animalia quoq; omnis generis aliqua ſub paſtoribus: nonnulla ſilueſtria ad corporis exercitationem quedam cũ labore poſſidenda ut cariora eſſent: quedam preſto parata ut uſui humano facile ſuppeditarent: ſubiecta protinus illi eẽ Inſuper fructum omnigenitum e terra paratum. Tantamq; beniuolentiam diuinam ac benignitatem erga eum proſpexit: ut non contentus deus tot ei comoditates tribuiſſe: ſed eum tanquam ſuas delitias & ornamentum proprium eligens in paradiſo collocauerit inſuper angelos ei pędagogos adibuerit. Deum poſtremo cum eo conuerſantem & eadem lingua cum eo colloquentem: ad equalem cum angelis honorem uocatum: ac quodammodo deum per uirtutem & diſciplinam effectum. Tot igitur bonis in eum collatis Diabolus inuidia motus cum ꝑ inſidias aggredi cogitauit: nec ſolum potuit aut cauſam ullam habuit. At poſtquã creato eſt mulier tenerum quidem animal cuí condito mollior longe faciliorq; natura data eſt ut pueri parui ab eo leuius ẻ ducarẽtur. Si enim mulier auſterior fuiſſet nunquam plorantem infantem ulnis ac pectore foueret accõplecteretur. Nunquam proprii ſepe cibi oblita ubera ſitienti tanta patientia pręberet: Nunc aũt matrum uiſcera ſonnum ſepe a palpebris diſcutiunt. Si qñ infanti breue quid acciderit. Vt igitur is ꝓbe nutriatur mulieris natura dulcior eſt & humanior creata. Huius itaq; humanitatis occaſionem nactus diabolus facilitatem eam quę uirtutis gratia conceſſa erat ad uitium conuertit. Hoc itaq; diaboli proprium malum: hoc uitium latere nequaquam põt / palam uero ab inuido fieri: pudor ac dedecus. Qui caput aut mẽbrum aliquod dolent. Medico morbũ aperiunt. At qui egrotat inuidia quid dixerit? Angunt me proximi bona? Nam ueritas hec eſt: attamẽ uerba ipſa fateri erubeſcit: Quid queſo te adfligit: proprium malum: an alienum bonum? Canes enim nutriendo manſuetos reddimus. Inuidum uero & malignum beneficio noſtro deuinciendo longe peiorem reddimus Non enim gaudet in his que recipit bonis ſed tua lętatur felicitate quod facultas tibi ſit eius uſui ſubueniendi. Noli igitur in diaboli deceptionem incidere. Inuidit enim tibi: Inuidit inquam: qum te e paradiſo expulit. Per illum ſentes & tribuli. Per illum ſudor & exilii principium in qđ incidens ne obliuiſcere antiq

patrię unde excidiſti: Reminiſcere quanto ille te damno mulctauit. Ne illius cõfide artibus: ſeu delinimentis ne ue cum eo comertium ſuſcipe ullum. Bis enim te leſit. Primum qum te ab initio eiecit. Deinde nunc reditum tuum turbare cõtendit. Incomodum namq; tibi primum intulit per mulierem. Et rurſus per mulieris concupiſcentiam reſtitutionem tibi proibet amiſſorum. Fornicatio facit ut regno cœlorum proibearis. Prima iactura minime contentus ſecundas etiam excogitat uias curſum nobis ad beatam uitam obſtruendo: quando murus eſt quidam & impedimentum nobis iter facientibus ipſius mendacium ſcelus iniquitas auaritia contumelia: hec & his ſimilia ſunt diaboli aduerſus nos tela infeſta: Qui poſtquam a deo ſummo imperatore: ac omnium conditore per ſuperbiam defecit: ubi uidit hominem ad ipſius imaginem factum qum non poſſet in auctorem ipſum quem ante omnes ledere cupit. In eius imaginem ſuam exercuit malignitatem. Veluti ſiquis homo quando regem inimicum attingere non ualens eius ſimulachrum cederet: Vidi ego iam partim audiui: res certa eſt: iter animalia hominibus inimiciſſima. Pardalim quandoq; in ſtadiis hominis oculos prę ira inuadentem: Qui autem ferę deludere furorem querunt hominis imaginem ei ex charta oſtendunt. Illa ſtatim furibunda eam concerpit atq; dilacerat. Hoc argumento ſtatis oſtendens quanta ſit eius aduerſus hominem inimicitia. Sic item diabolus in dei imagine hominem apparentem inſectatur: quando deum ipſum attingere nequit. Sic & contra nos bellum ipſius ſatis oſtendit: dei eẽ illum aduerſarium & ante omnia deum petere. Ex quo miſerum hominem ex urbe Hieruſalem. In Hierico deiecit: hoc eſt ex altis locis ad ima. Eſt enim Hieruſalem in colle ſita. Hierico autem in ora maris ſiquis ueſtrum locum uidit ſatis ſcire poteſt quemadmodum Hierico in curuis paleſtinę locis recumbit. Hieruſalem uero in monte longe diffuſa ſupra reliqua loca eius regionis attollitur. Ita q; homo e ſublimi ad inferiora deſcendit ut in latrones incideret E Hieroſolymis ſecurus uenit ut pręda hoſtibus fieret. qui eum & ceciderunt & ſpoliauerũt. Prius enim plaga deinde nuditas narratur. Nam animę plaga: peccatum. Nuditas uero animę immortalis amictus eſt ereptio. Peccatum namq; gratiam per baptiſmi regenerationem nobis datam abolet. Inuidia plaga: libido alia plaga: auaritia item alia quodlibet horum plaga eſt a latrõibus hoc eſt dęmonibus noſtris ad culpam miniſtris nobis inflicta: Poſt plagas uero ſpoliatus eſt. Si autem corporea fuiſſet ueſtis prius ſpoliaſſet deinde plagas addidiſſent ut ueſtis ſeruaretur Nunc autem plagę pręcedunt ut plane diſcas quemadmodum culpa: gratię priuationem atq; amiſſionem pręcedit quę nobis per humanitatem domini noſtri Ieſu Chriſti data eſt Cui gloria & imperium in ęterna ſecula. Amen.

De Pardali.

AD NEPOTES QVOMODO EX GENTILIVM DOCTRINIS PROFICIANT.

MVlta me Iuuenes adhortantur ad ea que uobis & optima eſſe & plane utilia uolentibus Iudico cōſulenda. Nam & hoc ętatis ad quod iam p ueni & rerų mutatio uariaų ſimul & expientia ſatis humanę cōditionis me peritum reddiderunt ut uobis qui in uite eſtis exordio tutiſſimam uiam faci le poſſim oſtendere q pręſertim iure ac ꝓpinquitate naturę me ꝓximum paren tem habeatis & ego nihil minore beniuolentia q̄ pater uobis adfici fateatur. Vos item niſi forte ueſtra de nobis exiſtimatio me decipiat arbitror ſi me reſpicitis pa rentem minime deſideraturos. Si igitur hec mea dicta prompti receperitis: pal mam ſecundam eorum qui ab Heſiodo laudantur facile accipietis. Si minus ni hil aliud dicam quam uos ipſi carminum reminiſcamini que ille conſcripſit.

Optimus ille quidem qui per ſeſe omnia nouit,
Proximus huic fuerit: qui credit recta monenti
At qui nec ſapit ipſe: neq; audierit ſapientem.
Vtilis hic nulla eſt omnino in parte putandus.

Heſiodi carmina.

Ne miremini ſi ad magiſtros adſidue nobis euntibus & libros quos ueterum probatiſſimi reliquerunt euoluentibus aliquid ex me inueniſſe utilius adfirma uerim. Nam talibus uiris quibus operam datis moneo ne ueſtras ſententias ue lut ancoras nauigii omnino firmas tradatis Sed que tantum ex his utilia fuerūt conſectariteliqua ut nihil pro futura reſpuere malitis. Que ſunt igitur hec & quomodo diſcernenda hoc plane docebo hinc ſumens exordium o Iuuenes ut nihil eē in humana uita bonum aliquod exiſtimemus aut omnino nominemus quod hic finem quandoq; ſit habiturum. Quamobrem nec progenitorum cla ritatem nec corporis robur aut pulchritudinem non ex hominibus honores nō regnum ipſum non deniq; quodcunq; quis dixerit rerum humanarum magnū nec uoto quidem digna iudicamus aut ea poſſidentes aliquo modo admiramur Verum ſpe longius procedimus & ad alterius uitę pręparationem cuncta diri gimus. Que igitur ad hanc faciunt uitam: hec etiam nobis & amare & proſequi totis uiribus: nihil uero ꝓ futura totis uiribus deſpicere oportere dicimus. Quę autem hec ſit uita & ubi aut quando ſeruanda ſi impreſentiarum docenda ſit lō gius mihi quidem quam ſecundum preſentem conatum procedere opus. Maio rum quoq; ueſtri ęqualium auditorum prouincia fuerit. Tantum dicam atq; ex hoc fortaſſe oſtendam. Quod omnem ſane felicitatem que ab initio generis hu mani fuerit ſiquis in unum oratione comprenderit nō quotam partem bonoꝝ

illorum inueniet ęquantem ſed eorum dignitate longe inferiora umbra ſiue in
ſonnium rebus ueris magis autem exemplo propriore utemur. Quanto anima
pretioſior eſt corpore tanto utramq; interſe uitam differre palam eſt. Ad hãc ita
q; ſacra uolumina per abſcondita myſteria nos inſtruunt/quorum ſenſus altitu-
dinem uos ob ętatem attingere non admodum facile. In aliis uero non omni-
no differentibus uelut in umbris quibuſdam & ſpeculis ueſtrorum oculos ani-
morum quadam tenus exercitabimus: eos imitantes qui in gymnaſiis ſeſe exer
cent & manu pedeq; inſtructi poſtmodum utilitatem ex eius artis diſciplina in
legitimo certamine referunt. Et uobis quoq; proponi omnium certamen maxi-
mum putare oportet pro uobis omnia faciẽda & omnibus uiribus ad huius prę
parationem laborandum. Inſuper poetis & oratoribus & omnibus hominibus
utendum. Vnde futura ſit aliqua utilitas que ad animę faciat ędificationem. Ve
lut enim fullones qui medicamentis quibuſdam rem prępararãt atq; ita demum
colorem quem cupiunt ſiue purpuram ſiue aliquem alium inducunt. Sic & nos
ſi gloria pulchritudinis uitę huius quam tantopere laudamus illota nobis man-
ſura ſit non prius purgatis: tunc ſacras & archanas ſcripturę diſciplinas non faci-
le attingemus aut percipiemus. Et quemadmodum ſolem in aqua uidere conã-
tes ſic illi lumini oculos iniciemus. Quamobrem ſi noſtrorum ſermonum/ac gẽ
tilium ulla eſt familiaritas uobis illorum ualde conferet notitia. Si minus eos ſal
tem ſimul conferendo differentiam diſcere licebit / qũm ad melioris optionem
atq; delectum non parum comparatio faciat: & inferiora ſepe collata ſint potio-
ribus ornamento. Veluti plantis que propria uirtute fructu pulcherrimo ſcateãt
folia nihilominus ramis coniuncta quendam ferunt ornatum. Sic & animę pre
cedens ueritatis fructus non ab re quidem exteriore ſapientia circundatur ſicuti
foliis quibuſdam umbram fructui/ac adſpectum non intempeſtiuum prębenti
bus. Dicitur enim & Moſes ille cuius eſt in ſapientia nomen apud omnis homi
Moſes. nes maximum. Aegyptiorum diſciplinis mentem exercitatus. Ita ad eius qui eſt
contemplationem proceſſiſſe. Similiter autem & in ſequẽtibus temporibus. Da-
Daniel. niel Babylone Chaldeorum ſapientiam dicunt didiciſſe tũc deniq; diuinas atti-
giſſe doctrinas. Et hactenus quidem quod diſciplinę prophanę non ſunt animę
omnino inutiles ſatis narratum. Quomodo uero deinceps ipſis utamur & ex q-
bus eas ſumamus dicẽdum Primum q̃dem a Poetarum diſciplinis quod uarii ſint
in dicendo incipiam. Non oibus quidem mentem adibendã cenſeo ſed eis tm̃ q
bonorum hoium facta dictaue nobis enarrauerunt. Illaq; & imitari & oibus modis
ſimiles eis eſſe conari. Q ñ uero ad infantes & nefarios hoies ueniant hec oino
uitare his aures obſtruere nõ minus q̃ ulixem ad cantus ſirenarum dicũt oportebit

Nam prauis adſueſcere ſermonibus uia quedam eſt ad rem ipſam. Ideo omnis cuſtodia anima ſeruanda ne per ſermonis uoluptatem deliniti prauum aliquid ſimul adſumamus. Veluti qui uenena cum melle concinnant atq; occultãt: Nõ itaq; poetas laudamus contumelioſos non cauillantes/aut ſcommata:iactantes/ non amantes uel ebrios. Non q in cibis & mēſaꝝ lautitie ſeu cantibus obſcenis felicitatem ponunt. Ante oīs uero q de diis diſſerunt:pręſertim ſi plures aut diuerſos ponũt minime interſe cõcordes. Frater.n.apud illos cũ fratre cõtendit & pater aduerſus filios & filius aduerſus pĩem inſurgit. Bellũ eſt ſine precone. Ad ulteria preſertim ſtupraq; & amores deoꝝ obſcenos & hos maxime principis oīum & dñatoris Iouis ut aiunt. Que ſane ſcelera ſiquis de feris dixerit erubeſceret Nos illa ſcenę relinquemus. Et hec qdem de poetis dicere habemus eis maxime q ut audiētium animos corrũpunt uerba faciunt. Artem uero oratoꝝ ad decipiendum inſtitutam nequaq̃ imitabimur. Nã nec in iudiciis neq; in actionibus neceſſarium nobis mendaciũ uiam uitę rectam ac ueram ingredientibus. quibus non iudicare lege precipitur. Sed ea magis illoꝝ recipiamus in qbus uirtutē laudauerunt uel uitiũ uitupauerunt. Velut.n.florum reliquis quidem uſq; ad odorem uel colorem eſt uſus:apes aũt mel ex ipſis excerpere nouerũt: Sic & q diligētes in legēdo exiſtunt non ſolum qđ dulce iucundumq; fuerit in eoꝝ libris perſecuntur ſed quandam ex eis utilitatem animo referre contendunt. Velut item apes:qñ hę nobis ꝑbe huic exemplo ſuppeditant: non oībus floribus ſimiliter inſidunt neq; ex his ad quos adcedunt oia auferre conantur ſed q̃tum ipſis ad opus neceſſarium fuerit cõprendentes reliquum dimittunt: Nos etiã ut ſobrii ſapienteſq; q̃tum cõgruum nobis ꝓpinquumq; ueritati ex ipſis fuerit perſequamur reliquum pretereamus. Et ſicut in legendis roſis ſentes uitamus ſic in talibus ſermonibus qcqd eſt utile carpentes noxium uitemus. Statim igr̃ ab initio quamlibet doctrinã cõſiderare ac ex Dorico ꝓuerbio Lapidē uſq; ad filum ferre oportebit. Et qñ p uirtutem ad uitã hãc ueram adſcendit̃ uirtus aũt ipſa plurimum a poetis ac philoſophis cõmendatur: eorum ſermonibus maxime uacandum. Nã prima quidem utilitas eſt. In animis iuuenum uirtutis eſſe comertium ac cõſuetudinem quorum ſemel accepte doctrinę ob animorum teneritudinem ꝑpetuo remanēt. Nec aliam ob cām Heſiodum putamus hos ſcripſiſſe uerſus magnope laudatos: niſi ut iuuentutem imprimis ad uirtutem adhortaretur.

Prouerbium Lapidem uſq; ad filum ferre.

Ad uitium facilis uicinaq; ſemita cunctis
Panditur: at uirtutis iter poſuere remotum
Cœlicolę/durumq; prius: ſed uertice ſummo
Dum fuerit: planum ſe offert querentibus illud.

Heſiodi carmina.

Mihi autem his carminibus uidetur nihil aliud auctor uoluiſſe q̃ ad amplectendam uirtutem iuuenes excitare ut nec initio uoluptati confiderent/neu rerum tedio ac labore a ſpe patientiaq; deciderent. Quamobrem ſiquis alius his ſimilia ac conuenientia bonis moribus locutus fuerit omnino recipiendus ut ego quidem ex uiro graui qui maxime poetarum ſenſus tenebat accepi. Omnis Homeri poeſis uirtutis eſt laus & eius omnia ad hunc finem referũtur: ut nihil ab re aut

Homeri poeſeos commẽdatio.

parergum ſit poſitum Maxime aũt ubi ducẽ Cephaleſium ulyxem nudũ e naufragio ſeruatum ſcripſit. Primum q̃dem Reginam appẽtem ueritum eſſe tanti modeſtiam/ac nuditatis uerecũdiam extimaſſe: unde loco ueſtis: uirtutis ornatũ

De Vlyxis pudicitia.

ſumpſit: ac Pheacibus oĩbus in tantam uenit dignatiõem ut relictis illi delitiis q̃bus magnopẽ dediti fuerant eius imitarentur exẽplum & nihil potius optarent: q̃ eſſe ulyxem quanq̃ nudum & e naufragio ſeruatum. Quo ſane exemplo enarrator mentis poetę: nihil aliud Homerũ intendere aut clamare uoluiſſe adfirmat q̃. O uiri curanda nobis ante oĩa uirtus eſt: quę naufraganti prẽſto adeſt & cõnatat: & in terra nudum exiſtẽtem honoratiorẽ Pheacibus delicatis ac felicibus reddit. Et pfecto ſic res habet. Nam alia q̃dem oĩa non magis poſſidentium q̃ quorũlibet ſunt uelut in talorũ ludo huc illuc tranſpoſita. Virtus aũt ſola poſſeſſio immortalis atq; immobilis & uiuenti & morienti pmanens. Vnde Solon mihi uidetur iure illud ad diuites dicere. Nos nequaq̃ cõmutabimus cum uirtute di-

Solon.

uitias: quod uirtus firma ſit: pecuniã uero alius aliter interdum habet. His quoq; ſimilia a Theogne dicta feruntur. Deum quencũq; ipſe dicat hoĩbus uarie talentum adpendere: Interdum quidem eos diuitiis adfluere: interdum nihil habere. Quidam uero ſophiſta chius in ſuis ſcriptis his fere ſimilia in uirtutem & uitiũ

prodic*chius De Hercule.

philoſophatus eſt. Cui pfecto mens adibenda: qum nequaq̃ uir deſpiciẽdus uideatur. Ego uero q̃tum eius ſententię teneo dicam qũ uerba nõ memini niſi q̃d hec ille ſimpliciter ac proſa dicit oratiõe: Quod iuueni quondam Herculi & eadem fere ętate in qua nunc uos eſtis ſecum conſulenti ad utram uiam ſe conuerteret. An eam que ad uirtutem p labores ducit: uel facilem per uoluptates ingrederetur. Duas ei feminas uirtutem ac uoluptatem diuerſa ſpetie apparuiſſe. Altera quidem forma conſpicua: molliore facie laſciuis oculis: ſermone blando. Omnia fauſta faciliaq; & ad uitę ſolatia tendentia per otium pollicendo. Herculẽ ad ſe trahere conabatur. Altera uero uultu rigido ſqualenti mœſtoq; ore/ magnã fiduciã atq; cõſtantiam prę ſe ferens nihil iucundum nihil amenũ oſtendebat ſed mille pericula laboreſq; immenſos terra mariq; ſubeũdos. Premium tñ horũ immortale/ad extremũ uero monẽtem Herculem ſe ſecuturã & inter deos collocaturã ſe recipiebat. Quorũ igitur ſermo aliquis eſt de uirtute uim habet ac laudẽ

ſi facta dictis apud eos reſpondeant. Qui aũt uerbotenus ſunt philoſophati: nec
uita ſermonem ſunt comitati umbris comparandi & ſimile aliqd pictoribus prę
ſe ferentes exiſtunt q hoīs pulchritudinem in tabulis imitantes talẽ effingũt: qua
lis ille uere repitur. Q̃ñ magnifice qdem uirtutem laudare & in mediũ longos
de hac ſermones facere priuatim uero uoluptatem tempantię pferre & rẽ male
partam iuſtitia potiorẽ hẽre ſimilem ego dixerim hiſtriõibus q in ſcena fabulas
agũt & ut reges ac principes ſepenumero ingrediunt/quũ nec reges neq̃ princi
pes exiſtãt. Et muſicus qdẽ ut populo canat lyrã diſcordẽ atq̃ abſurdã nequaq̃
ſumet. Chorus itẽ ſi alteꝝ ex ęquo rñdẽtem nõ hẽat choꝝ interſe facile diſcorda
bũt. Sic q uerbis uitã geſſerit imparẽ & liguę mẽtem nõ ęquabit Illud Euripidis
uere dicet. Cupio nẽpe bonus uideri magiſq̃ eẽ. Quod ſi Platõi credimus uitiũ
eſt aĩ peſſimũ. Eos itaq̃ q precepta tradũt & de uirtute diſſerũt ſic recipimus. Ve
rũ qm̃ antiquoꝝ uiroꝝ nõnullę ſtudioſę actiões factaq̃ magnope laudant Poe
taꝝ uel oratoꝝ ſcriptis cuſtodita & ad nos uſq̃ penetrãtia. Ex his nobis nõ oĩno
aliqua deerit utilitas. Verbi grã. Hõ qdam in foro Periclem pbris oĩbus inceſſe
bat. Is aũt minime curare uiſus toto fere die ſuſtinuit. Deinde ueſperi iam diſce
dẽtem ac maledicẽdo feſſum uocato famulo cũ lumine pſecutus eſt. Rurſus q
dã Euclidi Megarẽſi aĩo cõcitatas mortẽ ſe iurauit illatuꝝ. Ille uero cõtra ſe pa
tiẽter laturũ iurauit: placatũq̃ & ei q̃uis infeſto ſe conciltatũ iri. Quãobrẽ ualde
qdẽ ad nos excitãdos refert: ut talia uiroꝝ irã coibẽtiũ exẽpla nr̃am ſubeãt me
moriã. Neq̃ n. tragedię credẽdũ oĩno dicẽti. Ira manꝰ inimicas armabit. Veꝝ ira
ſci nullo mõ tutius eẽt. Qd' ſi fieri nõ poterit rõne ſaltẽ ira moderãda/nec lõgi
us efferri pmittẽda. Rurſus aũt ad exẽpla laudabilia redeamus. Quidã uehemẽ
ti ĩpetu Socratis faciẽ cecidit. Hic aũt minime cõmotus furẽtẽ debacchari & irã
ſatiare pmiſit ex quo eũ totũ ex plagis tumidũ ac cõtuſum reddidit. ubi uero ille
credẽdo deſtitit/nihil aliud Socrates feciſſe dr̃ q̃ frõti pprię ĩſcripſiſſe. Talis fecit
ueluti ſtatuę cuidã auctoris nomẽ: & eo mõ ſeſe uĩdicaſſe. Que oĩa pfecto nr̃is
cõgruẽtia uident: ac magnope imitãda cẽſerẽ. Nã Socratis hoc germanũ ẽ illi p
cepto: qd' maxillã uerberãti & alterã pbere iubet. Illud uero piclis uel Euclidis ſi
mile illi qd' pſequẽtes ſuſtinere/ac mãſuete illoꝝ iras tolerare & inimicis ẽt bõa
pcari/neu execrari deceat & talibus iſtructus exẽplis hoc arduũ patiẽtię pceptum
ſeruare poſſe nõ oĩno diffidat. Veniã ad alias uirtutes & ĩprimis illud Alexãdri
magni nõ pteribo q Darii filias captiuas admirabili forma & decore conſpicuo
ut fama ẽ nec ẽt uidere dignatꝰ ẽ: turpe eẽ exiſtimãs uictores his q̃s ĩpi ſupaſſent
gẽtibꝰ ſucũbi. Hoc. n. illd' ĩferre uĩ: qd' ad cõcupiſcẽtiã mulierẽ adſpiciẽs & ſi ad rẽ
nõ uẽit a culpa uacuꝰ ñ erit. Illd' quoq̃ clinię uniꝰ e ſecta Pytagorea difficile credẽ

De piclis patientia.

De Euclidis patientia.

De Socratis patientia.

De alexãdri pudicitia & humanitate erga Darii filias.

quod caſu non de induſtria noſtros imitatur. Nam illi dum ꝑ iuramētum mul
De clinia qui iurare ēt ueȝ noluit. ctam trium talentoꝝ uitare liceret: iniuriam pati maluit q̃ iurare: & hec quidem
ſeruans illud de iuramento nobis interdicto preceptum audiuiſſe uidetur. Quā
obrem ad idem quod ſupradixi reuertar. Non omnia deinceps nobis ſed utilia
tantum recipienda. Enimuero turpe ſi ea que in cibis damnata ſunt repellimus.
In ſermonibus uero ac ſcriptis que noſtram nutriunt animam nullam rationem
optimis habere ſed more torrentis omne obuium ſecum trahere quanquam &
ille quandam habet rationem. Nam & gubernatoris cura ſeſe a uentis tegere ad
uerſis ac quiete ad portum nauim dirigere: & ſagittarii ad metam ac ſcopum ia-
culari. Item Fabri diligentia ſiue architecti ex arte ſua rē ad finē aliquem ꝑduce-
re fuerit. Pudor igitur & nos talibus eſſe artificibus ſapientia inferiores ad ea pla
ne conſideranda que ad noſtrum ꝓfectum aī faciant. Erit itaq; operarioꝝ conſi
deratio finis opis: Et humanę uitę conſideratio finis nō fuerit? Quem ꝓculdu-
bio finem reſpicere & eius gratia cuncta facere/ac dicere illum q brutis ęqꝑari
nō cupit oportet. Quo ſane neglecto noſtra mens ueluti ſine arte nauigiū nullis
inſidentibus gubernaculis temere huc illuc excogitat. Huius inquā finis tāta uis
eſt ut nemo ex arte laudem cōſequatur niſi eam in qua exercitatus fuerit ad effe-
ctum ꝑducat. Et in Gymnicis certaminibus nemo ſeſe ad paleſtrā aut pācration
exercēs deinde citharizare aut tibias inflare meditat. Nam Polydamas in Olym
Polydamas. pia ob robur ac uires coronatus fuit qum currentes agitatoſq; currus manu reti
Milo crotoniata. neret. Et Milo a ueſtigio ubi forte conſtitiſſet nulla ui nulloq; impulſu moueba
tur. Sed quēadmodum ſtatua quędam plūbo circundata reſiſtebat: qbus exerci-
tationes nihil aliud q̃ certaminum pręparatiōes erāt. Quod ſi Marſyę uel Olym
pii Phrygum muſicoꝝ modos & inſtrumenta in certādo tentare uoluiſſent: pul
uerem gymnicum relinquētes ꝓfecto coronas & palmę gloriā nō eſſent adſecuti
Timotheus muſicus. aut certe in robore corporis oſtēdendo ridiculi appar uiſſent. Timotheus quoq;
ſi muſicam dimittēs ſe in paleſtra exercuiſſet non tm̄ ceteris oībus in ea arte pre-
ſtitiſſet/cui tāta fuit artis excellentia ut ſi qū auſteriorem acrioremq; harmoniā
emiſiſſet: aīum ad iracundiā excitaret. Rurſus ſi dulciorem/ac mitiorem: emolli-
ret: ac māſue faceret. Hac item arte qnq; apud Alexādrū qum phrygios modos
tibiis ederet illum ad arma concitaſſe dicitur in medio cœnantem. Et ruſus eun
dem ſono mutato quietum ac ſedatum conuiuis ac menſę reſtituiſſe. Tantā uim
& in muſica & in Gymnicis certaminibus ad finem conſequendum exercitatio
prębet. Quoniam uero coronarum atq; athletarum memini. Illi mille ſupra
De Athletarū labore. mille patientes labores & multis modis robur ac uires ſibi comparantes: mul-
tumque in Gymnicis ſudantes exercitationibus: plures inſuper plagas ex

Pędotriba accipientes & alia q̃ multa ne per omnia diſcurram ſuſtinentes ſane oſtendunt ut oẽm fere uitam ante certamen : ſit certamines exercitatio pręparatioq́ꝫ. Tunc demum probe inſtructi ad ſtadium procedunt ubi & laborant : rurſus & maxime periclitantur ut oleaſtri aut apii ſeu cuiuſuis alterius frondis coronam accipiant:ut a pręcone uictores declarantur. Nobis autem quibus uitę premia a deo miranda proponuntur ut explicari ſermone nequeant:hec dormitando & ſine cura uiuendo altera manu tantum capere ſperamus? Hoc ferme modo & deſidia laudaretur & Sardanapalus uel Margites ille quem nec araſſe neq́ꝫ fodiiſſe neu aliquid aliud eorum que ſunt in uita neceſſaria geſſiſſe. Homerus dixit:primas in felicitate partes tenerent. An non potius uerus. Pyctaci ſermo? qui ait. Difficile bonum exiſtere. Per multos enim labores tranſeuntibus uix facultas nobis bona illa conſequi fuerit quibus ſupra memorauimus nihil rerum humanarum poſſe comparari. Non itaq́ꝫ nobis dormiendum :. Neq́ꝫ ob breuẽ deſidiã ſpes magnas amittendum ſi probra aut pœnas ſubire nolumus : nõ quidem hic apud homines:quanquam nec hoc parum recte ſentienti : Sed ſub terra ubicũq́ꝫ ſunt illa iudicia . Qui.n.iouitus a recto iuſtitiaq́ꝫ decidit aliqua profecto apud deum uenia dignus. Qui uero de induſtria peiora ſectatur nullo modo excuſabitur.nec euitare poterit qn pœnarum plus multo ſuſtineat. Quid igr̃ faciamus dicet aliqs. Quid aliud niſi ut cæteris omiſſis animę curam imprimis geramus. Non itaq́ꝫ corpori ſeruiendum niſi q̃tum expoſcit uſus:animę uero meliora tribuenda & ob ſotietatem ad corpus ea tanquam e carcere per philoſophiam ſoluenda & corporis ſeruitute/ac pturbationibus leuanda . Ventri autem tantum quod ſit ſatis. Non autem uſq́ꝫ ad delitias & uoluptatem miniſtrãdum. Quemadmodum quidam menſę diligentius ſtudentes & cocos inquirentes & terram omnem ac mare ueſtigantes miſerabili admodum ſeruitute premunt? & grauiſſimo dño tributa pendunt:nihil ſane lenius patientes q̃ hi qui apud inferos dant pœnas.aquam cribro ferentes ac fracta dolia implere conãtes/nullum deniq́ꝫ laboꝝ finem hñtes. Comas aũt aut ueſtes ſupuacuas curare uel infeliciũ eſt ut ait Diogenes uel Iniuſtoꝝ. Nam qd ex talibus expectãdum/aut ſuſpicãdum niſi ut laſciuus ille ornatus feminas ꝑtereuntes inuitet:aut alienis matrimoniis iſidiet? Quid.n.apud eũ q ſapit differre põt tenuem ſumptuoſamq́ꝫ ueſtẽ iduere aut uilem ferre? modo ſatis hec ad frigus caloreq́ꝫ arcẽdum fuerit. Quãobrem muniri aĩam ante oĩa decet/nec corpi pluſq̃ illi tribuẽdum. Nam uiro generoſo & uere hoc digno appellatõe nõ minus fuerit ꝓbrũ laſciue ornari aut corpis curã ſupuacuã gerere q̃ alia aliq̃ nota ſeu adfectu prauo p ignauiã adfici. Oẽ náq́ꝫ ſtudiũ adhibere ut qđ extra fuerit bene pulchreq́ꝫ colat & appareat:ſeſe cognoſcen

Pędotriba p̃ceptor eſt in athletica pueros iſtruens.

Homerus de Margite.

Pyctaci ſentẽtia. Difficile bonũ exiſtere

Nota multã eſſe differẽtiã quo aĩo pcm̃ admittatur.

tis non erit:neq; ſapiens illud preceptum intelligentis nos admonens quēadmo
dum.Nō id quod adſpicitur eſt homo.Excellenti.n.quadam eſt opus ſapientia
per q̄ noſtrum quilibet quicunq; ſit ſeſe cognoſcat:qua profecto mente minime
purgatis non magis euenire poteſt quam lippienti ſolem adſpicere, Hanc uero
animę purgationem ut clare uobis dicam. Voluptates per ſenſus eripiunt. Opor

Opus cuſtodire ſēſus aīę poteſtas.

tet eni nec oculos ſpectaculis nec uanis prꝙſtigiatoꝝ oſtentationibus tradere/nec
p aures:animaꝝ corruptricem melodiam aunre. Hoc.n.muſicę genus ſeruitutis
& ignobilitatis fructus parere:preterea libidinū ſtimulos acuere potius eſt aptū.
Alia nobis muſica longe melior exiſtit & ad meliora nos excitans ſequēda Da-
uid ſacroꝝ canticoꝝ poeta cithara ex inſania Saulem regem liberauit. Dicitur &
Pythagoras in ebrios olim incidens iuſſiſſe tibicinem conuiuio luxurioſo prꝙſi-
dentem mutare harmoniā ac dorion canere.Atq; hoc modo melodię illos ad ſo
brietatem reduxiſſe:q eiectis de capite coronis ſane omnes erubuere:Cęteri uero
ad tybiam corybantum modo ac debacchantium uerſant̄ . Tanta ſanę melodię
differentia a turpi atq; obſcena eſt ut ea dn̄ante rerum honeſtaꝝ cupido nos ſub
eat. Ab altera uero ut ab aliqua peſte fugiēdum . Eos uero q olfactu delectabiles
ac omnimodos ferunt odores uel unguentis ūtunt̄ exoticis: me quodammodo
rep̄ndere pudet. Quid de his dicendum uoluptatibus que guſtu aut tactu pro-
ueniunt an dubitādum quin illę quoq; eiuſmodi ſunt ut niſi eas caueant uentri
aut femori ſeruire eos ueluti pęcora cōpellant . Vt aūt uno dicam uerbo totum
corpus circūſpiciendum atq; ab oībus cuſtodiendum ei qui non illud in uolu-
ptatibus defodere cupiat aut ipſi tm̄ indulgendum q̄tum ait Plato philoſophię
miniſterium atq; auxiliū ſuppeditet.Quod ſane dcm̄ cum Pauli cōuenit ſentē-
tia:q monet nullā corporis utēdam dilīgētiam rōnem ue habere ad cōcupiſcen-
tie materiam.Hi nāq; q eius nimiam gerunt curā:aīam uero negligunt nihil ab
his differūt:q ſenſibus tantope ſtudent/aut p ipſos agentem ſpm̄ cōtemnūt.Hos
itaq; oī conatu cōpeſcere his uim adferre oportebit / ac ex ipſis animę tumultus
orientes rōne ueluti flagello coibere/nec frenū oīno laxando mētem uelut auri-
gam a ſenſibus ſinere uelut ab eqs cōtumacibus & minime obtēpantibus tractū
agitari/ac inter cetera pythagorę meminiſſe dicti quidēs quēdam exercitatōibus

Pythagorę dictum.

ac cibis laute adpoſiteq; ſeſe curātem ac ſaginātem.Heus inqt miſer non deſinis
cōtinuo duriorem tibi carcerem prꝙparare:Ideo & Platonem dicūt nimis bonā
corpis habitudinem ut incomodū aīę pſpiciens. Academiā in loco in Attica pe

De Platonis academiā loco peſtilenti.

ſtilētem elegiſſe ut nimiam corporis proſperitatem ueluti uitem palmite luxu-
riātem amputaret. Ego uero bonam ualitudinem quę in ſummo ſit : ex medicis
ſepe audiui fallacem eſſe.Quando igitur ipſa corporis diligentia & corpori piter

& animę inutilis eſſe apparet:hanc ſarcinam delinire & illi famulari manifeſta fuerit inſania.Si autem hoc contēmnere ſtudeamus nihil aliud rerum humanarum ſatis admirabimur:Quid adhuc diuitiis nobis opus uoluptatem corpori inſitam ſpernentibus ego uero non uideo:niſi ut eſt in draconis fabula uoluptatē quandam ferat theſauris defoſſis inuigilare: Qui enim ad hec deſpicienda probe inſtitutus fuerit:pręter neceſſarium uſum nihil omnino curabit etiam ſi id lydia ſit arena & formicarum aurum ferentium opus: tāto magis in honeſtum putabit:quanto minus indigebit.Ipſe nempe uſus ad naturę neceſſaria non ad uoluptatem ac libidinem deſinitur.Qui uero extra illius fines egredit: ſimiles erūt his qui ad pręrupta curribus feruntur nequaquam curſus ad ulteriora ſiſtere ualentes.Sed quomagis plura poſſident/eo magis concupiſcentię ſiti adcenduntur & ut ait Solon Diuitiarum nullus eſt modus hominibus.Quamobrem Theogne magiſtro in hac parte utamur dicente.

Draco cuſtodiēdo theſauro ponebat.

Theognis diſtichum.

Non amo diuitias:non opto magna:ſed adſint
Parua:modo ut uiuam lętus.& abſq; malis.

Ego uero diogenem admirari magnopere ac laudare ſoleo rerum humanarum contemptorem:qui ſe rege Alexandro ditiorem paruo contentus oſtendit:qum ille proculdubio ad eius ſtatum ſuſtinendum pluribus indigeret. Nobis autem ſi non Pythię Myſii adſint talenta & iugera tot terrę:paſcuaq; ac greges innumerabiles quieſcere non licet. Exiſtimo item ęque & abſentes ſpernere diuitias & preſentes poſſeſſas:minimum amare oportere. Ex quo illud Socratis recte memoratur qui diuitem hominem ob opes ualde ſuperbientem non prius admirari dixit quam his utentem uideret & experiretur. Phidias quidem & Polycletus:quorum alter Elienſibus Iouem.Alter uero Iunonem Argiuis fecerunt: ſi auro & ebore ſtatuarum tumidi facti & alienis opibus honeſtati artem ſpreuiſſent:ex qua aurum eis dulcius & honoratius euenit proculdubio ridiculi fuiſſent Nos autem ſi humanam uirtutem non ſufficere & externis opus eſſe facultatibus ad uiuendum exiſtimabimus minoris uerecundię digna facere putabimur.

Pythias Myſius.

Socratis dc

Quamobrem iuuenes hanc rerum adfluentiam ſimul cum uoluptatibus que per ſenſus oriuntur abicite. Adulationes ineptas fugite & uulpis Archilogi aſtutiam uariam imitamini: qum preſertim nihil magis ſapienti ſit uitandum quam gloria ſtudere & ea querere que multitudini placeant: & rationem uitę ducem non rectam habere: Ex quo omnibus pariter hominibus honeſti gratia reſiſtere:preterea ignominiam labores periculaque ſubire neque ab his que recta eſſe cognoſcimus ullo modo diſcedere fas erit. Non denique Aegyptium imitemur ſophiſtam. Qui & planta factus eſt: & beſtia: & ignis: & aqua

De Pro q adula bus com

& omnes opes qñ ei iuberet.Sic & animo uarius oſtenditur adulator nūc iuſtū apud eos q hunc habēt in honore laudāt:apud alios uituperant more polypodis q colorem terre q̄ attigerit reddit.Hec itaq; quocūq; modo diximus: pfectius aūt ex nroꝝ auctoritate ac ſermonibus diſcere licebit. Tm̄ hic ſciographiam: uirtutis quādā ex externis ueteꝝ doctrinis deſcripſimus:ex qbus plura que ad rē facerent uelut ex multis riuis magni fluminis ſurgit incrementum ,decerpſimus. Paruū.n.ſupra puum imponere Heſiodi ſentētia nō magis ad argenti augumentum q̄ ad q̄cunq; ſciētiam facere credēdum.Nec Biantis ſaluberrimum dcm̄ preteribo:q ad Aegyptios eunti filio ac pcuntanti qd ei maxime gratū faceret: Viaticū inqt ſenectutis poſſidēdo.uirtutē uidelicet uiaticū appellans ac breui definitiōe deſcribēs ut humanę uitę utilitatem ſuppeditantem definiuit. Ego aūt & ſi Tithoni ſenectam & Arganthonii ac Mathuſalem illius q mille annos triginta minus uixiſſe dr̄.Deniq; ſi tps oē ab initio quo cepūt hoīes cōputes ſane ut pueri ſentētiam ridebo.Si longa ac minime ſeneſcentia ſecula nobis pmiſſa reſpicimus quoꝝ nec finem eſt ullū mēte depndere/nō magis q̄ mortē aię mortu ſubicere.Idcirco ad ea nobis poſſidēda uiatico eſt opus ac oēm lapidem ſcdm puerbium mouere.Vnde aliqua nobis utilitas ad hoc conſequendum puentura ſit. Nos uero hec nō ut ualde difficilia ſeruatu memoramus ſed tm̄ monemus ut ſi in uita pfecta uiuere uelimus ab initio meliora aggrediamur: que cōſuetudo lōge facilia dulciaq; reddet.Turpe qdem preſens proicere tps ac ſero poſtea reuocare pteritum:qñ nullum lapſę uirtuti remediū. Ego.n.que optima eſſe iudico hec dixi:que ue in oī uita uobis ſeruāda maxime cōſulo.Vos uero ut mētis morbum corpis morbo ſimilem oſtendite illi maxime q e triplici egritudinis genere in curabilis ur̄.Prima nāq; eoꝝ eſt q breuiter egrotantes ad medicos ipſi ſponte ueniūt.Alii uero grauius adfecti medicos ad ſe trahūt.Qui uero icurabili melācholię tenent morbo nec adeūt ipſi/nec adiri acurantibus uolunt.Quod ne patiamini uos magnopere oro eos fugiendo qui non ſolum recta ſunt mente: ſed rectum dare conſilium ualent.

Biantis dcm̄ ad filium.

Virtus uiaticū ſenectutis

IN QVADRAGINTA MARTYRES.

QVIS modus aut que ſatietas martyrum memoriam pſequēdi erit illi pręſertim qui'coꝝ amore ac caritate magnope tenet? Nā honor erga bonos cōſeruos:collatus beniuolentię ſignificatiōem apud comunem dūm habet:Palam eſt.n.quēadmodum is qui generoſos hoīes ac fortes cum honore excepit in ſimili ſi forte cōtingat occaſione imitari nō dedignabitur: Venerare igit legitime martyres ut egregię tuę uoluntatis te teſtem adducas ac demū

ſeu pſecutione ſiue igne ſeu uerberibus ac plagis eodẽ cũ illis pręmio dignus ha-
bearis. Nobis hodierna die nõ unum ꝓpoſitum eſt admirari neq; duos neq; de
cẽ ſed uiros Quadraginta: q unam in diuerſis corpibus aĩam retinẽtes in una cõ
ſpiratiõe & concordia fidei eandẽ erga res arduas cõſtantiam & ꝑ ueritate ſtabi-
le ꝓpoſitum oſtenderũt. Oẽs interſe ſimiles pares ſentẽtia pares certamine: Quã
obrem parem coronę gloriã ſunt ꝓmeriti. Quę digna laus: que ſermonis copia
his poterit adhiberi? Nõ.n. linguę Quadraginta ad ꝓſequendã taliũ uiroꝝ uir-
tutẽ ſat fuerint. Nec ſolũ multitudo tanta Phalanx militaris: cuneus inſupabilis
ęque & in bellis inexpugnabilis ac in laudibus inenarrabilis. Sed hoꝝ unus tm̃
ſi legitime fuerit oratione cõmendandus nr̃am facile uim ingenii ſermoniſq; fa
cundiã ſuperabit. Igitur in mediũ eos adducentes ad cõem oium hic adſtantium
utilitatẽ cõſtituere / palamq; oibus quemadmodum in pictura fortia illoꝝ facta
reddere conabimur: Nam magnifica in bellis geſta & oratores ſepenumero & pi
ctores pulcherrime demonſtrant. Hi oratione: Illi tabulis deſcribentes atq; ornã
tes. Amboq; plures ad fortitudinẽ imitandam induxere: Que.n. ſermo hiſtorię
per indictionem prebet: eadem & pictura tacens p imitatõem oſtendit. Sic & nos
martyrum uirtutẽ cõmemorantes uos adſtantes excitabimus ac uobis ſub adſpe
ctum ipſoꝝ facta reducentes eos qui ſunt aio aliq̃tulum generoſo ac ipſis uolũ-
tate ꝓpinquiores facile ad imitãdum accendemus. Hec eſt.n. martyrum uera laus
alios ad eoꝝ uirtutem emulandam inuitare. Non.n. encomioꝝ legibus aut eoꝝ
que in genere demonſtratiuo requiruntur ſermones de ſanctis ullo modo ſeruiũt.
Q m̃ q laudãt ceteros ex mundi huius rebus materiã uſurpare ſolent: Quibus
aũt mundus crucifixus eſt q̃uo ex eo quicq̃ quod ad laudem faciat: mutuari po-
terit? Non erat his ſanctis una patria. Alius aliunde uenit. Quid igitur ſine pa-
tria dicemus eos: aut orbis ciues? Sicut enim in ſymbolorum collationibus que
oblata ſunt comunia exiſtunt omnium conferentium. Sic & in his beatis cuiuſ-
libet patria comunis omnium erat: & omnes e diuerſis terrarum locis tanquam
ex uno duxerant oia comunia. Sed quid opus terreſtres memorare patrias quum
nobis liceat quę ſit facile noſſe. Patria igitur horum martyrum Dei ciuitas eſt
Cuius auctor atq; conditor ipſe deus. Hęc eſt ſuperna Hieruſalem quę libera eſt
que eſt mater Pauli & omnium ei ſimilium. Genus autem humanum aliud alii
Genus uero ſpiritale unum omnibus omnino. Comunis namq; eis pater deus
& fratres omnes non ab uno & una deſcendentes: ſed ex adoptione ſpiritus in
unam concordiam interſe per caritatem conuenientes. Chorus paratus. Conuẽ-
tus maximus eorum qui ab initio deum laudant: non ſigillatim congregati: ſed
cumulatum diſpoſiti. Quis autem diſpoſitiõis modus? Hi magnitudine corpis

& ętatis flore ac uirtute ceteris omnibus pręcellentes ad militares ordines regendos promoti ſunt. In tantam quoqꝫ impatoris dignationem uenerūt ut ob belloꝝ expientiam & aī fortitudinem primas apud eum obtinerēt: ubi uero p inſiquum pręconem nuntiatū edictumqꝫ oībus emanauit neqs Xp̄m ꝓfiteret propoſitaqꝫ oīa pœnaꝝ genera confitentibus multa quoqꝫ a Iudicibus iniuſtis ira & feritas ꝓdiit. Multęqꝫ item ubiqꝫ inſidię doli delationes. Ignis inſup paratus enſis in prompto Crux adfixa bothrus rota flagella. In tanta igit̃ fidelium turbatione/nōnulli fugiebant: aliqui ſuppliciū libenter ſubibant: alii cōprenſi ac cruciati. Alii certamen ineūtes: deinde uſqꝫ ad finem laboꝝ durare nequeuntes pugnam ac periculum detrectabant: & uelut in pelago naufragātes que uirtute patientię parta multoꝝ Annoꝝ ſecum in naui uehebant in eam horam amiſerūt: Tunc igitur hi Quadraginta inuicti & generoſi Xp̄i milites: qum pręfectus imperatoris litteras oſtendiſſet & obedientiam reqreret: libera uoce audacter ac fortiter nihil ex his que uiderant exēplis ex paueſcendo: minas oīs cōtemnendo: in medium ꝓcedētes ſeſe Xp̄ianos eſſe fax ſunt. O beatas linguas que ſacrā illā uocem emiſerunt ꝗ aer qdem excipiens ſacer eſt factus: angeli audientes plauſerūt. Diabolus uero cum dęmonibus magnam accepit plagam. Dn̄s poſtremo in cœlo deſcripſit. Igitur hoꝝ quilibet in mediū ꝓcedens. En ait. Xp̄ianus ſum & uelut in ſtadiis qui ſimul eunt dicunt ſua noīa & in locum pugnę deſcribunt̃. Sic & hi tunc nobilitatis generiſqꝫ ac dignitatis proprię obliti tm̄ ſeruatoris ſui profeſſi ſunt nomen quod oēs ordine fecerunt: Ex quo facta eſt oīum una appellatio. Non.n.talem ac talem ſed chriſtianos oīs ſe clamantes. Hoc itaqꝫ cernēs pręfectus anxius ac dubius erat an blandis uerbis uel potius minis eos ad obtempādum deduceret. Primū qdem ipſos ſi quo modo a pietate obſtinata poſſet auertere dulci aggreditur ſermone. Nolite iuuenes ętatem ꝓdere ur̄am/neqꝫ intempeſtiuam mortem cum dulci hac & amena uita cōmutare. Abſurdum nāqꝫ in bellis eos qui ſunt adſueti fortia gerere facta morte ignauoꝝ ac prauoꝝ hoīum perire. Poſt hec pecuniam pollicebatur. honores ex impatore dignitateſqꝫ ac ordines militię primos offerebat. Qum his rebus nihil proficeret aliud genus: aliūqꝫ modum tentauit: plagas mortes pœnas intolerabiles oſtendit. Et hic quidem talia. Martyres uero qualia? Quid inquiunt nos demulcere ſtudes dei hoſtis. Diſcedere a deo uiuente: & dęmonibus ſeruire peſſimis cogis? Tua nobis bona offers? Putas ne tantum te daturum quantum eripere contendis? Tua reſpuo dona ut ęternę pœnę materiam non honorem: recipio ignominię patrem. Recentiam da que permaneat ac continuo duret: gloriam que ſemper floreat. Me imperatori uis facere familiarem ſed me a uero rege alienare queris. Quid eni hec uni-

nima que tu uocas magna ex mundo polliceris qum mũdus uniuerſus a nobis deſpiciatur? Non ſunt omnia que uideri poſſunt ſpei paria quam continuo retinemus. Vides hoc cœlum ut adſpectu pulchrum ut magnum & terram q̃ta eſt quot ue in ipſa mirabilia. Nihil & hec profecto iuſtorum felicitati ac beatitudini equiperari ualent: Illa namq; uelociter tranſeunt. Hec continuo durant: Vnam tantum iuſtitię palmam expecto: circa unam gloriam quę in regno eſt cœlorum ſollicitor. Honoris ſuperni cupidus ſum pœnas unas gehenę metuo. Illius ignis mihi formidoloſus. Nam ignem eum quem uos nobis intentatis conſeruus eſt Nouit & ipſe uereri eos qui Idola cõtemnunt. Sagittas infantium ueſtras plagas exiſtimamus. Corpus enim cedis quod eo clamorem adſequetur coronam quo magis tibi reſiſtet. Quod ſi corporum imperium habetis: ſperatis etiam animaꝝ habere? Nam & ſi deum noſtrum non reſpicitis & extrema probra ortendaſq; pœnas nobis infertis nihil profecto aliud contenditis quam nobis ęternum ſupplicium/nobis uero uberem pietatis materiam/ac ꝑpetuam gloriam parare. Nõ enim Carnis amatoribus: non attonitis hec facitis: Pro caritate proq; fide in deum & in rota poni & cruci adfigi & flamis uri/ac omnibus demum modis torqueri parati ſumus. Vbi uero hec audiit barbarus ille ac ſuperbia tumidus: audaciam ac loquendi libertatem minime ferens modum conſiderare cepit quo mortem eis acerbiſſimam prolixamq; pararet: Inuenit tandem. Audite itaq; rem quã duram ſit commentus. Excogitans ille regionis naturam ſalebroſam & collibus preruptam eſſe: ac brumę tempus inſtare: obſeruauit in qua maxime parte frigus uehemens ac borę flatus orridior eſſet. Iuſſit omnis nudos ſub dio poſitos mori. Noſtis enim fratres dilectiſſimi omnes qui hyemis orrores eſtis experti quod genus hoc pœne Non enim noſſe licet niſi his qui exemplis ſimilibus piculum fecerunt. Corpus imprimis orrore proſtratum totum in orrorem concreto ſanguine uertitur deinde turbatur & fremit dentes frendunt. Venę diſrumpuntur Virium proſperitas per uim deicitur. Dolor inſuper quidam acutus & labor inenarrabilis per medullas penetrans intolerabilem facit ſic frigore concretis dolorem. Deinde in acutum tendit ut ab igne qum ſumma cremantur. Ab extremis namq; corporis partibus conſequens uapor & ad interiora ac penitiora confugiens quedam unde abſiſtit mortua relinquit/nonnulla uero ad que tendit doloribus adfecit/qui paulatim cruciando perimunt. Igitur ſancti Dei ſub Dio pernoctare in ſtagno quodam iuſſi ſunt quod pro menibus Ciuitatis erat: ac p brumam ita glacie concretum apparebat ut equis peruium & accolarum pedibus tritum eſſet. Aquę uero ſolitum non retinerent curſum / earumq; natura mollior in lapidis duritiem concreſceret. Borę namq; mordentes ſpiritus animantia oĩa

iuxta uerſantia interimebat. Hic itaq; audito damnationis iuſſu Martyres conſiderate quanta fuere conſtantia qui loco cum ſumma letitia cõſpecto ultimum nuditatis amictum alacriter reicientes eadem ſponte irruerunt non tanquam ad ſupplicium ſed ad glorioſiſſima ſpolia rapienda ſe inuicem hortando deſcenderunt: Non enim inquiunt amictum exuimus: ſed ueterem hominem concupiſcentię deceptione corruptum deponimus. Gratias agimus tibi domine per hũc amictum peccata repellentes/quoniam ob ſerpentem eum induimus ob Chriſtum uero exuimus. Quas domino qui pro nobis eſt ſpoliatus dignas gratias reddemus? Quid magnum ſeruo ſi ea que paſſus eſt dominus ſubeat. Nos cauſa ſumus ut illi ueſtes detraheretur longe magis quam militum audacia qui eam diripuere ac ſortiti ſunt. Durum profecto frigus ſed dulcis paradiſus: Adfligens glacies: ſed delectabilis requies: Breui tempore durantes ſinus Abraam nos perpetuo fouebit. Vnam noctem cum ęuo ſempiterno commutabimus. Incendatur pes ut cum angelis continuo ſalter. Torpeſcat frigore manus ut facultatem habeat in deum attolli. Quot enim noſtri commilitones ce ciderunt: fidem mortali regi ſeruantes. Nos pro fide in uerum deum ſeruanda hanc uitam non proiciemus? Quot enim malefici homines mortem tulerũt in ſcelere deprenſi. Nos uero pro iuſtitia mortem non ſubeamus? Ne obſecro cõmilitones emolliamur: Neu terga diabolo demus. Quãdo ſemel mori oportet: moriamur ut uiuamus Fiat ſacrificium noſtrum coram te domine & uelut hoſtię uiuentes tibi placentes noſmet hoc ſeuo gelu imolantes abſte recipiamur. Pulchrum quidem ſacrificium pulchra oblatio pulchrum holocauſtum non quidem per ignem: ſed per frigus adſumptum. Hec igitur & his ſimilia credibile interſe dicerent/ ac comunem laborem in domino ſolarentur. Veluti quandam in bello cuſtodiam inſtruentes eam noctem ſeuos cruciatus ſuſtinendo atq; algendo pręterierunt: tantum ſpe certa gaudentes/& hoſtem continuo deridentes. Vnum erat omnium uotum. Quadraginta in ſtadium intrauimus: totidem domine coronas tribue. Non deſit numero nec unus quidem Pretioſum eſt tempus quod Quadraginta dierum Ieiunio ornaſti: per quod diuina lex in orbem tranſiuit. Quadraginta item dierum ieiunio Helias dominum exquirens uidere meruit. Et oratio quidem eorum talis. Vnus ex eorum numero. Inde per animi inconſtantiam ſubterfugiens mœrorem ſotiis maximum reliqt nec propterea dominus eorum uota inania permiſit eſſe. Nam prope aderat quidam cui eorum cuſtodia nedita eſt exitum rei expectans paratuſq; martyres ſi qui fugerent ut eis clare pollicitus in lauacro quodam aquę calidę qđ iuxta ſitum erat excipere ac ſeruare. Res a Pręfecto aſtute fuerat excogitata talem uidelicet inuenire certaminis locum. In quo

paratum damnati hērent refugium:ut omnem cepti propoſiti conſtantiā amitterent.Sed hoc martyrum patiētiam clariorem reddidit.Nō.n.qui cogitur eſt cōſtans ſed qui liber & in oblectationis copia dura pati pōt. Is demum cōſtans ac patiens eſt.Cuſtos itaq; dum hos obſeruaret quoſdam e cœlo deſcēdentes angelos ac coronas ſingulis martyribus uno excepto diſtribuētes adſpexit. Is aūt quē indonatū illi reliquerūt/ac honoribus cœleſtibus indignum iudicauerūt ea reptus eſt animi mollitie atq; incōſtantia ut ſtatim laboris tolerantiam deſperās ad hoſtes transfugeret/miſerabile prorſus ſpectaculū/miles trāsfuga uir fortiſſimus captus Xpi ouis lupo direpta:& qđ miſerabilius a uita ꝑpetua cœleſtiq; excidēs neq; hac poſtremo diu gaudens.Nā ubi calidā attigit aquā corpe qđ glacie torpebat diſſoluto ſtatim interiit.Cuſtos uero q ꝓdigiū hoc uiderat ubi illū fugiētem cōſpexit relictis oībus ſeſe in eius demiſit locū / ac unā cū ſanctis illis uocem emiſit Xpianus & ego ſum.Itaq; qum eius ſubita mutatione ſtuporē illis incuteret:& numerū impleuit & mœſtos ob ſotiū amiſſum ſanctos ꝓculdubio cōſolatus eſt:eos imitādo q in acie prima ubi forte aliqs ceciderit ſtatim ordini aliū reſtituunt ac ſubrogant/ne ꝓximū incomodū patiant̃.Talem igr̃ ipſe ſe geſſit. Vidit miracula cœleſtia:nouit ueritatē/ad dn̄m confugit.Cū martyribus adnumerati uoluit.Exēplum ē apoſtoloꝝ imitatus. Abiit Iudas.Mathias eſt ſubrogatus: Imitatus & Paulū:heri pſecutor:hodie euāgelizator.Supne & ipſe uocatus non ab hoībus neq; p hoīes.Credidit in noīe dn̄i Ieſu Xpi. Baptiſmū ſuſcepit nō ab ullo ſed a ꝓpria fide:nō in aqua:ſed i ꝓprio ſanguine Qum uero primū inluxit & extracti fere oēs eēnt exanimes igni traditi ſunt / ac cineres in fluuiū ꝓiectę ut p oēm creaturā eoꝝ trāſiret certamen. In terra primū exerciti deinde in aere ſub dio durauere:poſtremos igne crematos aqua excepit. Hoꝝ eſt ergo uera uox illa Trāſiuimus p ignem & aquā & eduxiſti nos in refrigeriū. Hi ſunt q nr̃am ſuo templo regiōem ornant / nr̃am quoq; aduerſus inimicos tutelā ut turres quędā munitę ſuſcipiūt.Nec uno in loco ſeſe clauſerūt ſed in multis locis hoſpitio recepti multoꝝ patrias ornauerunt/ nec tn̄ ſeparati ſed interſe cōmixti:ſi in ſingulos ipſos diuiſeris ꝓprium numeꝝ nō excedūt:ſi uero in unū cōgregaueris.Quadraginta nihilominus erunt:ac ita ut ignis natura pmanēt.Nā ille & ad ꝓgredientē tranſit:& totus eſt apud habentem.Sic hi quadraginta ſunt unum. Et oēs apud ſingulos.Beneficiū igitur hoc fratres dilectiſſimi grām hanc minime deficiētem ac ſine inuidia ex deo obtinemus ut paratum ſit nobis & eccleſię p hos martyres auxiliū.Exercitū triūphantium choꝝ laudantiū deū.Sepe opam dediſtis:ſepe laboraſtis ut unū ꝓ uobis orātem inueniretis: Quadraginta ſunt hi unam orōnis emittētes uocē.Vbi.n.ſunt duo uel tres in noīe dn̄i congregati. Ibi deus eſt ubi

Tēplū Ceſareę his.xl.martyribus dicatum.

uero Quaſtraginta fuerint quis dubitet deum eſſe preſentem? Qui aliqua ꝑmitur anguſtia ad hos confugiat: qui rurſus lętatur hos oret. Hic ut a malis liberet: ille ut duret in rebus lętis. Hos mulier orans ꝓ filiis auditur: peregrinãti uiro reditum incolumem: egrotanti uero ſalutem implorat. Cum his ergo martyribus noſtras effundamus preces. Adoleſcentes ſuos coeuos imitent. Patres talium eẽ filioꝝ parentes exoptent. Matres exẽplum matris optimę ſpectent. Nã unius illoꝝ mater alios iam pene frigore cõſumptos adſpiciens: ſuũ uero filium ob uires aliq̃tulum ualidiores & aduerſus dura conſtantiã adhuc uiuum: & permittente populo uitę conſulere ualentem. Ipſum ꝓpriis accepit manibus ac currui in quo reliqui iacentes ad pyrã ferebant adpoſuit Martyris uera mater. Nõ.n.lachrymã indecorã effundere/aut aliq̃d humile loqui uel idignum agere uiſa eſt. Sed o nate inquit perfice cum tuis contubernalibus iter btm̃ ne a chorea deſeraris. Ne ue inferior aliis dño appareas. O matrem felicem o bonę radicis bonum germen. Oſtendit generoſa parens/quemadmodum pietatis inſtitutis eum magiſq̃ lacte educauerit. Et hic q̃dem ſic nutritus ſic elatus eſt a pia genitrice. Diabolus uero his uiſis pre uerecundia diſceſſit. Oia namq; ſupplicia ab eis uicta ꝓculdubio uictis. Nox orrida & uentoſa. Tp̄s anni frigidiſſimũ corporea nuditas patria borealis. O ſcm̃ chorum o ſacrum ordinẽ o cuneũ inexpugnabile o comunes generis humani cuſtodes optimus curaꝝ ſotiis precũ ac uotoꝝ inuicẽ ſuffragatores: caſtra mundi flores eccleſiaꝝ uos nõ terra contegit ſed cœlum excepit. Apertę ſunt uobis paradiſi portę Dignum ꝑfecto exercitibus angeloꝝ. Patriarchis ꝓphetis & iuſtis oĩbus ſpectaculum uiri ętate florentes ac pares uitã alacriter deſpiciẽtes ſupra parentes ac filios. deũ amãtes: mũdo ſimul & angelis & hoĩbus ſpectaculũ facti excidẽtes erexerũt. Dubios in fide cõfirmauerũt: piis deſideriũ auxere. unum oĩo pro pietate oẽs tropęum erigentes una iuſtitię corona ornati fuere in Xp̄o Ieſu domino noſtro cui gloria & imperium nunc & in ęterna ſecula. Amen.

IN GORDIVM MARTYREM MILITEM CESERIENSEM.

NAturę lex apibus innata fratres dilectiſſimi. Vt niſi rex prius agmẽ ꝓcedat: ab aluearibus nuſq̃ diſcedãt. Vos aũt dei populũ: qum nunc primũ ad martyres tanq̃ ad flores cœleſtes exeũtes & huc frequẽtes cõuenire uiderim quo id duce feceritis exquo. Quis hiemalẽ hãc triſtitiã in uernã ſerenitatẽ cõmutauit. Vt populus ex ciuitatis ędificiis tanq̃ ex apum aluearibus hilaris egreſſus ad ſuburbanũ decus pręclarũq; martyris ſtadiũ conflueret. Sed qm̃ ut mihi q̃dem uĩ priſtina deſidia reiecta ducẽ ſecuti eſtis p̄ſtantẽ martyris uirtu-

tē & nos quoq; q̄tum uoce cōtendere licet ueluti bombantes apes uernantibus
floribus circūfuſę preclara ipſius geſta pſonemus/rem qdem piā agētes ſimul ac
uobis ore intētis gratā. In laude nāq; iuſti populus lętabit͛. Salomonis lectio no
bis nup recitata qdnā p latentē huiuſcemodi puerbii ſenſum ſibi uelit mecū ipſe
cogitabā an forte dicat quod populus orōne magnifica ac plane culta quę audi
toꝝ aures demulceat oblectet͛. Pręterea ſermonis ornatū rerūq; inuentiōem ac di
ſpoſitiōem elegātem exoptet? Quod pfecto mihi uerisimile nō uī quum ipſe nuſ
q̄ huiuſcemodi dicēdi genere uſus fuiſſe inueniat͛. Nā & ſanctoꝝ memorias ora
tiōis & eloquētię ſuco pſeq nō fas erat admonere illi pręſertim cuius ſcripta ſer
mone ſimplici: nulloq; ſtili apparatu cōſpiciunt͛. Quis ergo illoꝝ uerboꝝ ſenſus
Is uidelicet qd' populus ſola īdicēdo ueritate/ac ſimplici teſtimonio ſpiritualiter
lętat͛ tū ad bonoꝝ exēploꝝ que audit cupiditatē & imitatiōem uehemēter incē
dit͛: Illoꝝ.n.q in fide claruerūt hiſtoria ſimplex uelut lucē q̄dam dei cultoribus
uirtutis iter oſtendit. Quāobrē qū in ſacris uoluminibus Moſis uitā moꝝ lenita Moſis
tē nrē naturę magnope optatā audimus: ſtatim emulamur. Q d' ſi reliquoꝝ fa
cta uiroꝝ eloquētię floribus ornant͛. Sanctis tm̄ ad ea q̄ maxia geſſere demōſtrā
da ſat fuerit orō ſimplex. Cuius dū nitimur ac īſiſtimus ueritati. Sanctos ipſos ex
eoꝝ tm̄ teſtimonio que de eis referimus laudare uidemur & populū oī eloquē
tię ſuſpitiōe remota ad ipſius reꝝ ſincerę narratiōis fidē facile deducimus/ ac ma
xime exhilaramus. Ioſeph dū audimus aut legimus uitā: illius adſeq caſtitatē ma
gnope cupimus. Siue Sāpſonis narrat͛ hiſtoria: ad illius imitādā fortitudinē ad Ioſeph.
cēdimur. Sacra igr̄ ſchola pcepta. Rhetoꝝ aut īſtituta nō ſeqt͛: nudā reꝝ expoſi
tiōem ſanctis: ac nobis ſatis eſſe exiſtimat. Illis qdē ad uirtutis eoꝝ pconiū/nobis
uero ad imitatiōis gloriā atq; formā. Rhetoꝝ nāq; inſtituta ſunt Patrię dignita
tē oſtēdere: generis originē ex alto repetere/educatiōis incunabula diligētius re
ferre. Nr̄m uero dogma hec tāq̄ ſupuacua dimittit & q̄ ſunt ppria/ac uernacula
ſectat͛. Quidnā ego ſum melior ſi mea ciuitas olim magna bella geſſit/aut de ho
ſtibus triūphauit? Si eadē optimo ſit ī loco ſita/ęſtate ac hyeme/cœli tēpio fruat͛?
Si frequēs eſt ędificiis: ſi ager paſcēdo pecori ſufficiat? ſi meliores nutriat equoꝝ
greges q̄ uſq̄ repiant͛? Quid inq̄ iſta quoad uirtutē cōmēdatiores reddere pn̄t?
Nos ipſi pfecto decipimus ſi ī mōtis cacumine cōſtituti nubes trāſcēdere: ac ſub
lime cœlū cedere dicētes hac de cā nobis magis aliqd adcedi exiſtimam⁹: Ineptū
ipſup ſi ſanctis qui res orbis uniuerſas contempſerunt his eſſe opus commenda
tionis putamus. Igitur noſtri tantum cauſa profectus ſat illorum celebrare me
moriam fuerit. Non enim noſtris indigent laudibus ornari: ſed nos ipſoꝝ uitę
hiſtoria & commemoratione imitationis gratia indigemus. Q uemadmodum

enim ex igne naturaliter emicat ſplendor/ex unguento quoq; preſtanti diffundi tur odor ſic e ſanctorum commemoratione geſtorum ad omnis prouenit utilitas. Huius itaq; martyris uenerādi facta ſingula explicare hodierno die nullo modo pollicemur quod eo℞ fama tenuis nec omnia ſane complectens ad nos uſq; delata ſit. Quāobrem pictoribus recte compabuntur. Illi.n.qum ex antigrapho ſiue archetypo Imagines expreſſerunt uti par eſt a prima forma plurimū recedūt Nos item qum re℞ geſtarum adſpectu caruerimus ualde metuendum ne dicendo re℞ ueritatem atteramus. Ve℞ qū eius hodie feſtum celebramus qui in huiuſcemodi die certamen ꝓ Xp̄i noie ſubiit q̄tum ex eius hiſtorię notitia deprendere licebit errabimus. FVIT hic martyr beatiſſimus cuius noſter Cęſarienſis:ex quo nō mirum ſi noſtrę mētis adfectus ad eū potiſſime dirigit᷑ qd᷑ profecto ad uerum ac domeſticum huius facit ornamētum. Nam ſi ait arbores que bona ferunt poma proprię bonitatis laudem nutrienti tribuunt humo. Sic iſte ex noſtrę urbis prodiens utero ad ſummumq; glorię culmen euectus:patrię quę eum ꝓduxit atq; aluit honorem glorioſiſſimi martyrii tribuit. Iucunda nempe ſunt nobis externa poma modo ſapore delectent:ſed longe noſtro gratiora guſtui propria q̄ peregrina pręterq̄ quod & gloriam quandam nobis conferre uidentur. Militiam exercuit:in quo locum admodum inſignem tenuit ita ut cētum milites eius imperio parerent:quodq; animi uirtute & corporis uiribus pręcelleret cunctis inter ordines militibus pręſtantior habebatur. Ea ſane tempeſtate qum Tyrannus impius qui tunc imperitabat in chriſtianū nomen uirus ſuę feritatis effunderet/ manumq; deo inimicam aduerſus eccleſiam exerceret. Tota urbe pręconis tuba ſonabat. Toto foro & percompita tyrānicum promulgabat᷑ edictum:nequis Ieſum coleret. Qui uero contra iuſſa faceret graui ſupplicio plecteretur. Idola proponebantur adoranda lapideaq; ac lignea hoīum ſimulachra pro uero numine colenda. O miſera tpa dei ciuitas rei nouitate attonita tota tumultuabat chriſtiano℞ domus ſingulę petebant᷑. Innocentium facultates diripiebant᷑. Fidelium & ingenuo℞ corpora carnificum manibus diſcerpebantur. Matresfamilias pudiciſſimę p uicos trahebant᷑. Nulla iuuenū pietas:nulla ſenū reuerētia ęrat. Inſontes noxiis ac maleficis digna patiebant᷑. Turba plurima in carcerē/arctiſſimūq; locū coniecta torquebat᷑ Domus inſignes & opulentę euertebantur. Pleni ſaltus:plena perfugis loca deſerta:ob unum tantum crimen quod Chriſtum colerent. Prodebat patrem filius. Pater filium accuſabat. Frater aduerſus fratrem inſurgebat. Seruus domino inſultabat. Adeo diabolicis artibus hominum animi adfecti tenebantur ut uelut in tenebris agentes ſeſe minime cognoſcerent: Preter hec autem ſacra templa Baſilicæ Aræ ſanctiſſime euertebantur. Thus ante ſacrificia in

Gordii martyres hiſtorię initium.

Exiſtimo ſub Maximiano res fuerit.

odorem ſuauitatis non amplius fumabat/nulla erat oblatio. Diuinę rei nullus iam locus amplius relictus. Cuncta mœror ingens ueluti diffuſa caligo occupabat. Sacerdotum collegia fugabant. Sacer oĩs conuentus cladem inſolitam expaueſcebat. Gentilium uero conciliabula gaudebãt. Nidore ac ſanguine uictimarũ cuncta dabant. Hec igit̃ exempla crudelia qum Centurio generoſus conſpiceret tantorũ malorũ exitum preueniens abiecto militię balteo ſponte ſibi exiliũ delegit. Itaq; relictis honoribus relictis oĩs generis facultatibus ſeruis ꝓpinquis amicis uoluptatibus & rebus aliis quas ceteri maxime adpetere ac magno ſtudio parare ſolent. Ad uaſta diſerta nemorum loca cõtendit longe ſecum melius agi putans ſi inferarum receſſibus q̃ inter idola uana cum hoĩbus habitaret. Helię prophetę ſecutus exemplum qui qum Sidoniorũ conſpiceret impietatem cottidie inualeſcentem in montes Oreb ſpeluncam ſeceſſit/ac ſeſe ab oĩ humana cõuerſatione ut deum quereret ac uideret abdicauit. Vidit tandem q̃tum fas eſt hoĩ mortali. Eodem modo noſter Gordius ſpretis oĩbus urbanos fugiẽs tumultus fori clamorem: magiſtratuum ambitiõem: tribunalium faſtum: obtrectatores ementes uendentes deierantes mentientes: mimos: ſcurras ceteroſq; huiuſcemodi generis hoĩes quibus magnę urbis refertę ſunt/multoſq; ſecum tanq̃ magnę naues adligatas puppibus cimbus per ęquora trahunt. Inſuper uiſu auditũq;/ac aĩo a uitiis purgato & libero deum ipſum contemplando uidere meruit: tũm magna diſcere myſteria que nõ ab hoĩbus ne per homines fuit edoctus: ſed magno uſus preceptore ſpiritu ſancto. Quamobrem ſecum meditans quam ſit fallax & inanis uita humana ac ſomnii phantaſmatis ęquiperãda ui ſupernę illius ac melioris uitę amore exarſit: ac ueluti fortis athleta ſeſe ieiuniis uigiliis oratiõibus ſtudiis demum diuinę eruditionis probe exercitatum animaduertens hunc maxime diem obſeruauit in quo frequens Ciuitas uiſendo equeſtri ſpectaculo erat intenta: qd̃ hoc in loco ea tempeſtate in Martis ſeu potius furẽtis bellorũ dęmonis honorẽ celebrabat̃. Populus oĩs ex edito ſpectabat/nec ullus dęerat nõ iudęus nõ gẽtilis nõ itẽ xp̃ianorũ multitudo que cũ uanitatis cõcilio cõmixta ſedebat & iniquorũ inuitãs cõſuetudinem equorũ curſum & aurigarũ agilitatẽ ſpectabat/Serui eo die ab ope liberi. Pueri e ſcholis ſpectatũ currebant. Feminę ꝓſtitutę ac ignobiles aderãt. Plenũ iã ſtudiũ & oĩs iã turba cõſederat equeſtre certamẽ uidere intẽta. Tũc magnanimus heros p mõtis diuũ in theatrum ꝓperãs non populũ orruit: Non q̃tis ſe pugnacibus manibus traderet penſitauit: ſed aĩo intrepido ſeueroq; uultu ſup hoĩm terga q circũtheatrũ ſedebãt tãq̃ p aliq̃ lapidẽ cõgeriẽ/aut lignorũ ſtruẽ igrediẽs i medio cãpo cõſtitit. Illd ſecũ ſepe repetẽs dcm̃. Iuſt⁹ ex fide uiuit Quid plura adeo ĩtrepido excelſoq; aĩo fuit ut qũ i eminentiore theatri pte ſtare ingẽti

Helias i mõte Oreb.

uoce quam q audierunt extant adhuc aliqui exclamauerũt & clare illud apoſtoli ad Romanos dixerit. Ecce inuẽtus ſum ab his q me nõ querunt his q me nõ in terrogabãt palã appui: qbus ſane uerbis ſe in eũ ueniſſe locũ ſignificauit minime coactũ ſed ultro ſe mãcipiũ pbuiſſe Seruatoris exẽplum ſecutũ q qum p aīã no ſſẽ minime uideret ſe iudęis manifeſtauit. Oĩum igr̃ oculos ſtatim in ſe cõuertit. Erat.n. adſpectu orridus & qđ mõtana diu icoluerat ſqualẽti capillo: barba ꝓ miſſa ueſte obſita corpe incuruus: pera pręcinctus: baculo innixus. Que ſane oia orroré quẽdam uulgo adſpiciẽte incutiebãt: ſimul & eũ in luſtre magnope redde bãt. Vbi aũt qs eẽt cognitus fuit: Gẽtilium ſimul & xp̃ianoꝝ murmur eſt ortũ: his qdem ob gaudiũ ſui cõmilitonis exultãtibus: illis uero fcm̃ dãnãtibus ac iu dicis aium ad eius cedẽ accedẽtibus. Hoꝝum igitur clamor atq; tumultus oia cõ plebat. Equos currus aurigas iã deſpiciebat. Fruſtra rotaꝝ ſtridor aerem uerbera bat: nullus aliud q̃ Gordiũ uidere malebat nullus q̃ Gordiũ uerba ſonãtem audire ſtudebat. Totũ deniq; theatrũ murmure more uenti p aera ſonantis pſtrepe bat. ubi uero p pręconẽ ſilẽtium impatum: conticuere buccinę: ſopitę fiſtulę. Varia muſicoꝝ inſtra ſiluerũt. Solus adſpiciebat Gordius: ſolus audiebat. Hinc ad pręſidis tribunal in eodẽ loco cõfeſtim adductus ab eo qs nam aut cuias eſſet in terrogatus: & patriam & generis & dignitatis locũ quẽ tenuerat: pterea fugę cãm ac reditus pariter enarrauit. Reuerſus ſum inqt palã oſtendẽs qđ tua edicta nihil oĩno curo ſed Ieſum Xp̃m ſpem meã; meũq; pſidium ꝓfiteor: qumq; accepim te reliquos hoĩes crudelitate ſuperare: hoc ſane tp̃s explendo meo uoto maxime idoneũ ſumpſi. His ſane uerbis uelut ignis ira pręſidis adcenſa quicqd in eo furoris erat in eũ ſubito cõuertit. Præſto ſint inqt lictores flagella plũbatæ: corpus rotis ſcindatur. In eculeo ſuſpendat. Omne tormentorum genus excogitet. Feroces adſint ferę/mucronibus transfigatur: igni tradat. In altũ deiciat barathrũ. Verũ parua hec oĩa uiro execrando/ modo una morte intereat. Quin inqt gordius dãnum profecto me facere uideor ſi ſepe uariiſq; modis extingui: uariaq; ꝓ Chriſto pati ſupplicia nequeo. At ille his magis irritatus uerbis magiſq; ſe ledi ac ſperni ob talem loquendi licentiam exiſtimans naturali eius feritati uehemẽtior acceſſit impetus ac eo truculentior fiebat: quo ille conſtantior in cõtẽnenda pœna uidebat/qum nulla tormẽtoꝝ ratione: nullis armis a cepto ꝓpoſito auerti poſſet: Quin in cœlum oculos attollẽs ſacra pſalmoꝝ carmina decantabat. Dñs mihi adiutor nõ timebo qd faciat mihi homo: & rurſus non timebo mala quoniã tu mecũ es & alia iſtis germana que de ſacris ꝓmebat uoluminibus ad aĩum cõfirmãdum & in ꝓpoſito pſeuerãdum maxime facíẽtia/tñq; abfuit ut intentatas orreret pœnas ut eas ultro ipſe ꝓuocaret: ſuppliciiq; moras uehemẽter icre-

patet:Quid inqt agitis quid cunctamini? Quid hanc mihi gloriam inuidetis?
Corripite corpus:mēbra fruſtratim cedantur:Deniq̄ȝ quodcunq̄ȝ de me ſuppli-
ciū otius ſumite:q̄to.n.mihi plus tormētoꝝ adceſſerit:plus referā pręmioꝝ.Res
enī in hac uita aduerſę nobis apud deum ppetuam pariūt uoluptatē.Si uulnera
mille ac cicatrices patimur.In reſurrectiōe ſplēdido induemur amictu. Pro cōtu
melia atq̄ȝ ignominia palmas coronaſq̄ȝ adſequemur.Pro uinculis & carcere per
ampla paradiſi ſpatia lęti uagabimur.Pro accuſatione demū atq̄ȝ iniqua cōdēna
tiōe gloriā ex deo & angelis referemus.Minę urę ſemina mihi ſunt diuina.Vn-
de īmortalitatē ppetuaq̄ȝ gaudia metā. Qum tādem uir beatus hac ſeueritate a
fide obſtinata auerti nō poſſet.Alia tūc uia pręſes eſt aggreſſus.Illicebris & oī le
nitate cōtaminare conatus eſt:qum pręſertim diabolus hac uti ſoleat arte ut timi
dos metu pterreat:fortes leniat atq̄ȝ palpet:qđ imitatus pręſes ubi illū rebus ter-
ribilibus nō flexit.dolis ac placabilitate circūuenire q̄rebat:quāobrem:magna ſe
daturū ſpondebat quoꝝ alia tūc hēret:Alia impatorē daturū ei adfirmabat locū
inter milites in luſtrē/facultates:opes:quicq̄d deniq̄ȝ aīus cupet.At ille nec ſic q-
dem uictus.Pręſidis inſaniā ridebat q cōpenſare dignū aliq̄d ſupnis ſedibus exi-
ſtimaret.Impius ille tūc laxatis irę habenis furore pcitus cenſem uagina diripit:
lictorē corā adſtare iuſſit & manu & lingua nefanda ad uiri dānatiōem ſe adcin
xit.Ad tribunal oīs theatri multitudo cōuenit:reliquus ueni populus q ante ur-
bis menia diffuſus erat ad hoc nouū ppetrauit ſpectaculū qđ & angeli & hoīes
uerebant:dęmones uero porrebāt.Quid plura? Cōcurrētibus eo cūctis urbs pe
ne uacua facta eſt.Matrisfamilias nobiles ignobiles pperabāt/Domus ſine cuſto
dibus relictę Tabernę opariīs deſertę.In foro uenalia derelicta iacebāt. Ex hoc tm̄
urbs tuta qđ oībus extra menia egreſſis.Nemo itus remanſerat q nefas aliqđ p-
petrare poſſet.Serui dn̄o ſimul & ope neglectis auidi ſpectādi erāt. Virgines tūc
primo extra domos pdeūtes mariū uultus cōſpexēre. Valitudinarii ac ſenes ipſi
quoq̄ȝ extra muros cōtēdebāt.In tāto itaq̄ȝ ciuitatis cōcurſu Btm̄ Gordiū alterā
uitā iāiam p mortē corpis ſpectātem atq̄ȝ renētem neceſſarioꝝ amicorūq̄ȝ turba
circūſiſtebat/amplectebant:oſcula dabāt:demū flētes adhortabant ne ſeſe in ar-
dētes flamas cōiceret/ne florē pderet iuuētutis aut ętherias auras:ſoliſq̄ȝ dulce iu
bar relinq̄ret.Nōnulli q̄n a fide oīno auertere nō poterāt aut fas putarent:qui-
buſdā cū ueriſimilibus aggrediebant rationibus & Xp̄m tm̄ corde ſi cuperet re-
tinere:ore aūt negare ſuadebāt. Non.n.deū uerba ſed loquentis aīum inſpicere:
Hoc ferme modo exaſperatū Iudicis aīum demulceri & deū nihilominus ppitiū
poſſe reddi adſeuerabāt.At ille tanq̄ cautes imota maris exagitantibus fluctibus
nulla ut nulloq̄ȝ uerborum impulſu quaſſatus in obſtinato ceptoq̄ȝ propoſito

inexorabiles pmanſit. Vt.n.ſapientis domum ſupra petram ędificatam uis nulla
uentoꝝ aut imber e cœlo uehemens nec torrentis impetus quaſſare pōt. Ita de-
mum nec preces ullę aut minę conſtantiam eius euertere potuerūt: Qumq; mē-
tis acie huc illuc uagantem diabolum & eius impulſu ac arte: hinc lachrymas oi
ri. Inde uim eloquentię ſuadendiq; copiam ſubminiſtrari animaduerteret. Illud
dn̄i uerbum flentibus ait. Nolite flere ſup me ſed flete ſup dei inimicos q in chri
ſtianos cōtinuo graſſantur. Ipſos inq̄ flete q ignem nobis parant: ſibimet geher ę
incendia irāq; in die irę theſauriȝant: Meum ſollicitare aut emollire aīum deſini
te. Ego.n. p noīe dn̄i Ieſu Chriſti mille picula milleq; mortes: ſi opus: adire ſum
paratus. Aliis uero q Xp̄m ore negare adhortabant respondit. Lingua qdem q̄
Xp̄i beneficio retineo adduci nō poſſum ut ſuum neget auctorē. Corde namq;
credimus ad iuſtitiā ore cōfeſſio fit ad ſalutē. An primus nūc ego q Xp̄m profi-
tear? nonne alios mei ordinis audiiſtis factos chriſtianos? Primi Cēturionis exē
plum ſuccurrat que cruci Seruatoris adſiſtēs eius diuinitatē p pdigia facta cogno
ſcēs nō eſt ueritus adhuc Iudęis furētibus in cede nomen eius palā fateri. Quod
eni aīo ſenſit id ore ſubito manifeſtauit. Vere dei filius erat iſte. Alius itē cētu-
rio anteq̄ morti traderet Xp̄s tanta fide egregia inuētus eſt ut ſeſe indignū eius
aduētu q curare uerbo poterat abſentem iudicaret: Ex quo dn̄i uoce palā lauda-
tus eſt. Nō inueniſſe tantā in Iſrael fidē teſtantis. Cornelius itē cēturio Angelū
dn̄i uidere & p Petrū ſaluus fieri meruit. Cuius dn̄s preces ſimul & eleemoſinas
reſpexit. Hoꝝ igit Cēturionū libēter diſcipulus & imitator eſſe cupio. Negē ego
deū meū in cuius cultu ſum educatus: Nōne cœlum ſol & aſtra oīa lumē mihi
clauderent ſuū? Credā pfecto humū quam pedibus tero mihi ruiturā. Reuoca-
te tā nefandam ex aīo ſentētiam: aliā induite mentem. Deus nequaq̄ irrideri pōt
ex ore nr̄o nos iudicat: ex nr̄is inq̄ uerbis nos ſeruat & dānat. Nōne tremendam
dn̄i ſentētiam audiuiſtis. Qui me negabit corā hoībus: negabo & ego eū coram
pr̄e meo q in cœlis eſt. Mihi cōſulitis ut deum noſſe diſſimulē? quāobrē? ut ui-
tā progem: mortem differam? dies adiciam? At ſupnę uitę longęuos pdam an-
nos an ut corpis cruciatus effugiam? At ęternę patrię dulcedine priuabor. Nam
iri pditū dedita opa & fraude ac dolo ſeuas tartari pœnas mercari māifeſta qdem
inſania. Vobis igitur cōſulo ſi male ſapitis ſapientiā ac ueritatē diſcite: Si uero diſ
ſimulatis tpiq; obſeqmini: uos hortor rogoq; relicto mēdacio uera loquamini.
Dicitę qm̄ dn̄s nr̄ Ieſus Xp̄s eſt in gloria dei pr̄is. In eius noīe oē genuflectitur
cœleſtium terreſtriū & infernoꝝ. Oēs pfecto morti ſumus obnoxii: ſed non oēs
inclitā martyrii mortē ſortiunt. Nō igit naturalē uitę curſum pręſtolemur: mū-
dana funera: ſupremas nr̄oꝝ lachrymas deſpiciamus cœleſtem gloriam uiolenta

immaturaq́ morte preueniamus. Velociter ex hac uita quę potius eſt interitus longus dicenda breui quidem labore ad ueram uitam cõmigremus Quid miſeri ſupremũ ętatis finẽ inutilẽ ſterilẽ infructuoſum ſtultũ uanum hoibus pariter & brutis comunem expectatis? Quicunq́.n.nati ſunt aut ſenio tabeſcunt: aut egritudine corporis reſoluuntur/aut uiolento improuiſoq́ caſu aliquo concidunt: Quando igitur omnino ſemel e uita migrandum eſt: martyrium ꝓ Xp̃i noie ut ſemp uiuatis alacriter adſumite/ac uitę q̃ omnino relinquere oportet ne parcite ſit ꝓ neceſſitate uoluntas. Si.n.res mundi ꝑpetuę forent. Danda uenia fortaſſe ſi ſuperna pro terrenis relinqueremus. Verum qm̃ fluxę fragileſq́ ſunt & illorum compatione magnope indignę: quis furor in his inuigilare? his tanto ſtudio cõplecti? Hec ubi dixit Xp̃i miles crucis ſe ſigno cõmuniit & animi magna cõſtantia uultu intrepido: colore nuſq̃ mutato ad ignis ſuppliciũ hilaris contendit: ubi tantam cordis prę ſe ferebat alacritatem ut non lictoꝝ: ſed angeloꝝ manibus ſe cõmittere uideretur: q ſubito poſt interitum ſublimem cum in cœlum deferrent: Ad hec tãtus illius populi clamor ac tumultus eſt factus ut uel tonãti cœlo nuſq̃ ſimilis ſit auditus. Hoc igitur huius pręclari martyrii certamen fuit. Hoc hodierna dies ſpectaculũ uidit quod ꝑculdubio tale eſt ut nec tp̃is diuturnitas unq̃ abolere nec longe cõſuetudinis faſtidium tollere nec aliud qdpiam q̃uis magnũ exſupare ualeat: Nã queãdmodũ ſolem q̃tomagis adſpicimus tantomagis eum admiramur nec ullo modo adſiduitate uileſcit. Sic & huius uiri ſanctiſſimi memoria quo maiori eam temporis ſpatio retinemus eo recẽtior in noſtris animis floret: In memoria enim ęterna erit iuſtus. In terris quidem dum terra durabit. In cœlis uero apud ęquum & altiſſimũ iudicem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: Cui honor & imperium in ęterna ſecula. Amen.

Pulchra exhortatio ad martyrium.

EXHORTATIO AD BAPTISMVM: QVÆ ET AD PENITENTIAM QVADRARE VIDETVR.

SAlomon rex tp̃a ex ordine uitę diuidens/ac cuilibet eoꝝ que gerunt offm̃ tribuens ait tp̃s naſcendi & tp̃s moriẽdi. Ego qdem ſapientis uocem hãc paululũ mutãs uobis nuntium referã ſalutarẽ. Tp̃s inq̃ moriẽdi & tp̃s naſcẽdi. Quorſum hic ſermo mutatus? Q. m̃ is qdẽ de geneſi & morte loquẽs corpali: Geneſim morti ut par erat prepoſuit: qum mori nõ liceat niſi prius naſcamur: Ego uero de ſpiritali regeneratiõe orõnem facturus: uitę oĩno mortem antepono: Nobis.n.quoad carnis uitia ſemel extinctis tm̃ uiuere ſupereſt: queãdmodum ait dominus. Ego occidam & ego uiuere faciam: Igr̃ moriamur

uti uiuamus:carnis ſupbiam Xp̃i iugum detrectantem extinguamus ut ſpiritus celſitudo per quem uita paxq; apta eſt dn̄ari nobis oriatur: Cum Chriſto ſimul tumulemur ut cum eo qui primitias ſurgendi dedit reſurgamus. Tp̃s itaq; aliud alii adcomodatum. Sonni ꝓprium:aliud uigilię:belli item & pacis. Baptiſmi uero tp̃s:uita hoīs tota. Sicut.n.corpori niſi reſpiranti uiuere non erit: ita nec aīam niſi cōditorem cognoſcēti ſubſiſtere:qum ignoratio dei mors animę ſit:citra baptiſmum lux animę nō aderit:Sicut oculus lumine caſſus ſenſilia non uidet. Ita nec anima ſine illis que dei ſunt:Tp̃s itaq; aliud alii oportunum negotio. Baptiſmo dies horaq; omnis adcomoda. Dies tñ paſce cōgruentior:quod ea lux reſurrectionis monumētum quoddam exiſtat. Baptiſmi nāq; ad reſurrectiōem facultas quedam:arraboq; eſt. Reſurrectionis ergo gratiā in eo die probe excipiemus. Quamobrem eccleſia ſuos procul alta uoce conuocat alumnos. Vt quos pridē peperit:tunc demum lactę ſanę eruditionis fide cathecuminos enutritos cibi firmioris deguſtatione inſtitutoq; perfecto corroboret. Ioānes enim ad quem oīs adcedebat iudęa penitentię baptiſmum prędicauit. Dn̄s autem adoptiōis filiorum baptiſmū longe p̃clarius adnūtiat. Quis igitur eorum qbus ſpes eſt in eo Iſagogicū eius abſolutumq; baptiſmum detrectabit: Illud.n.peccatis hoies exutos ac liberos tm̄ reddidit:hoc etiā deo familiares facit. Vnius namq; uiri Ioānis p̄dicatio oīs ad penitentiā deduxit. Tu aūt p̄ ſancte a prophetis edoctus es. Lauamini mundi eſtote Per pſalmos admōitus Adcedite ad eū & illuminamini. Per apoſtolos itē ac ꝓphetas inſtructus. Penitētiam agite & in noīe dn̄i nr̄i Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum baptizamini & ſancti ſpiritus promiſſionem accipietis. Deniq; ab ipſo domino inuitatus dicēte. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis & ego reficiam uos. Hec itaq; omnia tibi ſuccurrāt. Quid cunctaris aut quid conſuleris quid expectas? an nondum in ueritate edoctus? nondum in perfectam ueniſti notitiam? toto fere uitę tempore experimenta expectas ueſtigator uſq; in ſenectam? Quando te ut noſtrum cognoſcemus? Matura:matura: p̃ſens cognoſce tempus. Quid diem de die trahis: Vide ne longiorem tibi uitam pollicendo ſpe decidas:neſcis quid craſtina ſit aduectura:ne tibi que non tua ſunt in tua putes eſſe poteſtate. Ad uitam te homo uocamus quid uocationem fugis? ad bonorum participationem imitatus quid donum tam egregium ſpernis? Regnum cœlorum preparatur. Ipſe qui uocat minime fallax uia facilis non tempore:non ſumptu non negotio:tādem opus. Quid moraris? Iugū inq̄ bonū ac leue eſt minime obterens colla non uincit ſed probat ceruicem ſponte ferentem/non inuitam detrectantemq; expectat: Vide qd Ephren ueluti buccula p auia & legis iugum ſpernens accuſatur:Subde cor indomitum:ſis Chriſti iumentum: ne ob

hoc immunis ſugo neue inconceſſam querens uitę libertatem aferes deprendaris. Guſtate & uidete qm̄ ſuauis eſt dn̄s Mellis nāq; ſuauitas melius ignorātibus nūtiari q̄ p deguſtatiōem non poterit: quod ſenſus oī ſermone ſit efficacior. Ad circūciſionem Iudęus minis cōpellitur qm̄ oīs anima que die octaua nō circuncidetur e populo pelletur. Tu aūt circūciſiōem nō manufactam que p baptiſmū pficitur differre queris? Ipſum audi dn̄m. Amē dico uobis niſi ut renatus fuerit ex aqua & ſpiritu non ingreditur in regnū dei eoq; magis moueri debueras qđ ibi dolorē uulnuſq; ſentis. Hic aūt tm̄ cordiſq; uulnus curatur. Adoras p te morientem: patere & cum eo p baptiſmū cōtumulari. Si cōſortem te mortis eius nō reddas: quomodo reſurrectionis ſotius eris? Iſrael nāq; olim in nube & Moſe & mori baptizatus eſt. Tibi nimirū figuras & quandam inſequētium tempoꝝ mōſtratę ueritatis formā oſtendēs: Tu aūt baptiſmū fugis nō in mari figuratū ſed in ueritate & ſpiritu perfectum. Nō in Moſem cōſeruum ſed in Xp̄m creatorē inſtitutū. Niſi .n. Iſrael mare trāſiiſſet: nunq̄ a Pharaone diſceſſiſſet: Sic tu niſi per aquam trāſieris: nequaq̄ a diaboli tyrannide liberaberis: Nec unq̄ ille ex ſpiritali petra bibiſſet: niſi ex figura baptizatus fuiſſet: nec rurſus aliqs uerā tibi potiōem niſi uere baptizatus prębebit. Panem angeloꝝ ille poſt baptiſmū accepit. Tu aūt quomodo uiuētem mādere panē niſi ſumpto prius hoc ſacramēto putas? Quin & ille in terrā pmiſſionis eſt ingreſſus. Tu aūt quomodo in paradiſum: hoc carēs penetrabis? Nōne uides quod ligni uiā gladius igneus cuſtodit. In fidelibus quidem formidādus/credētibus uero ppitius ac amene coruſcans: hūc inq̄ torqueri dn̄s iubet: qn̄ fidelem conſpexerit enſis terga oſtendit. Hoc uero charactere ſacro carentibus os: aciēq; intētat. Helias .n. currus equoſq; igneos aduerſus uenientes minime expauit. Veꝝ itineris ſupni deſiderio incēſus contra formidoloſa eſt auſus ac hilaris gaudenſq; flamantes aſcendit currus. Tu uero hec portēta minime uiſurus ſed p aquā tm̄ & ſpm̄ in cœlum penetrare potēs cūctaris: nec uocatiōi obtemperare maturas? Helias item uim baptiſmi ſupra holocauſtorum aram non per ignem ſed per aquam ſacrificans oſtendit: qum ignis natura aquę aduerſetur. Nam tertio tunc aqua myſticę ſuper aram effuſa initium excitandę flamę uelut oleum fuit. Accipite inquit hydrias & effundite ſuper holocauſta: Deinde ait. Iterate & iterauerunt. Rurſus tertio effundite & ità egerunt. Que oratio ſatis monſtrat quemadmodum deo per baptiſmum propinqui & familiares efficimur & lux clara cœleſtiſq; per fidem in trinitatem: animę protinus refulget. Si enim aurum eccleſia diſtribuerit: nō profecto diceres cras mitte cras dabis. Verum tuam ſedulus portionem uelociter peteres differri autem egre ferres. Quoniam uero non materię alicuius fucum: ueꝝ animę purgatiōem tibi rex munificus pollicet

moras excuſationeſq; noctis impedimenta/cauſaſq; adfers: Fas igitur ad tantum
properare donum: quo mirum profecto: ſine luto & materia renouaris. ſine con
tuſione rurſus fingeris: ſine dolore curaris. Nonne gratiam cõſideras? Si enim ho
minum ſeruus eſſe ac libertas omnibus proponeretur/nõne ad ius tuum inſtru-
Alapa extre-ma ſeruorũ plaga. ctus uenires: aduocatos pretio conductos & iudices ſollicitares ut omni conatu
libertatem reciperes. Quin alapam quoq; extremam ſeruorum plagam pro libe-
ratione omnis infuturum infamię ac probri libenter ſubires? Poſtq̃ uero te ſer-
uum non hoium ſed peccati ad libertatem pręco uocat ut te a ſeruitute ſoluat: ac
angeloꝝ conſortem/ciuemq; faciat: pręterea dei filium per gratiam factum cœle
ſtium heredem bonorum conſtituat nondum eſſe tempus hec dona excipe cau-
ſaris? O iniquas excuſationes: o infamem uanãq; occupatiõem: quouſq; tandem
uoluptates? quouſq; uani adfectus? longo nimis tpe mundo uiximus. Reliquum
ut nobis ipſis deoq; uiuamus. Quęnam queſo aię digna cõpẽſatio quid ęque re
gno cœloꝝ compandum? quis fidelior tibi cõſiliarius? quis ſapiente prudẽtior?
quis bono utilior? quis creatore familiarior? Nec Euę ſerpentis cõſilio credidiſſe
magis q̃ dñi ꝓfuit. O ſermonem nefandũ ſanari curariq; nõ uacat: ne lucẽ mihi
oſtende: ne ad regẽ regnũq; me deducas. Nõne tu hec imo abſurdiora longe di-
cere uideris? Enimuero ſi tibi publicis tributis adſcripto debitoriq;: uectigalis ip
ſius remiſſio forte nuntiaret. Deinde q̃ſpiam te hoc publico munere priuare co
naret dolores: clamareſq; cõis gratię parte per iniuriam priuari. Poſtq̃ uero non
ſolum pręteritoꝝ remiſſio ſed futuroꝝ dona palam ꝓponunt nõ audis: Sed ip
ſe te ledis: q̃tum nec inimici forte lederent: Conſultum ne tibi ac utiliter excogi-
tatum exiſtimas ſiquis ius immunitatis tuũ ac huiuſcemodi remiſſiõem tibi ab-
ſtulerit: ęre quoq; alieno te premi patiat? Hec inſup noſce qđ mille talentoꝝ for
te debitor remiſſionis munus facile cõſequeris niſi tute tibi ex inhumanitate in
ꝓximum tuum gr̃am abſtuleris. Quod ne patiamur fratres dilectiſſimi magno
pere aĩaduertẽdum. Igitur ue munus hoc ſtabile ꝑpetuũq; nobis adſit miſericor
diã ex deo cõſecuti alioꝝ quoq; nos miſeratione capiamur. Sciſcitare aliq̃tulum
conſcientiã. Ingredere in ꝓmptariũ animę ſecretius: pręteritorum memoriã apud
te parump excita. Si.n.plura ſunt peccata/multitudine ne tenearis. Vbi delictũ
abundauit: ſuperabundabit & gratia ſi eam receperis. Plus enim debenti plus re
mittitur ut uehementius amet. Si autem parua nec admodum lętalia fuerint de
licta. Quid de futuro ſollicitaris? qui generoſe preterita etiam non chriſtiana le-
ge inſtructus diſpoſuiſti. Nunc uero tu te conſidera: in examine trutinaq; tuam
eſſe poſitam animam hinc ab angelis: Inde a dęmonibus abſtractam meditare.
Quibus cordis lancem inclinabis? Quid apud te uincet? Carnis ne uoluptas

an uitę ſanctitas? Preſentium oblectatio/an futurorum deſiderium? Angeli ne te ſuſcipiant: an in aere duces peſtilentię te retinebũt? Teſſeram namq̧ duces ſub eo militantibus dant ut amici facilius inuicem ſe noſcentes exhortentur & alacri us aduerſus hoſtes prœlium cõmittant. Quod ſi forte cõmilitonũ ſeparatio fiat: nemo te quaꝝ ſis hꝛarum an aduerſarii partium nouerit niſi myſticis ſignis fami liaritatem pręte feras. Niſi.n.os limẽq̧ tuum ſignatũ feras ue character facile co gnoſcat quonãmodo ꝓ te pugnabit angelus aut ab inimicis uindicabit? Quo modo inq̃ dicis dei ſunt ſigna non oſtendens? An ignoras quemadmodũ ſigna tas domos in Aegypto exterminator ꝑteriit. In non ſignatis uero primogenita pemit. Theſaurus nõ ſignatus furibus facile nõ patebit. Ouis item abſq̧ nota in ſidiis ꝓtinus obnoxia Iuuenis es ętatem freno baptiſmi retine. Flos abſit ętatis: Vide ne ſenectutis uiaticum deſit/ne arcẽ & ꝓpugnaculum ꝑ inconſiderantiam atq̧ ignauiam amittas. Neu de undecima hora ſicuti de prima cogita: Deniq̧ ti bi ad uitę principium feſtinãti mortem ante oculos habere cõtinuo eſt opus. Si quis.n.medicus cõmentis ac machinis q̄buſdam te iuuenem a ſene reddere ſe re ceperit. Ad eam ꝑfecto diem oĩ ſtudio uenire curares in qua ętati floridę te reſti tuẽdum uideres. At nũc qum aĩa tua q̃ oi ſcelere cõtaminatum reddidiſti per ba ptiſmũ renouari ac regerminari nũtietur: tm̃ deſpicis bñficium nec ultro ꝓperas aut id pollicenti fis obuiã? Num nõ tanti muneris rem miram conſideras? quo modo uidelicet abſq̧ matre regeneretur homo: quomodo uetus ac uitiis tabidus rurſus in pubertatem: ętatiſq̧ florem reconcinnetur. Baptiſmum igitur captiuo rum: ęris alieni remiſſio: peccati mors: animę regeneratio: amictus ſplendẽs: cha racter indeprenſibilis: eccleſię iter: regni cœleſtis conciliatio: adoptionis gratia. Tã tis itaq̧ talibus bonis miſer potiorem ducis uoluptatem? Noui enim tuam cun ctationem atq̧ pigritiam quanq̃ rebus diſſimulare contendis. Ipſa enim facta & ſi taces contra clamant. Mitte inq̄s ſuper ſede: Interim carne ętatiſq̧ flore abutar. In luto porcoꝝ more uolutabor: uoluptate exſatiabor. Manus ſanguine fedabo Alienũ auferã Doloſe ambulabo. Detrabo: mẽtiar. Tũc deniq̧ qum ſatur ma lis deſiſtã: baptiſmũ ſuſcipiã. Si.n.res honeſta pẽni: hoc uſq̧ ad extremũ cuſtodi. Si patrãti turpis ac nocẽs: q̄d in eo ꝑtinaciter inſiſtis? Nullus.n.bilem euomere q̃rens maiorẽ eam ex mala intemꝑantię dięta aggerare cogitabit: corpus namq̧ malis graſſantibuſq̧ purgari/humoribus ne morbus cõualeſcat eſt opus. Nec na uis bene pręparabitur ſi quę inſunt onera prius non euacuent. Quin plus ęquo grauato periclitabitur. Vide ne & tu ſimilia patiaris maiora cõtinuo admittẽdo q̃ ea que remittenda tibi ꝑ baptiſmũ ꝓmittebantur & anteq̃ ſperatum cõtingas portũ naufragiũ facias: An putas ſua facta deus non uideat tuam non cõſideret

mentem? aut forte iniuſto tibi adſentiatur? Putaſti: pſalmus ait: quod ero tui ſimilis. Tu nãq; mortalis hoīs amicitiam reſpiciẽs ob eius beneficia illi obſequẽs ac morigerulus exiſtis: dicisq; propterea ac facis quecunq; ei grata eſſe putaueris. Deo aũt familiaris eſſe filiuſq; adoptati cupiens illi tm̃ aduerſa inimicaq; : unde potius noxam contrahis continuo geris. Vide ne liberationis ſpe maloꝝ tibi aceruum cõgerens pcm̄ incurras: ueniꝗ expectatione priueris. Non irridetur deus: ne mercare grãm: neu dicas Bona lex: ſed dulcius pcm̄. Voluptas namq; diaboli eſt hamus ad pnitiem deducẽs uoluptas inq̃ peccati mater. Pcm̄ uero mortis ſtimulus uoluptas demum ꝑpetui uermis nutrix ad tp̄s ad modum breue poſſidentẽ demulcet: Poſtremo uero acerbioris exitum triſtitiꝗ ſortitur. Cunctatio nãq; ad baptiſmum penitẽtiamq; nihil aliud clamare uidetur q̃ in me ante oia culpa: deinde Xp̄s regnet. Adſunt mihi melodiꝗ ꝗ cantus iniuſtitiꝗ & iniqtatis arma. Sic & chaim ſacrificia offerre ſolebat: primum qdem pro uoluptate ꝓpria: deinde illius pꝗbituri/ac creatori deo. Quando.n. facultas ꝗtaſq; uiget te libidinibus irradis. Quando uero membra languẽt tunc deo potiſſimũ offerre ſtudes: quum ſcilicet ob ingruentem & inualidam ſenectam his uti non amplius licet: quo maxime pudicitia ſeu tempantia uocati non poteſt ſed laſciuiendi potius & luxuriandi adempta facultas. Mortuus.n. minime coronaꝛ. Nec iuſtus alıqs dr̃: cui malefacere nõ licet. Dum itaq; poteſtas adeſt: dum corpus ualet: dum ratio uiget: peccato dominare Virtus enim hec eſt uitatio mali: ſtudium boni: Vacare autem a malo tantum perſe nec laude nec uituperatione dignũ. Si ꝗtate prohibitus a peccato deſiſtis: Debilitati gratias agendum optione nõ neceſſitate bonos laudamus Quis tibi uitꝗ terminum fixit? Quis ſenectutis metam terminauit? Quis apud te tam fidedignus ſponſor? Nam uides pueros ſepenumero ab ubere raptos. Nihil ſibi firmum uita polliceri poteſt. Quid expectas? beneficio febris baptizari: qñ nec ſalutaria uerba loqui nec item audire comode poteris morbo caput occupante: Non manus in cœlum tollere nõ pedes erigere. Nõ genua adorando flectere nõ comode doceri/nõ ſecure ac libere confiteri/non cum deo cõuenire/nõ cum aduerſario decertare. Hec itaq; animaduertẽs ſtude chananeã imitari. At inquis: Filiam male a dꝗmonio poſſeſſam nõ habeo: habes tñ aĩam imundo ſpiritu occupatã. Quid ait chananea miſerere mei. Filia mea male a dꝗmonio torquetur. Magnus.n. dꝗmon pcm̄. Qui dꝗmonium patitur miſericordiam inuenit: qui aũt peccat/odiũ ſibi contrahit. Ille uenia dignus: hic nequaquam excuſatur: Miſerere mei: breue admodum uerbum. Magnum uero Xp̄i humanitatis pelagus ubi miſericordia: non exigitur ratio: ubi iniq̃ miſericordia: iudicium uacat: ſalus pmiſſa: deniq; ſalutaria omnia. Itaq; q̃uis extra ſis gratiã: clama Dic miſerere mei: non

labra mouendo ſed mente uocem emittens: Nam & ſilentes audit deus. Non locus ſed propoſiti initium reqritur. Hieremias.n. in luto erat & deum attraxit. Daniel in leonū lacu deum placauit. Tres pueri in camino deum ꝓmeruere. Latro nō cruce prohibitus qn padiſum adſecutus fuerit. Iob in ſtercore deum ad miſericordiam ꝓuocauit. Igitur ubicunq; fueris: ora: uel ſi ante iudicē: ora: Mare ante aderat: Retro Aegyptii inſectabat. Medius Moſes in loci anguſtia orabat: nihil attū loquebatur: & ait ei Deus. Qui clamas & os tuum tacet: Cor.n. clamat. Tu quoq; quum ante Iudicem aut præſidem minātem/aut uim adferentem fueris cōſtitutus ora deum: Te nāq; orante laboꝝ ac tribulationis fluctus contrahentur. Dn̄s prope eſt: Non hoīem eſſe putes: continuo adeſt: ubiq; adeſt: & oīa complet Si hoīem forte adire ſeu petere uis ac quid agat ſcire Dicūt dormit: occupatus eſt Imitare Eunuchum Incidit ille in inſtruentem docentemq; nec diſciplinam ſpreuit. Verum ſtatim diues pauperem in currum excepit. Idiotam & deſpectum tumidus & inflatus: ac demum edoctus euangelium continuo fidem in cordis penetralibus concepit. Quamobrem in primam incidēs aquam. Ecce inquit me baptizari prohibet? Vbi namq; prompta uoluntas nihil eſt quod impediat: Qui uocat benignus qui miniſtrat paratiſſimus modo alacritas adſit: impedimentum ceſſat. Vnus eſt proibens qui nobis ad ſalutem obſtruit uiam: quem omni ſtudio ac prudentia uitare oportet. Ille inquam torporem ac deſperationem nobis inicit ne ad opus ſanctum exſurgamus. Ille uana ſpe corda noſtra deludit. Ipſius ergo cogitationes non ignoremus. An non hodie peccare: cras uero iuſte agere: pietatem differre: nos exhortatur? Idcirco dominus eius occurrens inſidiis. Hodie inquit ſi uocem meam audiueritis nolite obdurare corda ueſtra. Ille uero ait Mihi hodie: cras deo. Dominus contra Me audite. Noſce obſecro inimici dolos ut omnino ſtatimq; a deo auertaris conſulere non audet. Nouit enim hoc graue admodum Chriſtianis uerum artibus inſidioſis aggreditur: Serpens eſt & ad decipiendum argutus. Intelligit enim quemadmodum nos homines preſens libenter recipimus tempus. Omniſque actio humana id maxime cōtendit atq; ſpectat. Quamobrem ſpe preſentium ac boni futuri/craſtineq; iuſtitiæ tantum expectatione querit nos domino furari/ac eripere. Poſtquam craſtina uenerit ruſus demulcendo rogat aliam craſtinam. Sic continuo diem de die trahens uoluptate præſenti & ſpe frugis noſtram ſubducit latenter uitam: Vidi ego iam auis aſtutæ miram artem: quum pullos ſuos uideat adhuc ob debilitatem præ diæ periculo expoſitos ſeſe aucupi ante illos ut præ diæ paratum offerre. Ita ſe e uertentem ac geſtus diſpenſantem ut nec periculo penitus aut manibus ſe prebeat. neq; item inſidianti ſpem omnino eripiat. Sic itaq; illum inter utrumque

Hanc auem Helianꝰ Perdicē dicit eē.

uerſando occupando: in ſe retinendo:ſpatium det natis otioſe fugiendi. Ipſa ad extremum euolat. Caue igitur ne tu aucupi ſimilia patiaris certa pro incertis relinquens ſpem firmã uanę cõmutans. Trade itaq; te Xp̃o totumq; da nomen tuũ adſcribeq; eccleſię. Nam & miles legitimus catalogo adſcribitur. Athleta niſi cõſcriptus nõ pugnat. Ciuis ac tribulis in ſua cõnumeratur tribu. His tu omnibus debes ut Christi miles ut pietatis athleta ut cõuerſationem adminiſtrationemq; in cœlo habes. In hoc libro preſenti ac in altero ſuperiore conſcribi ac traduci me rearis. Diſce euangelicam diſciplinam: oculorum modeſtiam linguę continentiam/corporis caſtigationem ſuperbię compreſſionem/cogitationis puritatem. Irę extinctionem. Vim ac fraudem patiens ne ad iudicium adcerſe: habitus odio nihilominus ama: Inſectationem uidens tolera: maledicto laceſſitus ne reſponde: Moriare peccato: cum Xp̃o crucem ſubi: oẽm trãsfer atq; colloca caritatem. Dura hec inquis: Quid.n. bonum ac facile? Quis dormiens tropęum fixit? Quis in delitiis ac tibiis corona fortibus uiris debita ornabit? Nullus minime currẽs brauium adſequetur. Labores gloriã pariũt & anguſtię periculaq; coronas p̃merent. Per multas inq̃t tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Quãobrẽ iuſtorum labores in portum felicitatis ac q̃etis direxit dñs: peccatorum uero conatus gehenę dolor & immortalis triſtitia manent: Nam qui diligenter res conſiderat humanas facile conſpiciet. Nec ipſum pc̃m patrantibus: a laboribus eſſe immune. Nam qum temperantię nullus ſit ęſtus aut ſudor: libidinoſus uoluptatis ſeruus preterq̃ quod eius gratia multas ſepe anxietates animi ſuſtinebit: corpus etiam ex intemperantia tabefacit. Noctes inquis inſomnes ſunt in oratione uigilantium At longe duriores in iniuſtitia: iniquitate ambitione auaritia pnoctantium. Nã & timor in furtis deprendi/aut in uoluptatibus ardor & ſtimulus oẽm penitus requiem: & animi tranquillitatem aufert. Si uiam auguſtam que ducit ad uitam e uitas & longe latiorem peccati ſequeris uereor ſatis ne non latã uſq; ad extremum neu diuerſorum in ea ubi ſubſiſtere ualeas inuenias: Theſaurus is dices ſeruatu difficilis & opus uigilia. At ſi uelis adiutores habebis orationem cuſtodem: Ieiunium adſiſtens: Pſalmodiam animum recreantem. Has igitur ſuſcipe comites. Ipſę tibi per noctem in ſeruandis his rebus pretioſis auxilio ſint. Quid enim preſtat dic mihi aut nos diuites circa rerum poſſeſſarum curam ſollicitari ſeu nihil ab initio quod cuſtodiamus habere? Nullus enim metu amittendi bona deſpiciet. Sic namque in rebus humanis ſi malos cuiuſlibet rerum euentus cõputare/aut cõſiderare uelimus: nihil oĩno poſſideret/aut ſubſiſteret. Nã & colõis ſi agriculturã reſpicis: tell⁹ nõ reddere fruct⁹ poterit Mercatorib⁹ naufragia: nuptiis uiduitates ptibuſq; & educatõib⁹ icertos liberorum exit⁹ formidãda

Vim aut fraudẽ patiẽs ad iudicium ne adcerſe.

Quãobtem nos ex officio bonã imprimis alacriter aggrediamur. Nec uoluntas actioni nec actio uoluntati modo liceat deſit. Spem bonam firmãq;. Rerũ uero exitum deo probe oĩa diſponenti reiciamus. Tu uero q̃dem facta: dei p̃cepta: re uero deplorata neglectaq; habes. Vide ne te tuorũ conſiliorũ pigeat / quum te ſero nihilq; ꝓ futura ꝓuidentia cepit. Diſce prudẽtiam uirginũ exẽplo. Illę oleum in uaſibus nõ habentes qñ ſponſo ire obuiã oportuit tunc neceſſaria deficere ſenſerunt: Ideo fatuas eas euãgelium uocat qm̃ dum tp̃s ferendi erat olei id ꝓdigendo comedendoq; abſumentes extra fores ſunt erectę ac ſponſi demũ pulchritudine prohibitę. Ne igit̃ & tu frater Annũ de anno Menſem de mẽſe Diem de die trahas: Ne oleũ luminis nutrimẽtum minime capiẽs in diẽ quã nõ expectas qñ q; incidas/ac te benefaciendi occaſio uita deficiente deſtituat: & morbo preualẽte in aĩ anguſtia cõſtitutus a medicis: domeſticiſq; deſeraris. Q ñ inq̃ extrema egre dictis aię anxietas febriſq; ardentis uiſcera adurent: dolebis miſer: dolebis corde penitiore nec ꝓpterea ꝑditum recuperabis: ſed tm̃ tacito inexplicatoq; murmure muſſitabis nemini q̃dem auditus. Quis baptiſmum dabit? quis ſtupidũ ac lętali ſonno oppreſſum admonebit? Propinqui? At hi mœrebunt. Alieni? At hi deſpiciẽt. Amici? At hi talia memorando te turbare uerebunt̃ Scilicet & medicus decipiet: nec tu uitam oĩno deſperabis quum natura maxime oĩbus deſideret̃. Nã qđ miſeri uolunt hoc facile credũt. Nox forte cõtinget/nec adiuuãtium facultas nõ item q baptizet aderit. Mors irruet. Te rapientes ſtatim aduolabunt. Quis liberabit? Deus tibi deſpectus? At iniquis me tũc exaudies. Tu uero nũc non ip̃m audis? Normã uiamq; mihi certam dabit. Sed olim data die mihi quãdo es uſus Ne miſer decipiaris Nemo te inanibus ſeducat uerbis. Aderit profecto tibi repẽtinum exilium ac interitus ſimilis procellę te euertet. Veniet angelus triſtis p uim tuam rapiens tot peccatis irretitam aĩam / teq; demũ magnope cruciatũ & abſq; uoce querẽtem p̃cluſo lamentis uocis organo ad nigra tartara deducẽs. Heu q̃tũ teip̃m adflictabis/q̃tum p̃teritorum penitentia conſiliorũ ſuſpirabis. Quando iuſtorũ tot in luſtribus donis ornatorum uideris claritatẽ. Parte altera peccatorũ triſtitiam in profundis tenebris ſpectaueris: qualia tunc corde tecum uolutabis. Me miſerum dies cur peccatorum grauiſſimam hanc ſarcinam quum licuerit ac tã facile fuerit non abieci? O q̃ durum malorum aceruum mecum traho. Cur lauare ſordes animi ac cõſcientię nõ ſubiit: Vtinã cũ angelis triũphans cœleſtibus adſcriptus eſſem. O praua mea cõſilia: ob breuẽ peccati uoluptatẽ ęternum cruciar ob carnis modicas delitias ęterno tradar igni. O iuſtum dei iudicium uocatus eram nec audiebam/edoctus eram nec mentem adhibui. Fidei mihi certa teſtimonia adficiebantur & ego ridebam. Hec & his ſimilia flens dicens: hos edes ſup̃mo tp̃e

queſtus. Ne igitur uocatiõem ſpernas: ne uanas inne&te cauſas: ad excuſationem nulla idonea cauſa nulla ratio. Mihi aũt lachrymas fundere ſuccurrit dum conſi dero te gloriam dei turpibus ac probroſis factis poſt habere & ob incontinentię licentiam uoluptariam in peccato fixum: unde auelli difficile admodum fuerit: tete a tanta bonorum expectatione per inconſiderantiam excludere ut tibi cœleſtis hieruſalem gloriam ſpectare nõ liceat. Ibi namq; angelorũ millia: Primorum parentũ conuentus Apoſtolorũ ſedes. Tribunalia pphetarũ. Patriarcharũ ſceptra Martyrũ corone iuſtorũ laudes cumulatiſſime ſpectabunt. Quãobrem tu ſi ſapis iter hos purgatus oĩ tabe: oĩq; crimine abſolutus cõnumerari tota mẽte: totiſq; uiribus exopta gr̃a dei & dñi nr̃i Ieſu Xp̃i: cui gloria & impiũ ĩ ęterna ſecula. amẽ.

QVID INSTRVENDI MONENDIQVE SVNT AD BAPTISMVM VENIENTES.

DOminus noſter Ieſus Xp̃s unigenitus dei uiuentis filius poſt reſurrectionem: dei patris pollicitatiões adſe cuius ex Dauid uaticinio dicẽtis. Filius meus es tu ego hodie genui te: poſtula a me & dabo tibi gẽtes hereditatẽ tuã: poſſeſſionem tuam terminos terrę. Suos adſumẽs diſcipulos eis primũ traditã ſibi adeo in cœlo ac in terra poteſtatem palam dixit. Tunc demum eos miſit dicens. Euntes in mundum uniuerſum predicate euangelium oĩ creaturę. Poſt hec addidit baptizantes eos in noĩe patris & filii & ſpũs ſancti. Huius igr̃ ultimi p̃cepti uos me fratres modum ac cãm interrogaſtis. Nos uero putãtes cõtra apoſtoli mãdatum facere ſi nõ ſtatim reſponderimus dicẽtis: Parati eſtote oĩ uos interroganti reſpõdere/rõnemq; comunis fidei reddere: Ad cedẽtem ad deũ credere iprimis eſt opus qa eſt: & inq̃rẽtibus ſe remunerator ſit. Credẽtem uero ante oĩa moneri ut ab oĩ pcõ abſtineat: Inſup ab oĩ re q̃ pcõ ppi us exiſtat ac dñi mãdata uariis ſermonibus p̃cepta ĩpedire hẽat: & ſi rõne aliqua nitit̃ boniq; ſpẽm q̃nq; hẽre ur̃. Qum lõge difficile ſit eũ q uitę negotiis ac comertiis ſeſe miſcuerit/curiſq; uariis occupatus fuerit: ut deo ſeruiat q adoleſcentĩ ĩterrogãti nõ prius dixit: uende & ſeq̃re me: q̃ p̃cipet ut oĩa uẽderet & daret pauperibus: Neq; itẽ hoc p̃cepit priuſq̃ faxus fuerit oĩa ſe cuſtodiiſſe mãdata: Quod pulchre dñs oñdit dũ air. Nemo põt duobus dñis ſeruire: Itẽ nõ poteſtis deo ſeruire & mammonę Apoſtolus quoq;. Que conuenientia lucis ad tenebras que participatio Chriſti ad Belial: Item caro concupiſcit aduerſus ſpiritum & ſpiritus aduerſus carnem. Hec enim interſe pugnant ut non ea que uultis faciatis. Et ruſus. Nõ quod uolo bonum hoc facio ſed qđ uolo malũ hoc facio. Hoc ideo ex

pluribus auctoꝝ locis adduxi ut plane oſtēdam eos qui a peccato retinent̃ Xp̄o ſeruire nō poſſe:aqua tyrannide qui nos liberat ſatis a Paulo oſtendit̃. Miſer ho mo quis me liberabit de corpe mortis huius? Gratia dei p Ieſum Xp̄m: Deinde ait q xp̄o credūt ſcd̄m carnē nō ambulant:Igitur q ad Xp̄i fidē baptiſmūq; ueni unt inſtruēdi quēadmodū peccata relinquāt:dn̄m ſequant̃.crucē ſuā tollā. Neu cū ſarcina reꝝ ſecularium dn̄o placere : putent cuius gratia inqt apoſtolus. Mihi mūdus crucifixus eſt & ego mūdo.Item uiuo nō iam ego ſed uiuit in me deus. Rurſus dn̄ici dicti reminiſcant̃ ad eū q ait.Sine me prius abire ac tumulare pa- trē meū.Mitte mortuis ſuos mortuos ſepelire.Dicenti rurſus alteri. Sine me pri us res domi cōponere.Vehemētiore acrimonia minabūdus ait. Nemo ponens manū ad aratrū & cōuertens retro aptus eſt regno dei.Sic p moreꝫ breuiſſimeꝫ re- prenſionem plane ſignificauit humanū offm̄ quāq̄ cōceſſam a deo uacationem apud alios habet:apud eos tn̄ q euāgelium ſunt p̄dicaturi & Xp̄m omiſſis oībus ſecuturi aīaduerſione dignū maxima fuerit. Clarius itē hoc p aliā parabolā dn̄s oſtendens ait.Homo qdam fecit cœnā magnā & uocauit multos & miſit ſeruos ſuos hora cœnę dicere inuitatis uenite qm̄ parata ſunt oīa: & cepunt ſe excuſare oēs.Primus ait.Emi agrum oportet me illum uidere:rogo habe me excuſatū.Ali us dixit.Iuga boum quque emi cop̄bare illa rogo habe me excuſatū.Alius dixit uxorē duxi:quāobrem uenire nequeo.Et reuertens ſeruus nūtiauit dn̄o hec.Tūc iratus paterfamilias dixit:alii celeriter in plateas & uicos ciuitatis & uoca paupes & claudos & cecos & debiles & ait ſeruꝰ fcm̄ eſt,ut iuſſiſti/adhuc locꝰ reſtat & ait dn̄s ſeruo:exi in uias & ſepes & coge ingredi ut impleat̃ domus mea. Dico autē qd nullus eoꝝ hoīum meam cœnā deguſtabit.Hec.n.oīa baptiſmi uocationem ſpectant ut in aqua & ſpiritu renati per penitentiam cum Deo crucifixi uiuamus Ad quod nos deus magis ac magis excitans ut intelligentia debiles per parabo- las alias inuitat.Ideo ait Quis ex uobis turrim ędificare uolens non prius ſedens computat ſumptus ſi ad perficiendum ſuppeditant:ne poſito fundamento ad fi nem perducere nequeat:uidenteſq; illudant ac dicant: quod homo hic ędificare cepit nec abſoluere potuit.Vel quis rex ad bellum proficiſcens aduerſus alterum regem/non ſedens prius conſultabit.Si cum dece millibus ipſe uenienti cum ui- ginti millibus occurrere poſſit.Quod ſi inferiorem ſe uiribus nouerit longe ad huc eo conſtituto legationem de pace mittet.Sic item omnis ex uobis qui non renuntiauerit omnibus que poſſidet non poterit meus eſſe diſcipulus.Non igi- tur fruſtra baptiſmi gratiam recipimus ſi liberati a diaboli tyrannide: ab omni praua animi cupiditate abſiſtimus. Deinde non ſolum mundo & concupi- ſcentiis eius: ſed mutuis comunibuſque ac iuſtis officiis: denique uitæ propriæ

Quomodo monēdi iſtru endiq; q ad baptiſmū ue niunt.

renuntiauerimus: quando eorum aliquid nos a debita uelocique in deum obſeruantia retraxerit. Sic demum Chriſti diſcipuli uocari digni erimus. Mox paulatim Moſem & prophetas: prȩterea euangeliſtas & apoſtolos didicerimus. Incarnationem poſtremo domini noſtri Ieſu Chriſti: eiuſque myſteriorum omnium prȩceptiones probe tenuerimus profecto in ſpe uitȩ ȩternȩ cœleſtiſque regni continuo uerſabimur: nobis quandoque & his qui diligunt aduentum eius gratia dei ac domini noſtri Ieſu Chriſti nobis prouenturi.

INSTITVTIO ILLORVM QVI VITAM CVPIVNT DVCERE PERFECTAM

Quemadmodum ſecundum Chriſtum philoſophari cupientes uitam deligunt ab omni procul cupiditate ſeſeque terrenis uoluptatibus omnino abſolutos tantum deo uiuant. Vnde & altiſſimam uirtutem attingere & eam que diuinitus nobis obicitur ſpem manifeſtius adprendere. Denique certam facere uocationem ualeant / nunc oſtendere aggredior. Imprimis igitur occaſio mortalibus maxima ad illecebras curaſque ſeculares ac multas & anxias cogitationes quaſi ſeminarium. Matrimonium eſt. Nullam enim quis uehementiorem/ac ualidiorem nature corporique innatam cupiditatem inueniet quam feminam uiro: uirumque feminȩ coniunctos. Idque iure ut circa ſobolem futurorum ualde optatam inſiſtentes: unde curȩ poſtea neceſſariȩ. Qui enim proprio ac neceſſario utitur officio alteri diligentius uacare non poterit. Non enim grauiores aut uehementiores homines curȩ quam coniugibus eueniũt ut Paulus ait. Qui habet uxorem querit ea que uxoris ſunt: quomodo placeat uxori. Solus autem ſui tantum corporiſque proprii curam habet. Quid ſi forte negligere uoluerit ſibi facile perſuadere poterit. At is cui filiorum negotium iminet / ad inſtitutum uitȩ placitȩ nullo modo: libertate omnino cõſilii amiſſa: ſe poterit adcomodare. Ex filiis namque plurimi ſubeunt ȩſtus labores anxietates/ que mentem omnino precipitant/quaſue ſiquis effugerit facile procul ab omni cura ſe deo tradere & omni demum adfectu ſolutus conditoris contemplationi altiſſimȩ inherere ualebit. Expeditus uero nullo negotio turbante: nemine interpellante: ob alienam neceſſitatem minime ſollicitus: propriam omnino ſpernens liberius cum cœleſtibus uerſabitur: epulis immortalibus adcumbet. Verum qum non tam felix incipere quam a cepto turpe deſiſtere ac manu aratro ſemel adpoſita retro reſpicere: Quomodo iter hoc incolume perficiamus & uſque ad extremum perſeuerare ualemus mox oſtendam.

Matrimoniũ ſeminarium curarum.

VT DEO PLACEAMVS ALTERVTRVM OMNINO VI/ VENDI GENVS ELIGENDVM: ET QVO/ MODO DEVS ORANDVS.

OMnis actio ſermoq; ſeruatoris noſtri Ieſu Xp̃i pietatis ac uirtutis nor/
ma quedam nobis eſt/nec ob aliam cām homo ad imaginem Dei altiſ
ſimi factus eſt q̃ ut aliquid geſturus in eum tanq̃ in archetypum exem
plarq; adſpiciens modum uiamq; uirtutis imitari conaretur. Nec tu fruſtra quic
quid in ſingulis dcm̃ geſtum ue ab eo fuerit exiſtimabis. Verum ſi recte perſcru-
taberis omnia ad uitam pfectam iter tibi oſtendentia/ac facem tuis actionibus p̃
ferentia facile inuenies. Marta dñm excepit. Maria ad eius pedes conſedit. Duos
in totidem ſororibus uiuẽdi modos inducauit. Tu itaq; quẽ malis opta. Si Mar
tam cupis. Miniſtra pauperibus hoſpites excipe: redime captiuos. Viduam ac pu
pillam ſuſcipe. Talibus:n. hoſtiis ꝓmeremur Xp̃m. Si uero Mariã. Verbis dñicis
uaca. Lectione meditatione ſcriptione oratione aĩum paſce: qbus te ante oĩs: dein
de cęteros ędificare poſſis: Vere in hoc genere corpus negligere opus: agricultura
rũ amenitateſq; reliquere : delicatiorẽ uitã caſtrare. Deniq; tete ĩ arcto loco breui
q; formulatari q̃ in cõpedibus uincire: ut inde mentẽ ſupra humũ attollas ac fru
ctus diuinitatis altę ſis particeps. Ipſius igiť exẽplo dñi utrũq; pręſtare : utriuſq;
pręmia ferre poteris: Ex his attamen Marię tutior expeditiorq; uia: Ad pedes er
go curamus mentemq; ante omnia ad eum tollentes ardenti corde ſupplicemus.
Orandi quidem duo modi. Primus gratias agere/laudareq;. Deinde petere. Hic De orando Deo.
quidem adfectum: ille modeſtiam humilitatemq; oſtendit. Orãs itaq; ne ſtatim
ad petendum uenias. Sed ante omnia depoſitis ex animo uxore liberis cęteriſq;
negotiis cœlum liber aſcendere a laudibus gratiarumq; actionibus initium ſum
me/ nec mente obiter uagaberis neu res alias ages: non deniq; uanis grecaniciſq;
ſoliloquere/ſed e ſacris uoluminibus uerba tantum recenſendo: dic Benedico ti
bi domino creatori meo benigno: ac plane miſericordi qui nobis uitę ſpaciũ ad
penitentiam tribuis. Quamobrem ſuſtine nos queſo continuo peccantes: Non
deeſt tua prouidentia: nos cottidie uocas ad uitę frugem partim timore pœnę
perterres partim intercede ac pręmiis inuitas. nunc lege naturę admones: mox ꝓ
phetis & lege ſcripta inſtruis: poſtremo per aduentum filii tui deducis. Tu nam/
q; nos creaſti non te nos: Poſtquam uero ſic & huic ſimili modo laudaueris hu-
militatem propriam cõſidera Dieq; rurſus . Ego domine ante maieſtatem tuam
conſiſterẽ/aut loqui minime ſum dignus: quod ſim peccator. Sic enim cũctos fa-
ri decet. Nemo.n. p̃ter deũ ſine culpa. Multis.n. pcĩs q̃ ſepe nõ itelligimus ſumus

obnoxii. Quamobrem cum apoſtolo dicendum. Nihil mihi cõſcius ſum ſed nec in hoc iuſtificatus ſum. hoc eſt ualde quidem pecco ſed minime intelligo. Ex quo propheta inquit. Delicta quis intelligit Magis aũt ſi ſapis te pręter omnis alios peccaſſe pluraq; admiſiſſe fateberis. Qum feceritis omnia Chriſtus ait dicite ſerui inutiles ſumus: Quod fas erat ex officio facere fecimus. Dignas tibi reddere gratias non opis eſt meę: quod me in hunc uſq; diem te uariis modis offendẽtem toleraueris deq; tantis malis eripueris. Poſtquam uero duas has ptes laudis gratiarumq; actionis uidelicet & humilitatis ꝓprię: accuſationis abſolueris: Tũc demum quod cupias petes: nõ diuitias non fragilem fluxamq; gloriam nõ deniq; corporis ualitudinem ꝓſperam. Ipſe namq; qui nos ſemel creauit continuo tuet & uegetat/ ꝓbeq; nouit/ an hec cuiq; expediant. Superuacuum itaq; de cura corporis deq; rebus breuiter buraturis: & que de medioꝶ ſint genere ſollicitum eẽ. Ipſe namq; dñs munificẽtiſſimus qum ſit ſiquem animo reperiat ita anguſto ut eum parua: nihilq; ꝓ futura poſtulantem uideat omnino aduerſatur. Regnum itaq; dei eius iuſſu ante omnia querendum: rem quidem ipſius celſitudine dignã tueq; animę neceſſatiam atq; cõgruam. Quando item ceperis minime deſiſte donec exaudiaris. Quod & ipſe plane uidetur annuere. Quis inquit ex uobis amicum habens & ad eum nocte media ueniens dicat. Amice comoda mihi tris panes ut quendam peregre uenientem hoſpitem nuper excipiam: & ille intus reſpõdeat. Ne ſis mihi moleſtus. Iam clauſa ianua & pueri mei mecum ſunt in lecto nequeo ſurgere: Dico uobis & ſi nõ ſponte aut ob illius amicitiam ſaltem ob importunitatem ac moleſtiam ſurget & quod opus ei dabit. Quo ſcilicet exemplo nobis ferme pręcipitur ut oratione precibuſq; inſtemus & omni ſtudio perſeuerantiaq; a deo quod ſancte petimus contendamus. Nec ſi ſtatim compos nõ exiſtas propterea deſperes neu dicas quod peccatores deus non audiat. Ipſe namq; de induſtria id addidit uerbum: Et ſi non ob amicitiam ſaltem ob moleſtiam dabit. Vt etiam quamuis peccator ab inſtantia in his que ſalutis erunt minime diſcedat & ſi menſem & ſi annum aut longiore tempore res differatur. Fit ut tete in fide uberius exerceas: Vberius item poſt labores toleratos gaudeas. Igitur imprimis attentione opus. Nam ſi ante principem conſiſtas negligentius te habendo: minime audiendo: minime reſpondendo: non demum adſpiciendo: ſed alio uerſum oculos flectendo / non ſolum non placabis: ſed ad iracundiam eundem prouocabis: Quanto magis ante deum qui tuam conſcientiam intus & incute nouit: qui ſiquid uacillas ſtatim deprendit. Nonne quod cupis non ſolum non impetrabis: ſed noxam apud eum longe maiorem contrahes? Quamobrem caue dum oras per negligentiam res alias agas: ſed quoad potens mẽtem in dei me

ditatione exerce teqꝫ totum in hac collige ac uigila. Nec tam finem orandi ad-
fectus tedio quam petitionis fructum ſpectabis:neu tecum loqui ſed ipſius dei
contueri maieſtatem exiſtima. Preſtat enim modicum ac bene attenteque quam
multum ſecus orare: Non numero deus ſed pondere: animiqꝫ ardore uincitur.
Quod autem adhibita pro uirili parte diligentia mentis attamen infirmitate
quadam tenus traharis. Fidelis eſt deus qui tuam reſpiciens debilitatem miſeri-
cordia proſequetur nec ſine fructu relinquet. Poſt hec Fide opus Fide petēdum
Abraam exemplo. Credidit inquit Abraam deo & reputatum eſt ei ad iuſtiti-
am. Nec tamen ſtatim promiſſa:ſed multis poſt Annis accepit. Nos autem poſt
Annum minime compotes a uotis auertimur. ſi poſt biennii ieiunium non ad-
ſequimur ſpe omnino deficimus. Quod autem ſepe rogans non impetraueris
tua eſt cauſa. Aut non ad ſalutem facientia rogaſti: aut ſi ſalutaria: non attente:
aut ſi attente: minime perſeueraſti. Igitur ut ſupradiximus ſpiritalia tantum pro
ſequi debemus/reliqua uero ad corpus facientia qum appendices ſint animę mi
nime orationi commiſcenda. Iraſcitur enim dęus/ac ut munificus faſtidit uilia
poſtulari. Hec namqꝫ ipſo docente citra nos prebet: Adſpicite inquit uolatilia
cœli que non ſerunt neqꝫ metunt & pater ueſter cœleſtis paſcit illa. At que ſunt
animę ac uirtutis niſi nobis legittime certantibus & inſtanter petentibus mini-
me dabuntur. Oportet igitur imprimis illa totis uiribus & adfectibus optare
Optanda uero fide ac patientia querere. Omnia que conſcientia ac ueritas ſua-
det ad hoc agere / nihil per neglıgentiam atqꝫ ignauiam orationis conſtantię de
eſſe. Neu ob poſtulatorum dilationem animo quicquam mœrere. Scit enim de-
us quid nobis opus: temporiſqꝫ dandi occaſionem longe melius quam nos qui
in propria cauſa quandoqꝫ decipimur nouit. Quod ſi diſtrahens aut diſtineris
hoc tibi expedire fortaſſe intelligit deus: Fructus namqꝫ dudum deſiderati lon-
ge ſapiunt: diligentiuſqꝫ cuſtodiuntur. Subita impetratio / rei conceſſę contem-
ptum parit. Nec Salomoni quicquam profuit ſubito ſapientiam impetraſſe que
illum perdidit. Ergo durandum nobis nec ulla deſperatione / aut animi triſtitia
a cepta ſupplicatione deſinendum. Si enim te minime petentem multis mune-
ribus ornauit deus: quid tibi petenti ſperandum? Et ſi fodienti talentum datur:
quanto magis id minime fodienti augebitur? Si demum nos ante mundi con-
ſtitutionem non adhuc exiſtentes dilexit: cur in lucem productos / ac ſalutis cu-
pidos repellet? Que ſane ſigna clare oſtendunt occulta illius diuinę benignita-
tis conſilia plus nobis in receſſu præbere quam in fronte promittere / & que ui-
dentur humanæ cupiditati ſepe contraria: magnopere ad extremum prodeſſe.

DE INVTILIBVS ANIMI COGITATIONIBVS ANTE OMNIA COMPRIMENDIS.

ANte omnia uero illi qui ſeſe in uita perfecta exercebit cogitatio comprimenda. Vt ne quoad fieri poſſit aditum ſenſibus aduerſus ratiõem inſurgentibus patefaciat. Corporis namq̧ uiſus eſt oculus. Animę uero mens atque cogitatio ſeu conſideratio. De hac ſane alias ſupra illa uerba. Attende tibi ipſi ſermonem ad hunc locum facientem edidimus. Prauę igitur cogitationes omnino uitandę: que bifariam animam inuadũt. Vno modo qum per ignauiam atq̧ ſecordiam eas mente nutrimus ut ſunt uarię libidinis cupiditatis ambitionis auaritię reliquorumq̧ uitiorum ſemina: que primo quidem motu compeſci nequeunt. Quin occaſio potius & materia ad dei gratiam promerendam exercendamq̧ uirtutem exiſtunt. Si uero in his blandior aliquantulum mora fuerit: humana tentatio: Si ad extremum certa ratione/deliberationeq̧ firmētur omnino lętifera: Alio modo Dęmonis impulſu dum ante oculos praua a nobis geſta proponit: ut in deſperationem/negligētiamq̧ deducat: bonaq̧ ſiqua ſunt/non ut bona oſtendit aut aliam commutandam uitam nec ceptę iam perſiſtendum ſuadet: Siue etiam nos a prouidentia deſtitui monſtrat: deoq̧ curę nequaquam urgentibus pręſertim rebus triſtibus exiſtere: Nos inſuper nunquam ueram egiſſe penitentiam. Contaminatam prorſus habere conſcientiam: a deo ueniam nullo modo conſecuturos. In ſtatu quo degit alioquin probato nec bene uiuere nec ſeruari omnino poſſe confidit: Que omnia a maligno ſpiritu procedentia noſtram ſubeunt quandoq̧ cogitationem: ac mentem labefactant: & a deo auertere contendunt. Antiquus enim hoſtis quando nos ad bene beateq̧ uiuendum penitus directos animaduertit/qum manifeſto nequeat uitio / uirtutis ſpetie a cepta nos uia: boniſq̧ uitę inſtitutis abducere conatur: Inſiſtendum igitur ac precibus diuinis inſtandum & ut ait apoſtolus ſcutum fidei ſummendum quod eſt uerbum dei ut poſſimus omnia tela ignea inimici extinguere. Scriptura ieiunium: oratio preſentanea remedia ne ab animi ꝓpoſito ullis inimicorum illuſionibus aut inanibus phantaſmatis alieni reddamur. Sanos enim ac probatiſſimos quandoq̧ homines nimium ſui confidentes cogitationum inanium uanitate ab improbo ſpiritu deiectos uidimus. Quamobrem rurſus cum Paulo dicendum. Quis me ſeparabit a caritate Chriſti non gladius: nec inſtantia: nec pręterita neu preſentia: nec ſublimitas aut profundum. Item cum Dauid. Singulariter ſum ego donec tranſeam: Et rurſus ſi aſcendero in cœlum tu illic es Si deſcēdero in infernum ades. Si habitauero in extremis maris. Etenim manus

illuc ducet me & deducet me dextera tua.

QVOD CORPVS ET EIVS ACTIONES ET INSTRVMENTA SVNT ANIMÆ LONGE VTILIA SI BENE REGANTVR.

Duplex omnino uis animę una animalis quę corpori uitam tribuit: altera rationis particeps ac theoritica: Prima in noſtra quidem poteſtate non eſt: ueluti ſol qui ſplendorem ſibi coniunctum habet. Sic anima corpori ſemel inſita facere nequit quin ei uitam tribuat. At uirtus theoritica: optionis eſt noſtrę. Eius partes corporis impetum atq; appetitum regere: quod ſi non frenatur: ſi per licentiam laſciuiat: non corporis cauſa: ſed uoluntatis ac rationis ei dominantis fuerit: Quamobrem non ut quidam exiſtimāt corpus malum aut reprendendum. Eius namq; inſtrumento ad uitam beatam conſequendam plurimum utimur: Nam & agenti aliquid ſecundum uirtutem & contemplanti ſanum corpus adeſſe oportet. Paret omnino ſi regatur. Adſentitur modo perſuadeatur. Sequitur modo ducatur: quieſcit modo conſilii mouētis ferulam ac uulnera ſentiat/haud aliter quam equus quidam qui quanto ualidior ac animoſior fuerit tanto magis auriga rectoreq; bono indiget. Si enim dormientem neglegentemq; nactus equitem fuerit: ob ferocitatem in prerupta illum deducet: Si uero quo decet modo regatur: adcomodus eidem fuerit ac ad exercendas animi uires magnum preſtabit adiumentum. Non igitur equi natura perſe mala ſic nec corporis erit: ſed utentis tantum & id regere neſcientis negligentia: Nam & uitium nil eſt: aliud quam uirtutis defectus. Quamobrem rationis erit officium ſubiugare corpus multaq; diſciplina & abſtinentia: tum ieiuniis domitum atq; obſequentiſſimum reddere: Ventris namq; diſciplina perturbationum animę caſtigatio eſt: unde ipſius quies & tranquillitas ſequitur. Animę poſtremo quies fons eſt ac ſeminarium uirtutum. Verum cautiones adhibendę & ex uiribus corporis abſtinentia diſpenſanda: Aliis namq; alia naturę uis atq; firmitas: Quod uni forte ad coercendos ſenſus expedierit: alii quandoq; debilitatis cauſa fuerit: unde ad opus inualidus poſtea reddatur: Animi namq; adfectus qui in poteſtate ſunt noſtra ęque ab omnibus retineri poſſunt ut pietas manſuetudo: animi patientia caritas fraterna: ueriloquium & his ſimilia: Quę autem ſubdita ſunt corpori ex corporis cuiuſq; habitu diſpenſanda: Qui ordo ſi forte pretereatur deum potius offendimus ut qui hominem minime otioſum ſed ea ad quę quiſq; idoneus fuerit opera exercentem uelit. AB initio iuſſus adā

Eq corpiſq; comparatio.

Quod opa p uirib° corpis diſpēſanda.

Quod opera manuum exercenda.

ut in ſudore uultus pane ueſceretur. Sancti quoq; ſunt exemplo qui in deſertis locis degentes continuo manibus laborauerunt. Sed & Paulus potiſſimum de ſe teſtatur apud Epheſios Aurum aut ueſtem nullius concupiui: quoniam quę mihi ſimulq; his qui mecum ſunt neceſſaria erant hę manus laborauerunt. Inter utrunque itaque corpus continebimus ut ei tantum curę adhibeatur quantum ſat erit ut rebus/ ac laboribus neceſſariis ſuppeditet: tantumque caſtigandum ut aduerſus animam non militet: uir enim ſpiritalis ante omnia curet/ ut otium atq; deſidiam fugiat. Deinde ut ſobrius continuo / ne de deo cogitatio ac rerum cœleſtium meditatio iugiter impediatur. Ne ſpiritus ſanctus ſpeſq; cœleſtis patrię ullo modo per occupationes extinguatur que ſi uigebunt in nobis nequaquam caro aduerſus animam prẹualebit. Quod ſi in rebus fragilibus per ſcrutanti aliquid ac meditanti uiſus auditusq; in nobis ſopite extinctiq; uidentur quanto magis ſi diuinus amor in noſtris iugeat continuo cordibus: nullum tempus ſpaciumq; non locus ullus animi perturbationibus fuerit. Superuenientes uero & uelociter abeunt & animi ui atq; magnitudine otius repelluntur: Igitur animę cogitationibus pars potior ut regnię tradatur. Corpus uero uti ſeruus ancilletur. Si enim extra carnem ageremus / animę tantum ſtudere fuiſſet opus: at quando duplici creati ſumus natura uirtutis ſtudium corporis labores & exercitium requirit. Illud namq; otium: hoc negotium expetit. Diſpenſanda facultas: diſpenſandę uires ne corporis neceſſariorum ac uſus cauſa occaſione ue in uoluptatem imprudenter incidamus. Neu rurſus per immodicam abſtinentiam rebus animi pretioſioribus ob eundis inualidi reperiamur: quod ualde paucorum ſit raraq; felicitas: neceſſitati comunis abiecta omnino carnis cura poſſe reſiſtere. Oportunum itaq; corpori ut animę ſotium atq; inſtrumentum: ferendum auxilium. Cibus neceſſitati non uoluptati ſeruiat. Mens in deo/ non in patinis dum editur exiſtat: Quies corporis: animi feſſi remiſſionem/ nõ laſciuientis diſſolutionem pariat: Sonnus ſenſibus tantum uires rebus agendis neceſſarias/ non uana phantaſmata luxumq; ſine interpellatione prebeat. His demum modis cura corporis laudem habebit/ nec concupiſcentiam aut indomitos prauoſq; adfectus qui ex delitiis ac eius ſuperuacua cura oriri ſolent: ullo modo fouebit: Reuerto rurſus ad ea que ſupra narraui. Has duas fere interſe res contrarias corpus uidelicet & animam, actionem quoq; ac contemplationem ita tractare opus ut alteram altera non impediat: ſed inuicem probe diſtribuitę auxilientur. Opera manuum/ ceteraq; actio ardorem animi ac ſpiritus alacritatem minime laceſſant. Ita ue ſpiritali otio uacemus ne mens adſidua contemplatione tabeſcat. Quamobrem ſi neceſſe foris quandoq; negotiis adeſſe nõ ꝓpterea uiri perfecti beneq;

inſtituti philoſophia impedietur: Nam qui ſemel animo toto deo ſe tradidit: cū ante oculos continuo habebit: omniaq; ad conſcientię ac uerę philoſophię profectum reducet. Nullis item comertiorum agitationibus aut negotiis turbabitur. Talis enim ſiue foris ſeu domi aut in agro idem ſemper erit. Qui uero mētem in deo ut in ſolido fundamento penitus non conſtituit/etiam ſi otioſus uel in ſolitudine agat/in tenebris ac tumultibus mediis ſibi eſſe ſepenumero uidebitur. Sicut & alius contra. In multa ſepe tempeſtate ac rerum procella: ſolitudinis ſentiet fructum.

CHRISTI OMNINO EXEMPLVM VIRO PERFECTO IN OMNIBVS IMITANDVM.

SPiritalis omnino uitę ingredienti uiam Seruatoris noſtri diſcipulorum ꝙ ipſius ueſtigia ſimul ac diſciplina in omnibus imitanda. Nam ſi eius cuncta reſpiciantur myſteria ſi uerba & opera normam ſane cunctis dabit actionibus unde ut ex Archetypo exemplum facile ſummemus. Ipſe imprimis nihil admiſit: nec dolus eſt inuentus in ore eius. Deinde longanimitatis ac patientię modum oſtendit: Iudęorum inſidias ferendo quos multis adfecit beneficiis: quibus multas tuliſſet iniurias: benefacere curare docere nunquam deſtitit: ad extremum pro his ſupplicium eſt paſſus qui ſupplicium intulerunt. Manſuetudinis quoq; ac bonitatis manifeſta ſigna prę ſe tulit. Qum dei filius eſſet rex regum & dominus dominantium: omnia continens uerbo uirtutis ſuę non ſolum pauperes ac infimi generis homines non deſpiciebat ſed ultro ad ſe uocabat/ morbis liberabat/ad cœleſtes epulas inuitabat. Peccatores & omni ſcelere cōtaminatos dignabatur. Cum meretricibus de regno dei diſſerebat. Pueros abſe abſterreri minime patiebatur. Miſericordię iſuper ac humanitatis exempla: Tot egri uariis morbis: deinde a gehenę ignibus liberati. Turba quoq; in deſerto tam breui cibo ac prodigioſo excepta & alia quam plura ſatis indicant. Prudentiam uero ac in dictis factis ue ſagacitatem in euangelio quāta fuerit ediſcimus. Qum Saduceos queſtionem de fratribus reſurgentibus & uxore proponentes facile irridendo ſtultoſq; oſtendendo abſe abſterruit. Phariſeos quoq; de tributo ceſari reddendo tentantes & de adulterę in medium adlatę iudicio interrogantes & ſigna poſtulantes prudentiſſima reſponſione ſemper deluſit atq; ridiculos reddidit. In aperiendis quoq; parabolis. In ſcripturę locis arduis manifeſtandis diuinam plane ſapientiam ſe mortalibus effulxiſſe oſtendit. Corporis item uirtutis inditia ſunt illa. Prima ętate ſubiectum parentibus fuiſſe Itinerum omnium ac

paupertatis tenuitatiſq; uitę labores pertuliſſe:equitaſſe nunquam:propria etiam caruiſſe domo. Aues cœli nidos & uulpes foueas habent. Filius autem hominis non habuit ubi caput reclinaret. Item nõ uenit filius hominis miniſtrari ſed miniſtrare. Multos enim ęſtus laboreſq; tulit quem diſcipuli poſtea euangelium predicando ſunt imitati. Sed & grauitatis eius ac ſeueritatis: non parua ſunt argumenta: quod & riſiſſe nunquam: aut iocoſum aliquid quod ad animi remiſſionem uel honeſtam faceret dixiſſe inuentus eſt: Horum igitur inſtar Aſcetę & quicunq; ſe deo tradunt animi corporiſq; exercitationes ſi proficere cupiũt ſummant. Verum animę tantum officia quantum corporis ſuppeditant uires exercenda: ut hęc animę miniſtrę adiutriceſq; ad ea bona que ſemel ipſa elegerit exiſtant. Corporis autem auxilio deficiente bona noſtra in optione tantum menteq; condita latent/haud aliter quam planta in terrę ſinu abſcondita in lucem ac uſum peruenire non ualet: Sed inquiunt quidam Dominus: Moſes Helias ieiuniũ continuum pertulere. Conſiderandum quemadmodum illi hoc ſemel in uita omni fecerunt/reliquo uero tempore ſe comuni conſuetudini adcomodantes ac dięta corporiſq; cura ordinata utentes: ſeſe idoneos ad opera pietatis prębuere.

QVOD CASTITAS VITÆ OMNINO SPIRITALES FVNDAMENTVM.

QVando uitę ſpiritalis fundamentum caſtitas obtinere noſcitur: diligentius cuſtodiendi ſenſus & feminarum congreſſus ut precipua diaboli tela que maximos uiros precipites interdum egerunt omnino uitandi. Quodq; mirum in hoc genere etiam ſi nulla libido: nulla peccandi uoluntas nihilq; niſi ſanctum in uerbis factis ue meditemur. Eſt tamen in ipſo congreſſu natura titillatio quędam ut ſexus ſtatim diuerſitas ſentiatur: uixq; effugi poterit quin uigor ille uirilis: ſeueritaſq; incorrupta aliqua ex parte leniatur ac tabeſcat: Quapropter cenſeo quoad liceat & fieri poſſit: nullam prorſus ad amicitiam cõuerſationemq; aut comertium omnino admittendam. Dicitur enim in Sapientia. Quis in ſinu ignem ſuſcipiet & ueſtem non cremabit? Quis prunas ardentes calcabit & pedes non uret. Earum oculi ſunt faces. Vox etiam muliebris ſenſum corrumpit. Quamobrem felix qui raro cum eis uerſatur Felicior qui nunq̃: Non quod natura ſit odio habenda quum hic ſexus ut ſimplicior ac pudicitiæ magna ſit laude ac caritate dignus ſed periculum uitandum: & ut eas ſic maioris huiuſcemodi ſenſu priuati: caritate proſequamur.

QVOMODO VIR SPIRITALIS SIQVID PARVVM ADMITTIT ACRIVS A VVLGO CENSETVR: QVAMOBREM NON SE CREDERE OMNIBVS DEBET.

NOS ipſos etiam diligenter cuſtodire nec omnibus hominibus credere neu etiam facta palam facere omnia debemus. Qui enim deo ſe mancipant non ſolum alienos ſed ipſos ſepe domeſticos habet īſidiantes. Opus itaq; non temere foris uerſari. Dicitur enim in euāgelio. Ipſe dominus nōdum ſe illis credebat. Quod ſi ille qui ipſa puritas iuſtitia uirtus conſtantia fuit: quanto nobis magis in peccatis conceptis caute ambulandum nō ſolum ob fragilitatem noſtram ad peccandum pronam: ſed ne ut aliis inique iudicātibus male cogitandi occaſionem tribuamus: Contingit.n. quandoq; ut qualeſcunq; in nobis culpę aut quantula humanaq; tentatio his qui extra cernunt improbe meditantibus pro maximis cenſeantur: ut ſiquis Eremita uel monachus animi cauſa ambulatiunculam fecerit. Si caritatis gratia inuitatus biberit: Si aliquantulum acriter aut intempeſtiue ſeu blande uel non ſatis adcomode parui alioquin momenti quid dixerit aut fecerit ita cenſores acres inueniat ut natura in illo humana omnino negari uideatur. Neq; fragilitatem ipſi ꝓpriam ſeſeq; multis ac magnis obnoxios delictis nullum aduerſus crimina conatum nulla reſiſtendo pugnam ſubire conſpiciunt: At ſi quando in re ūna fortaſſe pręualent aut probent: In cęteris turpiter ruentes deprenduntur. Qui nihil certaminis experitur facilem putat omnibus uictoriam. Qui in delitiis continuo agit a cupiditate ac libidine nullum abſtinere negotium arbitratur. At Chriſti ſeruus qui ab omnibus abſtinet ſi licentioſius aut remiſſius aliquid egerit: ſi poſt longam abſtinentiam in cibo ſe quandoq; pluſculum inuitauerit hoc multa deinde auſteritate compenſat: At ſi uoluptarius aliquando abſtinet breuem admodum uirtutem multis ſtatim obruit uitiis. Aliud nempe cottidie ieiunare/aliud nūquam uel raro. Si pluſculum editur non mirum. Ille uero ſi in continua ſaturitate infra quantitatem uiri frugalis forte cibum ſummet: haud etiam mirum. Sic quoq; & in reliquis. Quamobrem libertatem noſtram in alienę conſcientię opinione ponendam minime cenſeo illorum maxime qui non ex caritate ſed ex ſua libidine iudicant ſeſe alioquin minime iudicantes: Feſtucam alterius: trabemq; ſuam nullo modo adſpicientes. Deniq; onera ponentes grauia/digito autem ſuo minime quidem amouentes.

QVOD VIRO SPIRITALI LOCA MINIME VITANDA NISI GRAVI DE CAVSA.

NEC fraternę uiſitationis:aut mutui congreſſus gratia frequentes facere peregrinationes oportet/aut etiam ultro citroq; ambulationes per loca diuerſa ualde cupere. Hoſtis enim antiquus ſepe noſtre mentis propoſitum ſtabile ac quietum caritatis ſpetie fraterne in diuerſorum & ad rem nihil pertinentium ſermonum uoluptatem licentiamq; diſtrahit ac a cepti conſtantia boni abducit. Qui enim a mundi huius diſceſſit illecebris & in diuinę meditationis dulcedine conquieſcit:multiloquio:regionis uarietate:loci mutatiõe: cœli nouitate:animi firmitatem roburq; paulatim diſſoluit/ac diſſipat Inſuper a ſtatu ſui decidens etiam a diuinoq; illa integra obſeruantia:blando diuerſorio digreditur. Ipſa inquam loci mutatio:raro uel nunquam ſine aliquãtula eſt mentis mutatione uel ſolitario ac tacito:Quod ſi ſermones uariaq; cõuerſationis delinimẽta huc accedant:tanta ſequitur mentis interpellatio ut uix ad ſtatum priſtinum reſipiſcere ſit. Suademus igitur omnibus iugiter cellam propriam cuſtodire:hic ſibi delitias ſummere:hic teſtimonium morum ſtabilitatis habere:Sciatq; quotiens mutatione eget totiens & medicina:Ipſa namq; actionum locorumq; pariter & ſermonum uarietas:attritę mentis atq; debilis inditium eſt. Quę dum reſipiſcere cupit quaſi ex aquę feruentis uigore in frigidum ſeſe balneum demittit. Neq; ego talibus arctam omnino ac ppetuam uno in loco moram pręcipio ſeſe ex mutatione interdum recreari ſenſerint & ad conſuetam formulam normãq; ſtabilitatis alacrius propterea redire ſperauerint. Verũ cautiones habendę ut non temere/aut incõſiderate e loco moueant̃. Neu p uiam aliud q̃ quod ꝓpoſitum nobis agamus aut loquamur. Nõ demũ fratres niſi deũ timẽtes/aut idẽ qd̓ nos ipſi ſeu ẽt ſupra nos ſentientes cõueniamus/cum his nihil ab re nihil inutile niſi tantum de regno dei deq; conſolatione mutua(niſi forte aliquid pręter hoc neceſſarium dicere)ſermonem habeamus. At ſiquis adeo ſenſibus ad diſcretionem boni ac mali exercitates ut ait Apoſtolus habuerit. Ita quoq; corde perfecto in uia dei profecerit ut nihil ei ſit timendum:his potius concedimus:quin & quãdoque iubemus: ut propriam cellæ conſolationem intermittentes: proximos preſertim puſillanimes ac uirtute debiles conueniant: hortentur: præceptis inſtruant: ad ſpem excitent: & eam quam ipſi a domino conſecuti ſunt gratiã cõicẽt:ac lucernã ſup candelabrũ adcẽdentes lucere uelint oĩbus q in domo ſũt. Sic & patres noſtri ac ꝓceres chriſtiani facere. Sic apoſtoli & inumerabiles p̃ſules

Eremitę quoq; & Idiotę nonnulli: modo ut ſupradixi caueant ne ut ait Paulus cum aliis prędicauerint: ipſi reprobi fiant.

QVOMODO AMITTIMVS: QVOMODO VE RECVPERAMVS IMAGINEM DEI: ET DE VERA VIRGINITATE.

HOMO qum ad imaginem Dei creatus ſemel extiterit/ ab ea per peccatum decidit: pulchritudinem ac pręſtantiam ſuam inquinauit. Animã demum ad prauas cupiditates peſſundedit: Nam qum deus noſter hominum uera ſit uita qui dei ſimilitudinem deſtruxit uitę perdidit familiaritatem & uſum. Enimuero qui extra deum agit/in beata uita degere non poteſt. Igitur in priſtinam gratiam ac plane in imaginem diuinam a qua per peccatum alienati ſumus: rurſus per penitentię redintegrationem facile redimus: Qui enim nullum patitur delictum ſeq; perſeuerantem in rebus aduerſis & nullis cedentem tentationibus inconcuſſa mente oſtendit hic demum in anima ſua deĩ ſimilitudinem recepit. Ex quo uitę beatę particeps efficitur: Talis namq; ſtudii adiutrix eſt uirginitas his qui ſecundum proportiõem huius participes ſunt uirtutis: Nõ enim uirginitatis ſeu caſtitatis gratia ſolum a gignendis liberis abſtinere ſed uita omnis chriſtianę modeſtię adcomodata uirginitatem habere uidet. Nam & ſermone laſciuire & oculo licentiore uagari & auditu inhoneſto labefactari & corde per cogitationem prauam contaminari: & preter modum in cibo potuq; ſe inuitare: a propria pudicitia & temperantia excidere fuerit. Qui enim ſeſe in omnibus uitę partibus incorruptum continentemq; cuſtodierit: Is uere perfectum uirginitatis munus eſt adeptus: Vt autem id adipiſcamur omni ſtudio ad dei redire ſimilitudinem conandum/ac nobis continuo attendendum/ ne promiſſione ac ſpe tãta indignum aliquid admittamus. Ne in Auanię crimen incidamus. Ei namq; ab initio poſſeſſionem ſuam nemini promittere licebat: ſemel autem conceſſa: in propoſito conſiſteee debuerat nec ad dolos ac fraudem confugere. Ex quo pœnas ſubito dedit ac talem domini contra ſe indignationem mouit cuius miniſter Petrus erat ut penitẽtię locum non inueniret. Igr̃ cuiq; ab initio qđ uitę genus cupiat mõ cõceſſum hoc inire ac optare licet: ſiue in m̃rimonio ſeu celibẽ agere. Q ñ uero ſe deo ſemel auctorauit p uitę cõtinẽtiã ac ppetuã caſtitatẽ hoc detrectare non licet: nec aliter quam aliquod munus aut hoſtiam deo ſacram ſeſe illi cuſtodire/ne reos ſacrilegii nos dominus accuſet: ſi dicatum ei corpus rurſus rebus profanis & comunis uitę miniſterio ſordidauerimus: Dico

Viginitas

Auanię auaritia incõſtãtiaq;

autem hanc aĩ conſtantiam & hoc ꝓpoſitum non ſolum in ipſo caſtitatis & abſtinentię uoto firmũ ac ꝑpetuum erga deum eſſe oportere: ſed in oĩ prauo inordinatoq; adfectu qum ſemel uitam cepimus ſpiritalem protinus obſeruandum ut & cęteris debilibus exemplo ſimus & ne inconſtantię leuitatiſq; accuſemur. Melius enim uiam ueritatis & iuſtitię non cognouiſſe fuit q̃ ab ea itinere medio per intempantiam: auerti. Ira namq; & inuidia & iniuriaꝝ memoria & mendacium & ſuperbia/mentis euagatio: aliena locutio. In orãdo deo oſcitatio ſonnuſq; uana deſideria. In obſeruandis mandatis neglegentia. ueſtiũ ornatus: oris ſplẽdor & cultus. ſodalitates: deniq; geſtus oĩs preter offm̃ & decorem. Hec oĩa uſq; a deo cauenda ſunt his qui deo uirginitatẽ hoc eſt fidem animam uitam/ factaq; omnia ſua dicarũt. ut unũ ex his neglectũ reliquoꝝ gr̃am ſit aptum magnope ledere. Oĩa nãq; ex priuata libidine ac cupiditate admiſſa animę puritatem inq̃nant & ad btãm uitam iter impediunt. Hec itaq; ſpectare oportet imprimis eum qui ſe ad aliq̃ uitę ꝑfectę formulã reducere querit ut nullo modo uas inutile ac adfectibus ꝓpriis obnoxium ſe prębeat. Nam qcunq; uitę ſpiritali addictus aliq̃tulum ſe ab humo leuauit ac humanis ſe poſtea uitiis contaminauerit: ſimilis erit pelli pardalę cuius pilus iter albũ ac nigrũ utriuſq; coloris ſtigmata cõmixta retinet. Viã nãq; ueritatis ignoraſſe ꝑſtat q̃ ſub ea ſemel capta p icõſtãtia deficere

AD CHILONEM DISCIPVLVN IN SOLITVDINE AGENTEM PRÆCEPTA DE VITA SOLITARIA.

SAlutaris tibi rei cauſa fuero frater amantiſſime ſi leniter ac placide eorum que tibi agenda ſunt a nobis admonitus fueris & inſtructus: ac p̃ſertim que nos rogaſti ut tibi plane conſuleremus. Nam ſolitariam uitam aggredi multis fortaſſe datur bene autem ac rite ipſam tractare: paucoꝝ admodum felicitas. Omnino aũt non in exordii alacritate ac promptitudine: ſed in fine ac perſeuerantia laboris: lucrum: Qui. n. non ad conſtitutam ꝓperat metam nihil agit: minime triumphat. Non ſudor q̃uis longus ſed extremus omnia uincit/quo ſane deficiente ridendum aliis conatum oſtendunt/nec tm̃ fortitudinis gloriam non referunt ſed inconſiderantię uitio taxãtur. Ait enim da talibus dñs. Quis uolens domum ędificare non prius ſedẽs ſumptus computat ſibi neceſſarios ne ſi forte poſito fundamento nec ualens ea perficere hi qui per uiã ambulant illudant ac dicant. Hic homo fundamẽtum poſuit nec abſoluere poterit. Principium itaq; promptum habeat: In officio ꝓſequendo profectum. Nam & athleta generoſus Paulus cupiens nos rebus fragilibus minime iuigilare ſed cõ

tinuo proficere:dicit preteritorum oblitus laborum & tantum futura ſpectans. Ad brauium ſupernę uocationis tendo. Sicut enim hominum uita uoluptariorum non his que accepit eſt contenta ſed inſtat continuo futuramq; reſpicit utilitatem:qum heſterna uentris ſatietas nihil homini proſit ſi hodierna fames cibi conſolationem non inueniat. Sic item animę nulla utilitas heſterna res bene geſta ſi hodiernę actionis iuſtitia decidas: Qualem te inuenio inquit talem te iudico Aliter enim & inanis iuſti labor:& irreprenſibilis peccatorum mos fuerit cõmutatione facta huic à potiori adpeius. Illi uero a peiore in melius. Hec namq; ex dei perſona per Ezechielem audire licet. Si enim inquit iuſtus auia declinans errauerit non amplius eius iuſtitię recordabitur/quam antea fecerit ſed in peccato ſuo morietur: Idem quoq; de peccatore ait. Si conuerſus fuerit ad iuſtitiam uita uiuet. Vbi autem tot Moſis pro deo ſumpti labores? nonne momento ad aquam contradictionis que illi ingreſſum in terram promiſſionis prohibuit perierunt? Nonne Grezi auaritia ex Heliſei iuſſu in lepram coniecit? Quid & tanta Salomoni ſapientia profuit qum poſtremo in inſaniam Idolatrię & feminarum ceciderit. Sed & beatum Dauid in conſtantia ob peccatum in unam ſine querela non dimiſit. Exemplum Judę ſatis eſſe debuerat eorum qui ad malum commutantur qui tanto tempore a domino edoctus:poſtremo breui errore magiſtrum prodens ſibi laqueum parauit. Hoc itaq; tibi frater animaduertendum. Nõ qui inceperit is perfectus ſed qui abſoluerit apud deum ꝓbatur: Noli ſomnum oculis tuis dare & palpebris tuis dormitationem ut ueluti caprea ex laqueis:& ut auis e tendiculis ſaluus fias. Conſidera quemadmodum in laqueorum medium ueneris & ſupra murum altiſſimum cubitas ubi non ſine periculo quieſcis iamiam ruina iminente. Ne igitur tete ſtatim in altitudinem extendas/neu tibi magnopere confidas ut ob imperitiam atq; imprudentiam e loco uitę ſublimi ruas pręſtat enim paulatim proficere & per gradus quodammodo exercitationis ad altiora tendere. Ne ſubito uitę uoluptates omnis abſcinde ne ab extremo ad extremum ſtatim cõmutatio fiat. Quod ſi cumulatim omnis ilico abſte illecebras abſterrere uelis tentatiõum turbam tibi magnã cręaueris. At ſi unam forte cepis per uim ſuperare ad aliam uincendum uiam quodammodo pręparas ut ſic omnis poſtea paulatim extinguas. Voluptatis enim nomen unum. res autem diuerſę. Q uamobrem ante omnia frater. Patiẽtiam ut uitę ſpiritalis fundamentum ediſce. In eis namq; que ſunt appetitui contraria tolerandis maxime fidelis probatur. Nam que ſponte ſubimus incomoda facile toleramus. A deo autem ſeu ab hominibus inflicta mala que ab initio non eligimus nec forte cogitauimus longe duriora. Hec ſunt maledicta inſectationes pœnę quam multę que ſolent

Paulatim nõ ſtatim a molliori uita ad duriſſimã ueniendum.

ſepe contingere:probareq́ꝫ fideles. Deinde quietus eſto non petulans in uerbis: non litigioſus non inanis glorię cupidus. Non curioſus aut uagus: ſed in his tã tum que ſunt fidei te te oblecta. Non in ſermone multus. Recipere potius q̃ da re doctrinam:ac doceri quam docere:& audire quã loqui ſis paratus. Ne res mũ- di huius plus ęquo cures unde nulla tibi utilitas: Ait enim Dauid ut non loqua tur os meum opera hominum. Qui libenter ea que ſunt peccatorum loquitur: paratiores contra ſe uoluptates excitat. Magis autem iuſtorum emulare uitam/ diligentiuſq́ꝫ illorum facta ueſtiga unde facile ſummas ad exemplum uitę auxi- lium. Ne oſtentator fueris aut uagus domos ac uillas circumagens has tu uelut animarum laqueos fuge: Siquis autem ſine pietatis ſeu curandi alicuius gratia te in domum ſuam ducere querat. Is Centurionis fidem imitari poterit qui ad Ie- ſum uenire uolentem ait. Non ſum dignus ut intres ſub tectum meum ſed tan- tum dic uerbum & ſanabitur puer meus. Ieſus autem reſpondit. Fiat tibi ſicuti uis. Et ſanatus eſt puer in illa hora. Vbi ſatis cognoſci poteſt quẽadmodum non Chriſti preſentia ſed illius fides laborantem liberauit. Sic itaq́ꝫ & te orãte in quo es loco & eo qui laborat credente quod tuis ſeruetur precibus omnino ex uoto ſuccedet. Tuos preterea domeſticos pluſquam dominum non curabis. Qui enĩ inquit fratres aut parentes plus me diligit non eſt me dignus. Rurſuſq́ꝫ ait ſiquis non tollit crucem ſuam & ſequitur me non poteſt meus eſſe diſcipulus. Si ſimul cum Chriſto moriturus es & a tua generatione ac proſapia:ſecũdum carnem di- ſiunctus:quid rurſus cum eiſdem inuolui cupis? Si enĩ que ob Chriſtum ſemel dituiſti hec rurſus ob tuos propinquos ędificas promiſſis minimę ſtabis incon- ſtantię dãnaberis. Non igitur ob tuorum neceſſitudinem a cepto bono diſcedas. Ne ſis turbę amator non diuerſa obibis loca ſeu ciuitates uiſere cupidus ſed Ere mi tantum amator & cultor. In teipſo tecum eſto:te tantum tuaq́ꝫ conſcientia cõ tentus. Preces ad deum & pſalmodia tuum ſit ordinarium opus. Lectiões ne de ſpice noui pręſertim teſtamenti. Nam ex ueteri quidam ſepe non probe intelligẽ tes noxam incurrunt qum non quod ea que ſcripta ſunt in cauſa exiſtunt ſed eo rum qui aliter intelligunt mens infirma ſit. Omnis namq́ꝫ panis nutrimentum adfert ac ſalutem:egris autem ſepe inutilis. Sic & omnis ſcriptura diuina ex deo eſt ac admodum fructuoſa/nihilq́ꝫ per ſe immundum atq́ꝫ impurum retinet aut prębet niſi ei qui illud eſſe putauerit impurum. Omnia proba: quod bonum eſt tene. Ab omni ſpetie mala abſtine. Omnia licent ſed non omnia expediunt. Eſto quibus cum uiuis in omnibus facilis gratioſus benignus humilis. In cibis & his que ad uictum pertinent:ſiquis forte inuitaret modum aut morem tuum ne ex ceſſeris: Tantum quod ſatis eſt uitę ſolitarię contentus eſto. Ne ampliorem cul-



tum uictumq̨ quam quod ſingulis quibuſq̨ diebus ſufficiat ab aliquo capias.
Preter omnia aurum ut uitę & bonorum inſidiatorem : peccati patrem : diaboli
miniſtrum uitabis. Non excuſatione miniſterii ac diſpenſationis in pauperes te
ipſum auaritię reum conſtituas. Fuge uoluptates. Continentiam ſequere. Cor/
pus laboribus exerce Animam tentationibus perferendis adſueſcentem redde.
Corporis & animę reſolutionem omnis mali finem exiſtima: Aeternorum bo/
norum ſpe fruere. Te ipſum ſemper expende:noſce:conſidera. Diabolicę cogita/
tioni piam meditationem ſicut in trutina oppone que momento ac ſubito naſci
poteſt:ac dicere: Quenam utilitas in hoc loco diuerſorii? Quod tibi in hoc ſeceſ
ſu & ab hominibus ſeparatione luctum? An non tenes adeo ordinatos eſſe eccle
ſiarum preſules:homines ſimul conuenientes : & ſpiritales continuo celebritates
interſe cuſtodientes in quibus maxima adcedentibus adeſt utilitas. Ibi nãq̨ enig/
matum prouerbialium ſolutiones:ſacrorum uoluminum expoſitiones: Apoſto
licoꝶ preceptoꝶ eruditiones:angelicaꝶ intelligentiaꝶ cõprenſionem Thelogię
auditiõem Fratrum ſpiritaliũ cõcurſus magnã ſpectatum uenientibus frugem p̃/
bentium; Tu uero tantis te bonis priuas & in hoc loco feris ſimilẽ reddis aſpeꝶ
atq̨ incultũ? Vide ne ſolitudo hec deſolatio ſit aię. Ne doctrinę acroamatũq̨ pe
nuria ſpm̃ torpentiorẽ frigidiorẽq̨ in diuinis mandatis reddat. Q ñ igitur tali/
bus ac tãtis appentibus rõnibus mala cogitatio inſurgens te euertere querit : illi
ſtatim pia meditatione rei expientiam oppone:ſic fere tecum cõmẽtando. Q ñ
tu mihi mũdi obicis bona:ea potiſſimũ de cã huc ego cõmigraui: illius me bõis
indignũ exiſtimans his nãq̨ mala multa ac ſane preualẽtia admiſceri palam eſt.
Adoleſcẽs ego qñq̨ celebritatibus ſpiritalibus interfui. Vni qdẽ fratri uix aliqñ
cõgreſſus ſum q timere qdem deum uidebat̃. Re aũt uera a diabolo tenebat̃:ex
quo ſupbos ac tumidos ſermones fabulas quoq̨ fictus in auditoꝶ deceptiõem
audiui. Multis poſt hec occurri latronibus:rapacibus tyrãnis. Vidi ebrioꝶ figurã
turpiſſimã:Oppreſſoꝶ ſanguinẽ:uidi preterea mulieꝶ ornatũ ac pulchritudinẽ:
meam q̃rentem inquinare pudicitiã:Multa libidinũ exẽpla refugi. Meã aũt uirgi/
nitatẽ ſecũdum cordis deſiderium cõtaminaui & multoꝶ audiui uerborum aïos
corrũpentium artem. Poſt hec mille tragedias cantibus dulcibus delinientes ſpe
ctaui. Rurſus Citharas dulces emittentes modos:ſonitum ſaltãtium:uocem pa/
raſitorum:dolores eoꝶ qui a tyrannis uim patiuntur/nauſeam rurſus illorum q
ĩnuidiam ſuſtinent. Hec igitur omnia uidi audiuiq̨:in quibus nec pax/ nec ſpi/
ritalis erat celebritas ſed mare turbatum atq̨ confuſum omnis ſimul eiſdem mo
dis opprimere aptum. Dic mihi o prima cogitatio & tu breuis oblectationis &
ĩnanis glorię demon quidnam cum hoꝶ ſpectatiõe mihi? qum nulli eorum qui

No. nõ q̃ren dę diuitię dã di pauperi/ bus & libera litatis excuſa tione.

Quomodo praua cogita tio inſurgat.

Q ũo prauę cogitatiõi oc curendum.

iniuriam patiuntur opitulari/nec debilibus uirtutem adferre / non res corrigere lapſas:potius autem perdere ualeant:Sicut enim modica pumq; aqua a tempeſtate/uentoq; ac puluere plurimo diſpergitur.Sicq; que putamus bona in uita facere/a maloꝝ multitudine opprimuntur.Tragedię namq; ſicuti ſcopuli ſpectatoꝝ cordibus infixę animos inani lętitia exultantes emolliunt ut pſalmodię deguſtationem puritatemq; auferant/luctus enim & querelę hominum eorum qui a tribulibus iniuriam patiuntur inducuntur. Quid ergo res huiuſcemodi mihi utilitatis adferunt/nonne officiunt potius? Propterea migraui ego in montes: liberatus ſum a laqueo uenãtium.Et in hoc quidem Eremo ago ubi nulla praua cogitatio ubi ẽt dñs cõmoratus eſt.Hic aſcendẽs in cœlũ ſcala & angeloꝝ adceſſus & receſſus a Iacob uiſa.Hic Eremus inq̃ in quo populus ſanctior factus legẽ accepit & ſic in terra ꝓmiſſionis deum uidit. Hic mons Carmelus in quo Helias cõmorans deo placuit. Hic campus in quo ſecedens Eſdras oĩs ſacros libros ex dei mãdato reſtituit.Hic locus in quo beatus Ioãnes locuſtas edens penitẽtiam hoĩbus prędicauit.Hic mons olíueti ín quo Xp̃s orauit:nos itẽ orari docẽs.Hic magiſtri & ꝓphetę in ſolitudinibus errãtes in mõtibus & ſpelũcis terrę.Hic apoſtoli & euãgeliſte ac demũ monachoꝝ ſolitaria uita:Hec itaq; libẽter amplector ut ea q̃ martyribus Xp̃i & aliis ſanctis ꝓmittent̃ accipiam:ut & ego quoq; uere dicere ualeam.Propter uerba laboꝝ tuoꝝ Ego cuſtodiui uias duras.Quid multa ubi demũ ipſe ſeruator cruci adfixus ut nos ꝑ eius mortem immortalitate donaret & ad patiẽtiam ſuo exemplo inuitaret.Ad hunc itaq; ꝓpero patrem ac ſpiritum ſcm̃ legitime inuenire cõtendo:me rebus huius mũdi indignũ ut ſupra narraui exiſtimãs:quanq̃ nõ ego mũdi cã:ſed mea potius cauſa mũdus eſſe noſcitur Hec ergo tecum cogitãs ac loquẽs quẽadmodũ monni oĩ ſtudio ꝑficere: ac ꝓ ueritate iuſticiaq; uſq; ad mortẽ certare cõtende.Nã & ipſe dñs factus eſt obediens patri uſq; ad mortem.Et apoſtolus ait.Videte ne in uobis cor prauum exiſtat ut a deo uiuo deficiatis ſed inuicem adhortamini & in idipſm ędificate uſq; quo hodie dicite.Hodie nãq; totũ uitę noſtrę tp̃s ſignificat: Sic igitur agens frater & te ipſum ſeruabis:& nos lętos & deo gloriam reddes:in ſecula ſeculorum.Amen.

AD GREGORIVM NAZIANZENVM DE VITA SOLITARIA AC PERFECTA.

TVA ilico mihi nota epiſtola/quẽadmodũ amicoꝝ filii ex parẽtũ ſimilitudine facile cognoſcunt̃.Loci namq; diſpoſitio ꝑparatioq; ad bene beateq; uíuẽdũ nihil admodũ facit niſi uitę modũ nr̃ę genuſq; diſcas.

Tuę deinde ptes quod tibi uidebit deliberare. An nobiſcum degere & ad ꝓmiſ ſam tēdere btitudinē uelis. Ego uero q̄ hic ago ſcribere erubeſco Vrbis.n.cōuer-ſatiōem & mille maloꝝ occaſiōes reliq. Meipm relinq̄re nōdum potui. Sed his compari poſſum q in mari ob nauigādi impitiā piclitant: qūq; nauigīi magnitu dinē ut multā maris turbatiōem pbentē metuāt. Inde in lembū uel acatiū migrā tes: nihilominus ac in magna naui naufragant & uacillāt. Tale qd & nobis cōtin git. Nā urbanas domeſticaſq; turbas quas oīno relinq̄re ſtudui me ſeq in hac ſo litudine cōſpexi ut nō ualde ex hac qete ꝓficere: aut fructū capere uidear: Veſti-giis.n.illius q me huc deduxit inherere ante oīa oportuit: Siqs inqt uult uenire poſt me abneget ſeipm tollat crucē ſuā & ſequat me. Hec ſunt q̄ ſeruare in qete eos q ſapiūt oportet; Sicut.n.oculus circūductus cōtinuo nūc in obliqū / nūc ſu-pra infraq; retortū uidere otioſe rē pręiacētem minime ualet: ſed lumē rei uiſę fir miter inherere ut optime cōſpiciat atq; diſcernat erit opus: Sic & humana mens mille orbis curis diſtracta q̄ difficile reꝝ ueritatē cū otio cōtemplat & hāc qdem nōdum matrimonii uinculis adligatam rabidę cupiditates & indomitę libidines ac amores ſine caritate dilacerāt: Cōiugio uero auctoratā alter tumultus excipit in his q filiis carēt: liberoꝝ deſideriū. Vbi aūt ſunt filii curę mordaces: uxoris cu-ſtodia: domus diligētia: ſeruoꝝ pfecturę. In comertiis ac negotiis dāna. Cū uici-nis cōtentiōes. In iuditiis cōgreſſus. Mercaturę picula. Agriculturę labores. Dies oīs uenit ꝓprias ferēs animę tenebras. Nox uero cottidianas excipit curas: phan-taſias hoīum miſeroꝝ deludēs. Hoꝝ itaq; unū refugiū. A mūdo toto ſeparatio. Hic.n.ſeceſſus nō tā corpe q̄ aīa fit dum aīa a corpis ſeruitute liberatur / uiuereq; ſponte diſcit ſine ciuitate ſine domo ſodalibus rebus deniq; cōi uitę neceſſariis. humanas quoq; doctrinas pręe diuinis & ſpiritalibus diſciplinis nihili pendere: Oē ꝓfanū ſtudiū / uanāq; cogitatiōem a corde repellere. Seculariū līaꝝ antiq ui uēdi ritus: prauęq; cōſtitutiōis oīno obliuiſci. Neq;.n.in cera qs ſcribere poterit: niſi charecteres prius impſſos deleuerit. Sic nec aīo diuina dogmata deguſtare ni ſi priſtinos ex aīo mores penitus extinxerit. Poſt hec maximā nobis utilitatē ſoli tudo pſtat nr̄as ſopiēs pturbatiōes ac rōni ꝓrſus otiū tribuēs: ut aīę prauos adfe-ctus facile excindere ualeamus. Veluti.n.ferę p ſilentē ſiluā otioſe uagātes mini meq; exagitatę captu faciles exiſtūt. Sic cupiditates Irę timores dolores amicitię: cūcta uenenata mala p qetē quaſi dormitātia nec a cōſueto pruritu & ęſtu exaſpe tata: ex pugnatu lōge faciliora uirtute rōnis iuuāte exiſtunt. Sic itaq; locus talis: qualis eſt nr̄ ab oī liber ac ſolutus īpedimēto eoꝝ q̄ ſūt extra: tm̄ exercitatiōe ſan cta aīum cōtinuo nutrit ac corroborat. Quid.n.beatius q̄ angeloꝝ choreas in ter ris imitari. Statim qdem incipiēte die a diuinis precibus exordiri deumq; orare

Pulchra na-uis ſilitudo.

oportet. Hymnis quoq; ac canticis oíum conditorem laudate. Deinde qum ſol effulxerit alius: ad opa cõuerti: pcibus aliogn ad deũ hymniſq; cõtinuo comitãti bus q̃ opa negotiaq; tanq̃ ſal cibos cõdiant: Nã ſepe qũ nec lingua hoíum facta loquat/neq; oculus corpoꝝ pulchritudiné ac decoré cõſpiciat. Nec aures in can ticoꝝ & melodiaꝝ laſciuis acroamatis mẽtis robur ac fortitudiné ſoluãt. Nec de mũ uerba ridiculoꝝ & facetoꝝ hoíum q̃ maxíe cordis cõſtãtiam ac ſeueritaté cõ taminare ſolẽt pſtq ſint. Aíę oíno hilaritas atq; iucũditas in ſolitudine uiuẽtibus aliogn qetis adent: Mẽs qdem minime diſtracta ad exteriora neq; a ſenſibilibus q̃ in orbe ſunt diſtorta & diffuſa ad ſeſe facile reuertit: p ſe ad dei cogitatiõem ac cõtẽplatiõem aſcẽdit/illiuſq; pulchritudíe tota ſplẽdet atq; fulget. Proprię demũ qs naturę oblitus nec cibi cura tãgit: neq; ob uitę neceſſaria aíam diſtrahit aut oc cupat ſed a reb⁹ curiſq; fragilib⁹ oío uacat: ſtudiũ oẽ i ęternis collocat bõis/ cõtiuo q; meditat quonãmõ tẽpãtiã fortitudinẽq; tractet qũo iuſtitia & prudẽtia rliquę q; uirtutes recte gubernẽt. Quot ue alię ſub his generalib⁹ cõprẽſę ad uitã pfectã uiro iuſto ſeruandę ſint. Maxía aũt uia ad officii obſeruatõem Sacrę ſcripturę me ditatio. In hac. n. & Hypotheeę & pcepta uiuendi tradunt & beatoꝝ uiroꝝ uitę ac exẽpla cõſcripta repiunt: q̃ tanq̃ imagines quędã uiuę ad imitatiõem bonoꝝ operum nobis pponunt. Siqua igit aliqs ope ad ppriam curã morbũq; indige at: hinc funditus tanq̃ ex aliquo pmptario paratũ ſubitaneũq; remediũ reperiet. Nã pudicitię amator: Ioſeph legat hiſtoriam. In ea ſe oblectet. Illius pudicos ge ſtus facile ediſcat/nec ſolum eum a uoluptate abſtinentem inueniet ſed in uirtu te firmo ſtabiliq; propoſito perſeuerantem. Fortitudinem ac patientiam ex Iob adſumat: qui non ſolum in tot uitę incomodis in que incidit pauper ex diuite: & orbus ex filiorum multitudine uno tempore factus inuictum animum altũq; propoſitum continuo ſeruauit: ſed nec ob aduentum amicorum conſolantium ac ei acerbitates & erumnas commemorantium exulceratior aut triſtior propter ea factus eſt. Verum ſiquis conſiderauerit/quomodo mãſuete/aut qua animi ma gnitudine in his omnibus ſe geſſit: profecto ad illius imitationem omni ſtudio incendetur: & ira indignationeq; aduerſus peccatum utetur: In mãſuetudine au tem erga homines Dauid inuenies generoſum plane fortemq; uirum. In inimi corum uero conuiuiis facilem ac mitem. Talis quoq; & ipſe Moſes erat Magno namq; animo contra peccantes in deum inſurgens proprias iniurias ac calumni as facili benignoq; animo tolerauit. Qui enim imaginem ex uirgine referũt di ligenter exemplar inſpicientes characterem inde ad propriam artem ac ſtudium ſuum transferre conatur. Sic item qui ſeſe omnibus uirtutis partibus perfectum & abſolutum reddere contendit oportet ut ad ſtatuas quaſdam uiuas ſanctorum

De lectiõis ſacrę utilitate.

Ioſeph pudicitia.

Iob patientia

Dauid manſuetudo.

Moſes.

ritus ac mores inſpiciant & illorum bonum:proprium facere querat. Preces rur-
ſus ac ſupplicationes ad deum lectiõibus ſuccedentes uiridiorem animam uege-
tioremq; & ob deſiderium dei ardentiorem reddunt. Ea demum uera pulchra-
q; oratio quę de deo cogitantem animam reddit. Q ue ue continua memoria
deũ inſidentẽ inhabitantemq; habet. Sic.n. dei tẽplũ ſumus:qñ nr̃a memoria cu
ris terrenis minime ĩterploratᷓ qñ ĩprouiſis ꝑturbatõibus mens minime cõmoue
tur. Sed q deũ amat cũcta fugit:in dei portũ ſe recipit & expellens protinus oĩa q̃
nos ad uitiũ facile ꝓuocant:ſtudĩs omnino ad uirtutẽ inducẽtibus ſe tradit atq;
immoratur. Ante omnia uero circa ſermonis uſum ſtudere opus ne ſine diſcipli
na fiat/ſed modeſte-ac ſine contentione interrogare. Reſpondere autem huma-
niter. Locutionem eius qui aliquid utile dicat minime abrumpere aut intercide-
re. Nec proprium ab re inſerere. Diſcere autem ſine pudore. Docere uero ſine in
uidia. Siquid item ex alio diſcitur minime celandum more prauę mulieris que
partus nothos clam ſupponit. Q uamobrem ſermonis & doctrinę pater inge-
nue manifeſtandus. Tonus uocis mediocris probandus ut nec auditum fugiat
ob paruitatem nec rurſus ob altitudinem faſtidium pariat. Q ue dicturus es ali-
is prius cogita:emiſſum ſemel uerbum amplius reuocari non poteſt. In diſputa-
tionibus facilem eſſe. In homeliis & congreſſibus dulcem nõ tam oblectare quã
iuuare/nec tam per facetias & urbanitates quam per beniuolam quãdam exhor-
tationem & lenitatem hominum aures atq; animos adſe adlicere oportebit. Om
nino ſi iraſci tandem quandoq; ſit opus: aſperitas abicienda: per humanitatem
enim acceptiorem proximo cura indigenti te reddes. Sepe namque nobis utilis
prophetę mos:qum Dauid peccanti deus minime per ſe condemnationem ſeu
pœnam intulit ſed eius perſone ſuppoſitione utens ipſum proprii peccati iudi-
cem conſtituit ut propria ſententia ſeſe condemnaret/nullamq; querendi cau-
ſam haberet:qum que ſponte facimus libentius ac alacrius quam ab aliis inflicta
faciamus. Signa namq; illius qui per humilitatem ſupbiam dimittit. Oculi mœ-
ſti & humum adſpicientes. Forma corporis neglecta:coma ſqualida:ueſtis ſordi-
da. Ex quo omnia que lugentes faciunt de induſtria:hec caſu illi apparent. Tunĩ
ca per Zonam corpori conſtringatur. Zona uero ipſa nec ſupra latera more mu
lierum nec laxa nimis ut tunica molliter fluat more debacchantium exiſtat. In-
ceſſus nec tardus ne animi diſſolutionem/ac faſtum oſtendat. Ne ualde citus aut
uehemens ne impetum aut anxietatem prę ſe ferat. Veſtis uſus finiſq; unus:cor-
poris operimentum:quod ſatis ad ęſtus frigoraq; arcenda ſit/neq; in hac aut co-
lor aut ſumptus adſit neu molle aliquid ſeu tenue requiratur opus: Coloris nã-
q; lętitiã in ueſtibus appetere:ſimile fuerit ornatui feminarũ q̃ alieno adcerſitoq;

Not. Fatẽdũ per quem ꝓ-feceris.

De Zona ꝓ-cingenda.

De genere ue-ſtis ferendę.

colore genas crineſq; inficiunt. Verum ita pinguis tunica exiſtat ut nõ aliam ueſtem ſotiam ad calfaciendum reqrat. Calcei frugales quidem neceſſario tm̃ uſui

De genere & modo ciboꝝ

ſeruiant: Et in ſumma ut in ueſtibus tm̃ quod uſui ſuppeditet ſatis eſſe decet. Sic & in cibis panis famẽ expleat: aqua uero ſitim hoi alioqn ualẽti ſedet & quecũq; ex ſeminibus: terraq; naſcentibus ꝓueniunt robur corporis naturęq; uim ſuſtentare poterunt: Edere aũt nõ cum impetu ut gulę rabiẽ quandam prę ſe ferat ſed honeſte paulatimq; mandere. In qua qdem re ſicut in aliis uitę neceſſariis qbus coniuncta eſt uoluptas continẽtia ſeruanda eſt. Nec tunc mens otioſa circa dei cõtemplationem habenda/ſed ipſoꝝ ciboꝝ naturam & nutriti corporis pręparationem glorię laudiſq; diuinę meditandę materiam exiſtimet: quomodo uaria nutrimentoꝝ genera corporibus cõuenientia ab eo q oĩa diſtribuit excogitata cottidie ſunt. Preces ante cibum ad deum parochũ ideſt prębitorẽ ꝓ his que tunc tribuit & in futurũ adminiſtrabit. Item alię poſt cibum que grãs reddãt faciẽdę. Totius aũt tpis diei ac noctis una tm̃ ſit hora cibo dicata reliquas mẽtis ac ſpiritus actionibus tradere. Aſcetem & eum q deo ſeruit oportet. Sonni breues leueſq; ac facile excitabiles naturalem ſequant̃ formulę uiuendi mediocritatẽ: de induſtria ſepe a curis reꝝ maiorum interrupti. Profundo namq; ſonnus mẽbra ſoluit & abſurdis phantaſiis deniq; in morte fere cottidiana dormitantes conſtituit. Nam quę ſolet eſſe ceteris aurora his q in uia dei ſe exercent: media ſit nox: qum nocturna quies: noctis ſilẽtiũ ſcm̃ animę otium magnope tribuat: quo pręſertim tpe nec oculoꝝ iſanos adſpectus nec auriũ noxios auditus mẽs excipit ſed ſola p ſe deo cõiuncta inuigilat/in memoriãq; ꝑteritaꝝ culpaꝝ uenit: hiſq; tãdẽ finẽ ac terminũ ſtatuit: pẽitet: dolet: q̃rit̃: luget: ſperat amat: principiũ finẽq; tuet̃ ſuũ/ac demũ ex deo auxiliũ ad ea q̃ conat̃ pficiẽda ꝑcibus omnibus contendit.

Parochus cõuiuii ꝑbitor. Ho. Inuertere pallor. Tũ parochi faciẽ

INSTITVTIO VITAE RELLIGIOSORVM QVI SIMVL VIVVNT AC PRIMVM DE LAVDIBVS EORVM

QVANDO de uita ſolitaria ac priuata eoꝝ qui ſanctiorem uiuẽdi formulam & a ceteroꝝ ſe comuni ſemita abduxere quemadmodum quis in ea ſine querela exercere ac ſe plane in dogma chriſtiano ueꝝ prębere ualeat ſupra nonnulla diximus: par erat & de his qui in comuni congregationis alicuius degunt uita pauca item narrare: eoſq; ante omnia monere ut plane noſcant quale quantum ue aggrediantur/ac ineant bonum. Sic enim proprium deprendendo ſtatum. In eo perfectiore: uehementioreq; ſtudio perſeuerabunt. Primum qdem hi qui ſotietatem interſe uitamq; ſeruant comunẽ ad antiqũ ſecũdũ

naturã reuerti bonũ uident᷑. Hanc ego appello in qua poſſeſſionum proprietas abicit᷑ iſententiaꝝ diſſenſio ac pugna remouet᷑/deniq̃ turbatio oĩs & lis & contentio expellit᷑. Comunia ſunt oĩa. A i ſentẽtię corpora & ea que corpa nutriũt atq̃ curant. Cõis deus Pietatis adminiſtratio ſalus certamen labor. Cões inq̃ aię ubi multi ſunt Vnus & unus nõ ſolus ſed in pluribus. Quid igit᷑ huius uitę parteq̃d beatius᷑ q̃d cõiunctione in una ſene & unitate firmius ac tutius᷑ Quid moꝝ ac mentiũ cõſpiratione iucũdius. Hoĩes diuerſis moribus e diuerſis patriis ueniẽtes in tm̃ uenire cõſenſum ut unã aĩam pluribus corpibus & multa corpa unius ſententię organa cõſpicere liceat: harmonia cõcordię quadam eos cõciliante; Nam q̃ corpore egrotat multos pietatis opa adſiſtentes pręſtoq̃ habet. Qui ẽt aię ſantate uiribuſq̃ excidit plures remedia ferentes cõſeruos eiq̃ aduigilãtes ſibi adeſſe uidet. Inter ſe demũ ut in libertate inexpugnabili uolũtariam pręſe ferunt ſeruitutẽ: q̃ nulla reꝝ inſtãs neceſſitas ad uim aliq̃ deducit: Tales ab initio nos deus eſſe uoluit ac cõſtituit. Tales inq̃ antiquum in orbe pr̃is noſtri Adã q uos eo priuauit renouãt bonũ. Diuiſio nãq̃ & diſcordia & bellum in hoĩbus nõ eſſent niſi pcũ naturam uiolaſſet. Hi demum Seruatoris noſtri inſtitutum irritantur. Velut enĩ ille qui diſcipulos ſibi delegit comunia his fecit omnia/comunemq̃ ſe apoſtolis tradidit & hi magiſtro obtempantes fuere ſic & hi pulcherrimę uitę formulam cuſtodientes & apoſtoloꝝ & dñi inſtitutum diligentiſſime ſeruant. Quin & angelorum uitam emulantur. Non eſt in angelis contentio non lis non iurgiũ ſed quilibet ea que ſunt oĩum habet: & omnes apud ſe bona oĩa de cõi ꝑmunt. Nõ enim materia circũſcripta eſt/angeloꝝ ſuſtantia ſeu diuitię ptibus uel diuiſione opus hñtibus ſed materia: poſſeſſio & mẽtis opes apud quẽlibet pares. Cõtẽplatio nãq̃ ſupni bõi & uirtutũ clariſſima cõprẽſio angeloꝝ ẽ theſaurus: quẽ oĩbus ſpectare licet: qũ oĩum ipſoꝝ notitiã & poſſeſſionem q̃libet accipiat. Tales itaq̃ ſunt hi q in ſtatu huiuſcemodi cõi uiuũt. Nõ res terrenas ſed cœleſtes ſibi iterſe iuidẽt & idiuiſibilibus ptibus eadẽ oẽs apud ſe q̃libet oĩa theſaurizãtes. In uirtutis. n. poſſeſſiõe & bñfactoꝝ diuitiis auaritia. Laudabilis & honeſta rapina & inſatiabilitas inoxia ẽ. Nec reus q rapit ac uim adfert: Qumq̃ oẽs rapiant nullus tñ uim aut iniuriã patit᷑. Hi pfectã pauptatẽ ſeruare uident᷑ qũ nihil ꝓpriũ poſſideant Cõia iterſe bõa cũcta cuſtodiãt. Quãtaq̃ ſeruatoris humãitas nobis largitus fuerit palã faciũt ac plane oñdunt hoium naturã in mille diductã ptes in primũ ſtatum reduci poſſe: quem dominus Ieſus prius ordine uiuendi ſuo diligenter reſtituit. Quemadmodum bonus medicus corpus luxatũ & in plures diſtractũ ex morbo aliquo partes remediis ſalutaribus ſimul colligit: ac reducit. Quid itaq̃ huic tanto bono comparari põt᷑ ubi pater quidem unus ſupernum imitatur

parentem: Filii uero multi mutuo concordię caritatiſq; certamine interſe ſupera-re conantes: non naturam tantum coniunctionis cauſam exiſtimant: ſed naturę coniunctionem una cum ſancti ſpiritus uinculo connectentes firmiſſimum con cordię uinculum & cuſtodem fecerũt. Quam ergo uirtutis formam huiuſcemo di uiri referent/non profecto humanam ſed cœleſtem: Aduerſus tales athletas tam ſtrenue militantes atq; taritatis ſpiritu certantes nihil omnino diabolus po-terit: quod ue moram quidem aut anſam illius conſiliis prębeant. De his Dauid in Canticis ait. Ecce q̃ bonum & quam iucundum habitare fratres in unum. Bo num quidem ut probatiſſimum ac uitam reddens perfectam. Iucũdum uero ut ex concordia ſimul & unitate lętitiã adferens. Sed alacritate opus animoq; ꝓm-pto: Nam qui ſponte hoc inſtitutum non ſuſcipiunt: aut ſemel cepiſſe nollent: in multas ſe miſerias conicient: unde perpetuo triſtes erũt: Sponte uero & hilariter in eo perſeuerantes: perpetuo lęti: qum eos liberos omnino caritas inuicem red-dat ac cõtinuo tueatur: Ego uero hec pauca narraui. Nõ ut eloquẽtia magnitudi neq; ſermõis eoꝝ dogma q̄ i huiuſcemodi ſũt uitę ſtatu meritis laudib⁹ extollere poſſe putẽ ſed ut officio fungar ac ꝑ īgenii uirib⁹ q̃ ſuccurebãt ī mediũ adducerẽ

PRAECEPTA GENERATIM VITAE RELIGIOSORVM.

TALIS namq; uitę genus oĩbus palam ac exemplo eſſe debet ut in ocu lis oĩum agentes oĩs facinoris aut prauę ſectę careant ſuſpitione: nec nu mero minus Duodecim eſſe apoſtoloꝝ imitatõe. Collegioq; huic prin ceps uita & moribus imprimis inſtituat̃ ętate grauis qum in uita antiqtas & ſeni lis auctoritas ſit lõge uenerabilior. Hic itaq; in rebus bñfactis & his q̃ adornatũ & diligẽtiã uitę ptinẽt tãtã hẽat ĩter fr̃es ptãtem/ut nulli eoꝝ q̄ ſemel cõuenerũt cõtra eius iuſſa uolũtatẽq; uenire liceat. Sed ut ait apl̃s ptãtibus adeo ordĩatis no lite reſiſtere. Oĩs. n. ptãs a dño deo eſt. Si in ſecularibus negotiis q̃to magis ĩ ſpiri talibus. Gloria uero illius q̄ ꝑſidet eſt bñ regere ſubditos & ad uirtutẽ ꝑfectũ oĩ diligẽtia deducere. Subditoꝝ uero oĩ patiẽtia & modeſtia auſcultare. Cõſilia ac iuſſa excipe. Partes aũt ꝑſidis huius ĩſpiciẽdę dũ eligit̃ ut exẽplo uitaq; ceteris ꝑ-ſtet & ut ait apoſtolus ſobrius caſtus: tradendę doctrinę idoneus. Nec tñ ętas q̃ mores ingeniũq; inſpiciẽda qum ſepe in canitie & ruga mores incidãt iuueniles Vitę ſanctitas & altum propoſitum canos uenerabiles reddunt ut quod ab ipſo emanat factoꝝ aut dictoꝝ oĩno ꝑ canone putet̃. Victus aũt uitęq; cogitatio tale inſtitutũ exorſis ea debet eſſe q̃ apoſtolus monere uidetur / ut opantes manibus ſuum panem ſine querela manducent. Sic illud exſecuntur mandatum. In ſudo.

Laborãdum manibus.

re uultus tui veſceris pane tuo: Senem aliquem rebus aptum agendis: operi diſtribuendo/ac quęſtum ad uſus neceſſarios diſpenſandum eligere oportebit: ut omnibus ſane quod opus ſuppeditetur. In uictus genere optimus canon mediocritas ut nec ad delitias tendat/nec ſane ad corporis incomodum intolerabile deducat. Atque namque ſagina moleſque carnis ac tenui ob nimiam abſtinentiam ualitudine corpus bonis eſt actionibus impedimẽto. Par item ex utroque extremo animę damnum: qum quis ob nimiam bonam ualitudinem exultans in abſurdos animi impetus erumpit: & quando extrema debilitate confectus heres animo atque torpet: Nec in tali corporis cõſtitutione ſpiritus otium agere ſanctum/ nec ad ſuperiora libere reſpicere aut leuare oculos in mõtes ualet doloris neceſſitate oppreſſus atque proſtratus. Sit itaque uitę uſus mediocris: Nec uinum oino abominabile ſi iuſti laboris auxilio naturęque neceſſitati nõ uoluptati ſeruiat/que ratio in reliquis uitę actionibus eſt ſimiliter habẽda. Orationis tp̄s uita ſit tota. Pſalmodię uero ac flectendi genua cõtinuatio quibuſdam interuallis compeſcat ac quieſcat Horę a ſanctis uiris precibus ad deũ ac laudibus dicatę ſequẽdę ſunt. Ait.n.magnus Dauid. Media nocte ſurgebam ad cõfitendum noi tuo ſup iudicia iuſtitię tuę. Rurſus ait. Veſpere & mane & meridie. Sed & ſancti ſpiritus p̄ſentiam. Tertia refert hora quemadmodum in actibus didicimus: qum admirantibus linguarum uarietatem phariſeis. Petrus ait. Non enim ebrii ſunt hi ſicuti putatis qum hora ſit diei tertia. Nona uero crucis dominicę memoriam teſtatur. Qum ipſe Dauid Septies ait laudaui te. Reſtat ergo alia hora que oratiõis hebdomada impleat hec meridiana fuerit cęteras diuidens: ante cibum obeũda. Vt omnino ſepties laudandi deum periodus abſoluatur. Ingreſſus autem loci ubi uiri tales in uia dei exercentur mulieribus interdicatur. Viri etiam non omnes admittantur: ſed hi tantum quibus a magiſtro permittitur. Qum ſepe contingat ut plebs ſine diſcrimine admiſſa tumultum faciat: narrationum ſermonumque inutilium turbã quietoque cordibus excitet. Vnde dei caritas & actionum bonarum perſeuerantia torpeſcat. Quãobrem cõis ſit lex ante oĩa cuſtodẽ rogare ut qd' opus narret adire uolẽs: reliqs uero ſermonibus & uerbis inanibus ſi forte fruſtra lõgeque ꝓtrahant̃ minime rñdẽdũ. Apotheca ſit oibus cõis ut nihil ꝓpriũ cuilibet cẽſeat̃. Non ueſtis nõ calceus nõ aliud uſq̃ ad uſum ptinẽs humanũ ſed in cuſtodis ſit oio poteſtate cuiuſlibet ut neceſſe fuerit uſib' ex cõi copia diſtribuere. Pręter oĩa q hmõi ſũt caritatis uinculo cõi cõiuncti priuatas nõ ſequant̃ amicitias. Neu priuatim unã partem magis altera fauore aut gratia complectantur. Aequali namque adfectus menſura omnis proſequi conuenit/ac reſpicere: Vnumque caritatis modum omnibus ſtatuere. Siquis autem alium magis alio: iure uel conſanguinitatis uel

De genere uictus.

De bõis diei celebrandis.

alterius non tam ſpiritalis q̄ humani reſpectus diligat. Hic ſe reliquos ut amore indignos tacite accuſare uidebitur. Siqs aūt deliquerit aut errauerit mulcta ꝓ pec cati mēſura inferat̄ uerbi gr̄a a Pſalmodia ꝓhibere comunita ſotietate in orādos edendoq; excludere: & hoꝝ ſimilium uerecūdia notare. Quod ſicuti cętera eius arbitrio atq; impio fiat q ordini pręerit. Miniſteriū uero ac opus ſit ęque ꝓ por tione oībus in ſotietate degentibus diſtributum bis in hebdomade/quo ſane pe riodo cuncta que inter eos neceſſaria fuerint facile obibunt: Sic & humilitatis & obedientię par meritum: & quietis interuallum ęquale oībus fuerit. Nam & par tim laborare partim quieſcere/faciliorem his qui in dura exercent̄ uita pſeuetan tiam reddit: Iuuenes ſiqui forte ſunt ętatis flore: ualitudinis robore: forma & co lore uegetiores aliquantulum ac pſtantes Carnis ſupbiam abſtinentia curent ac reprimant: Oris ſpetiem ac pulchritudinē de induſtria obſcurent/ac in religioſio rem concinnent adſpectum/ac modum Irę aut iniuriaꝝ uel inuidię ſeu cōtentio nis nulla inter eos ſignificatio/nullum ſignū exiſtat: Non ab re uerbum: nō ocu loꝝ ineptus motus/non pſonę adfectus uel aliquid aliud quod uitium aut incō ſiderantiam ineſſe oſtendat: omnino adſit. Siqs aūt iram aut litem excuſat quod ꝓuocatus ac prius laceſſitus iniuria/non idoneum erroris cām adfert: qum malū quocūq; modo ſeu tpe aut quauis de cauſa tentatū aut inflictum: malum omni no cenſeat̄. Iuramētum inſup in hoc maxime uitę genere omnino abſit. Capitis tm̄ nutus ꝓ adfirmatiōe dicēti audiētiq; hēat̄. Siqs aūt tenui adfirmatiōe nō cre dat/accuſatōem incōſtantię ꝓprię pre ſe feret. Vt & ipſe neq; in loquēdo minime ſeruet. Quāobrem ſiqs in hoc uitio repitur a cuſtode: pœnę curatione ad ſanitatē reducat̄. Elapſa iam die & omni iam ope tam corpea q̄ ſpiritali ad finem pducto anteq̄ quieſcat aut cubitum eat quiſq; propriam ſecum examinet: deinde coram ꝓximo accuſet cōſciētiam ſiquid cōtra fas aut officium fecerit: ſiquam iniuriam intulerit: ſicuti exemplo nō bono extiterit ſi pigritia in oratione. In pſalmodia de fecerit. Si per concupiſcētiam a recta uia exciderit. Medicina una nobilis cōfeſſio fuerit/ac proximis palam ea facere ut per comunem eoꝝ oratiōem huiuſcemodi uitia facilius curentur. Et hec in uniuerſum de talium ſtatu a nobis dicta.

DE OBEDIENTIA QVAM NECESSARIA RELLIGIOSO.

NVNC reliqua que caſtra huiuſcemodi ingredienti ſint opus obſerua re breuiter percurram. Imprimis obtemperantem. Pręſidi eſſe oporte bit quo ſine nihil perfectum nihil ſanctum preſtabit. Difficilis namq; conatus & pręter naturā que libertatem imprimis appetit attamē cūctis pſtatior.

Quod enim difficilius hoc preclarius. Relinquere enim diuitias: preterea conti nentiam ac caſtitatem ſeruare multis quidem philoſophis datum. Se autem pro priumq; arbitrium negare/ex libero ſeruum facere. Nulli prorſus niſi qui crucē Chriſti ſequitur conceſſum: qui non propriam ſed patris uoluntatem eſt ex ſecu tus. Nec ſolum obtemperandum ſed alacri animo & perpetuo obtemperandum Apoſtolorum hec imprimis uirtus fuit: qui miſſi ad predicandum quo ipſi for te recuſabant fuere ut de Petro euangelium plane docet. Qum conſenueris in quit alius precinget te: & ibis quo tu non uis. Apoſtolis uero ceteri diſcipuli pa ruere diuerſa in loca ad euangelium diſtributi. Itaq; uirtus hec alii ſubiectum eſſe preter comunia precepta maxime ab initio eccleſie fulxit ad eo ut idē ſublimio ris exiſtat meriti iuſſum quam ſponte facere. Hac inſuper uirtute maxime lucife ri/ac protoplaſtis peccatum compenſamus quod ſuperbie uitium proprieq; uo lūtatis fuit. Nec angelorum aliud eſt opus niſi deo obtemperare. Hoc in rerum natura animaduerti licet quemadmodum minora cuncta maioribus ſubiecta cō ſpiciuntur. Planete inferiores ſuperioribus. Et animalia brutaq; ducem ſecuntur Aues item una cunctas ducit. Apes in miniſterio regi obediunt. In corporibus quoq; animalium. Caput cetera tuentur ac uenerantur membra. Et in partibus anime rationi appetitus ſubicitur: quod ſi ab eo deſciſcat in preceps non ſolum animum ſed etiam corpus trahet.

QVOD AMBITIO RELLIGIOSO VITANDA: NEC PRÆESSE CVPIENDVM.

ID autem maxime cauendum ne fratribus in hoc uite genere preeſſe ul lo modo queramus cupiamus ue: Morbus enim diabolicus ambitio principatuſq; cupido/quo ille imprimis e cœlo ruit. Qui hoc igitur te nentur illi ſe ſimiles reddi neceſſe fateantur. Ex hoc ferme fonte multa oriuntur mala. Secte contentiones/obtrectationes maledicta inuidie. Qui enim domina ri cupit ſeſe indignis ſepe ſubicere aut adſentari ſeu famulari non uerebitur. Ad ſecla eſt: adulator miniſter licentioſus. Ex altera parte uirtutes oſtētat iactat: uide ri cupit magiſq̄ eſſe humilitatē ore pre ſe ferens multa intus cupiditate attollitur Bonoꝝ laudibus ſi nō apte ſaltem ſignificatione aliqua obtrectat: ſepe ipſoꝝ in teritum/aut ad res agendas impedimētum exoptat. In ſuffragio ferendo eoꝝ re pulſe dant opam. Deniq; factione opa ſentētia uoluntate indignis ſe ſubicit: di gnus oīno reſiſtit. Fugiamus igitur hanc peſtem que adeo in animis noſtris graſ ſat/ut qum reliqua ſepe uitia ſupauerimus ab hac ipſi tm̄ ſuperemur. Et reliqua.

quidem ut uitia fugiuntur hec una tantum uirtuti inſidiatur. Et ut eſt omnium
tutiſſimum ſeſe in omnibus innocentem/ac probatum reddere: ſic omnium pe
riculoſiſſimum ab innocentię uirtutiſq; pręmio quod eſt ipſa gloria decipi: &
ob breuis honoris dulcedinem uelle honore perpetuo priuari.

NE RELLIGIOSI PROPINQVOS CVRENT AVT CVM ILLIS ALIQVO MODO CONVERSENTVR.

PRopinquorum etiam non ſolum cura ſed conuerſatio & cōgreſſus ma
xime uitandi qui uitę ſimplicitati ac diuinę contemplationi ſunt maxi
me impedimento. Tantumq; eos ſpiritu diligendos ac bona ex anima
rum ſalute ipſis optanda cenſeo. Cupere autem aliter aut dare operam ut faculta
tibus aut honoribus extollantur: omnino pernitioſum ac ſuperuacuum. Memo
rię proditum iam quoſdam fuiſſe qui paupertatem parentibus precarent ut hac
exerciti breui tempore pœna perpetuam ac duraturam uitarent. Sunt etiam exē
plo plures in Eremo degentes qui poſtquam id uitę genus ingreſſi ſunt nunquā
ſuos uiſere ſunt paſſi. Nec mirum qum ſemel Chriſto dediti & mundo crucifixi
propinquos tantum exiſtimare debent qui eadem & profeſſione & uolūtate ap
parent. Patrem uero pręſidem: Fratres reliquos ſimul eidem iugo ſubiectos ac in
uno obedientię ſpiritu congregatos quemadmodum euangelium teſtatur. Qui
cunq; fecerit uoluntatem patris mei hic meus frater & pater & ſoror eſt. Quęris
quid mali in eorum conuerſatione ſit? Sane plurimum: Cōſcientiam turbāt/ me
moriam ſenſus ac carnis excitant: Propoſitum illorum pſuaſione ac delinimento
frangitur ac debilitatur: Seueritas diſciplinę in ſermonis progreſſu remittitur. Et
quanquā uerba ſpiritalia: exhortatioq; adcepta proſequenda exiſtūt: attamen cō
tinuo mollius eſt aliquid quod ſeculari terrenoq; admiſcetur: & dum uerbis ma
gnificis ad conſtantiam diuinoꝝ adcendere uidentur ſepe remiſſum aliquid aut
blandum interponūt. Ex quo tanto hi periculoſius animam labefactant/ quāto
officii aut confirmationis opinione decipiunt. Nec oēs aut lachrymis cognato
rum in miſeria forte degentium/aut uanę letitię in aliqua felicitate conſtitutoꝝ
reſiſtere ſatis ualent. Euenitq; ſepe ut ſi egeſtatis ſuoꝝ dolore pculſi ſubuenire ue
lint ſacrilegi ſint qum ex his que pie ab aliis miniſtrantur concedant. Exemplo
ſunt nobis ſeruatoris uerba illi primū diſcipulo qui domus cauſa diſponēdę ſpa
tium tantum redeundi petiit. Alteri q patrem tumulare uolebat utraq; iuſta pe
titio uiſa. At huic dixit. Sine mortuis ſuos mortuos ſepelire: Illi uero: Nemo
mittens manū ad aratrum/ac retro reſpiciens aptus eſt regno dei. Quanto igitur

magis in his dicemus quę ſuperuacuam omnino curam habere uidētur. At forte dicis lege quidem admoneor ne ex genere noſtro natos negligam. Et item Paulus. Siquis ſuorum & maxime domeſticorum curam non habet fidem negauit & eſt infideli deterior. Facilis quidem ac breuis reſponſio. Illos admonēt ambo qui diuitias ex deo poſſident: ut egentibus ſuis ſubueniant. Nec hi omnia reliquerunt. Nec ope uiuunt aliena & ut breuiter dicam: ad uiuos non mortuos hec pertinet norma. Mortui enim relligioſi ſunt homines qui mundo crucifixi ac ab eo precepto liberi ac exempti omnino exiſtunt: quibuſue nulla penitus alia debet eſſe cura quam ſeſe relictis cęteris deo tradere/ac illius beatiſſimę contemplationi omni hilaritate prorſus uacare. Demum ſuis ac aliorum peccatis dei pacem expoſcere.

QVOD PEREGRINATIO INVITATIOQVE LOCORVM FREQVENS SPONTE SVSCEPTA MVLTOS DE STATV PACIS DEICIT AC INQVIETOS REDDIT.

SVNT inſuper nonnulli ſeu ſoli ſint ſeu cum aliis in cœnobio degentes qui huc illuc circumcurſant ac uagantur: nihil ſtabile nihil ſanctum nihil ex dei ſpiritu ſecum habentes ſed tantum carnis deſiderio propriiſq; ſenſibus ſatiſfacere cupiētes. Mēdaciis ac uaniloquiis inflati ueluti ueſpertilionum uolatus minime ſe attollunt: ſerpunt humi: multa conant: nihil proficiunt multum locorum corpore obeunt & inquirunt/animę uero profectu nihil mouentur aut progrediuntur/haud aliterquam iumenta malam trahentia: que toto die ingrediuntur ac in eodem ſe loco reperiunt: laborant aſſidue trahendo/nec egiro egrediuntur. Sic hi continuo circa corporis adfectus propriaſq; cupiditates uerſantes nihil ad ſpiritalem profectum contendunt. In ima ualle: mentis propoſito iacentes in montes oculos minime leuant. Oculi quoq; ſpetie ſunt extrinſecus. Intus uero ſub pectore uulpem retinent/non recta ſemper perſuadent/ ſed relligionis ſcripturę ue nomine auctoritateq; animas euertere querunt: proprię tantum cupiditati ſtudent. Igitur omnibus uiis inquieti ut peſtes fugiendi ac ab his qui preſunt omnino admonendi: frenandique. Hos Paulus probe notat. Sunt inquit inter uos quidam minime laborantes ac domos circumeuntes/quibuſcum ut planę conuertantur & ad ſanitatem redeant/nullo modo cenſeo conuerſandum.

QVOD OCCASIONE SANCTIVS AGENDI/NEMO A' CONGREGATIONE SANCTA DISCEDAT.

SEpe etiam contingit ut a cõgregatione ac ſotietate ſancta diſceſſus pręter officium fiat. Siquis forte diſcolum aliquem ſiue improbum in ea reperiat ita faſtidietiita offendi ſe dicet ut ſumpta occaſione quietius ac ſanctius agendi in alium ſe locum uelle migrare dicat. Ex quo totam ſotietatem facile infamat. Hi proculdubio proprię excuſationem infirmitatis / ac laborum fugam honeſtam de cauſa pręſe ferũt. Et dum unum aut alterum accuſant/omnibus notam infligunt. Alterius ſe dicunt uitare contagium & propriam oſtendunt manifeſto incõſtantiam. Non enim Petrus aut iacobus ſeu apoſtolorum alius iudę malignitatis excuſatione Chriſti chorum ſubterfugit.

EPISTOLA AD MONACHVM QVI CASTITATE EXCIDERAT.

SAlutem in epiſtolis ſolitam pręfari minime curamus quod impiis hominibus nequaquam ſalus conueniat. Nam & ex his quę de te accepi nec omnia ſane poſſe credere adducor. Nec tale facimus deteſtabileq́ factum quod auſus es in cor meũ aſcendere poteſt: Si tamen ut palam eſt omnibus ſic res habet non ſatis admirari poſſum quonámodo tanta ſapientia in pręceps abierit quomodo tanta diligentia ſoluta fuerit: unde tanta cecitas diffuſa ut quantum animarum tecum perdideris minime noueris. Si enim uerum hoc in altiſſimam ruinam non ſolum dediſti ſalutem tuam ſed omnium eorum q hãc audiuere impietatem: Continentiam ſoluiſti: Fidem euertiſti / uitę laudabilis oẽ certamen debiliſti: quamobrem quin maxime doleam agere non poſſum. Quis enim ſacerdos audiens non plorabit? Quis clericus non diſrumpetur? Quis laicus non mœrebit? Quis aſcetes non ululabit? Sol fere tenebris obductus in tua ruina: & cœli uirtutes in tua perditione commotę ſunt. Inſuper lapides quãq̃ ſine ſenſu lachrymas in tua inſania effuderunt. Inimici demum lętitia ob ingentem tuã iniqtatem fremuerũt. O magnã cecitatem. O rẽ crudelẽ nõ deũ timuiſti Nõ hoies es ueritus? nõ amicos curaſti? Ideo rurſus ſup te miſer doleo q regnũ dei oibus adnũtiare ſolebas regno dei excidiſti: Qui diuinę doctrinę oibus timorẽ iniciebas: dei timorẽ minime retinuiſti: Qui ſanos mores pręclicabas: ſceleſtus repẽte inuẽtus es: Qui Xp̃i diſciplinã p ſermonis ſublimitatẽ mõſtrabas. Ipſe cõtra te diſciplinã: & meritã ꝓuocaſti pœna. Q ũo te lugebo? qũo ſup te dolebo?

Quomodo cecidiſti lucifer q mane oriebaris & auditorum ambas aures tuo ſer-
mone impleſti. Quomodo Nazareus refulgens auro pulchrior: tenebris fuligi-
neq; obſcurior factus eſt: Filius Syon honoratus quomodo uas inutile factus eſt.
Eius item cuius memoria in exponendis ſacris uoluminibus ſupra omnis ui-
guit: hodie memoria cum ſonitu periit. Qui ueloci ſpiritu menteq; fuerat: ueloci
ter eſt a maligno ſpiritu abſumptus. Qui magno fuit animo/magnum indignũ
q; facimus perpetrauit. Qui tua doctrina quondam profecerunt tua rurſus per-
ditione ſunt leſi. Qui tuis ſermonibus & homeliis aures prębere ſunt ſoliti: au-
res rurſus iſti tuo facto obſtruxere: Ego uero & lugens & mœrens & demiſſo ob
ductoq; uultu: & cinerem tanq̃ panem manducans: & ſaccum in plaga mea diſ-
rumpẽs tales tibi laudes emitto. Epitaphium quaſi tibi ac funebrem componẽs
orationem ſine conſolatione ulla ſine cura remedioq; reperior. Exhortatio nãq;
cõſolatioq; ex oculis meis omnino abierunt: nec eſt medicabile fomẽtum adpo-
nere/non oleum non aliquid aliud ut uulnus coeat. Eſt enim plaga mea dolẽda
unde curabor? Si qua igitur ſalutis ſpes tibi relinquitur: ſiqua breuis circa deum
memoria. Si quod bonorum futuroꝝ deſiderium. Siquis deniq; pœnaꝝ impe-
nitentibus debitarum timor. Reſipiſce uelociter: Leua oculos tuos in mõtes. Re
uertere in amiſſum ſenſum/deſine a tanta iniquitate. Abice circũfuſam tibi ebrie
tatem. Inſurge cõtra eum qui te deiecit. Conare ex humo te attollere. Fuge ab eo
q te uiolauit. Reminiſcere dei miſericordię/ne ſalutẽ deſpera. Volue tecum aio
que ſunt ſcripta. Cadens reſurgit: & auertens conuertit. Qui plaga pcuſſus eſt cu
rat. Vir ptinax in delicto ferę ſimilis: Qui fatet crimen non reicitur: Non uult
deus mortẽ peccatoris ſed magis ut conuertatur & uiuat: Si deſpexeris ad ſum-
mum uenies maloꝝ. Tempus nunc indutiarum eſt: tps item longanimitatis ſe-
curitatis retractationis: Excidiſti: reſurge Peccaſti iam deſine. In uia peccatoꝝ ne
ſteteris. Quando conuerſus ingemiſces tũc demum ſeruaberis. Eſt enim ex labo-
ribus ſanitas: & ex ſudoribus ſalus. Vide ergo ne qñ pacta ualeas multoꝝ cuſto-
dire, In deum pacta que profeſſus ſemel eſſe pręteręas. Ne igitur ob quaſdam hu-
manas cogitationes ad me uenire uereãris: Ego enim meum recipiens inimicum
lugebo: ego curabo ego inquam flebo in contritione filię generis mei. Omnes te
excipient. Omnes miſericordia proſequentis. Noli differre. Reminiſcere dierum
antiquorum: eſt ſalus: eſt retractatio: Confide: ne deſpera. Non eſt lex noſtra quę
ſine miſericordia capitis damnet. Tibi pœnam ſponte impone. Te iam admiſſi
pudeat. Nondum clauſa eſt ianua. Audit ſponſus: Non dominetur peccatum.
Rurſus noli te negligere. Tui demum ac noſtrorum omnium reminiſcere:

QVOD MANDATA PRÆTERIMVS TAM EA QVE PRECIPIVNTVR OMITTENDO:QVAM QVE PROHIBENTVR ADMITTENDO.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus:ut e cordibus noſtris omnis errores amoueret/ne per ignorãtiam atq; imprudentiam peccare contingeret:non ſolum uerbis ſed exemplis ad ueritatem atq; fidem magis facientibus nos plane docet:ut non tam mala que damnat uitare:ſed que precipue bona omnino facere debeamus. Ait enim ſi nõ abundauerit iuſtitia ueſtra pluſq̃ ſcribarum & phariſeorum nõ intrabitis in regnum cœlo℞. Item omnis qui audiuerit ſermones meos & non fecerit eos ſimilis erit homini ſtulto qui ędificauit domum ſuam ſupra arenam & deſcendit plouia & uenerunt flumina & irruerunt uenti in eam & cecidit domus illa & fuit ruina eius magna. Et ruſus arborem plantauit aliquis in uinea ſua & uenit quęrẽs fructum eius & nõ inuenit & ait ad Vinitorem. Iam tres anni ſunt quibus nemo queſitum in ea fructum & nõ inuenio excide illam:ne terram occupet. Alibi uero clarius hoc iudicium oſtendere uidetur dicens. Diſcedite a me maledicti in ignem ęternum. Eſuriui non dediſtis mihi edere. Sitiui non dediſtis bibere & que ſecuntur. Hic enĩ non aliquid eorum que prohibentur:ſed eo℞ que ſunt impata negligentiã atq; omiſſionem infert. Multa quoq; ſimilia inueniemus quibus facile oſtenditur ut non ſolum qui malefaciunt digni ſunt morte ac igne inextinguibili cruciabunť: ſed etiam qui officium deſerunt ac benefacere minime curant:cum his una dãnabuntur. Nec item ſolum hi ſed qui quod boni agunt:negligenter agunt:pœnas omnino dabũt. Scriptum eſt enim. Maledictus homo qui opera domini negligenter fecerit. Ioannis item exemplum huic quadrare propoſito uideť. Qui remiſſionem peccatorum per baptiſmum accipientibus ait. Genimina uipera℞ quis uos docebit fugere a futura ira. Facite ergo fructus dignos penitentię:& ne dicatis patrem habemus Abraam. Dico aũt uobis quod potens eſt deus e lapidibus his ſuſcitare. Semen Abraam. Iam & ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Oĩs arbor que nõ fecerit fructus ſuos excideť & in ignem mitteť:In his itaq; oĩbus. Non opus aliquod malũ ſed otiũ & bona℞ negligẽtiam actionum oſtendit. Eſt aũt operepretium diſcere quid diligenter agendum:quid non agendum:aut quomodo agendum. An pręter locum:tp̃s:perſonam:Rem:modum:ordinem:adfectum:Imprimis multa quis pręter locum uidentur facta inueniet. Vt in foro edere ac bibere. In mari ſeu inter ſaxa iactare ſemẽ. Sacrificare aut orare ubi nõ fas. In lege ueteri Hieroſolymis adorare tm̃ deum licebat. Nobis nec ubiq;. Sa-

Pręter locum facta.

trorum uero miniſteria ſacrificiaq; tantum in loco ſacro: extra omnino nefas. Tā
ta eſt loci obſeruantia ut nec alterius officium quod pro loco eſt uſurpare liceat:
qum gratię gratis datę: donaq; cuilibet ex deo cōceſſa ſint: Vt etiam apoſtolus ſe
non omnia ſcire fateatur: Ait enim dico uobis per gratiam que data eſt mihi in-
ter uos non plus ſapere quam oportet ſapere ſed ſapere ad ſobrietatem. Item ali-
bi. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus: Omnia autem mēbra
nō eundem actum. Sic & multi unum corpus ſumus in Chriſto. Alter uero alte
rius membra. Quilibet autem ut deus diuiſit menſuram fidei & chariſmatum
dona ſic in proximum exerceat: Vt ad unum ſcopum ac finem deo placendi tē-
dat/nec proprium donum/gratięq; locum excedere patiatur. Quod ſi que noſtri
ſunt officii egredi non liceat: quantomagis loca rebus cōtrariis & alienis apta di-
ſcernere/ac uitare debemus. Ex quibus ſanę oibus apparet/noſq; ſcire oportet ut
actio pręter locum: contrarium noſtro propoſito ac fini effectum exercet. Pręter
tempus autem facta dn̄s oſtendit dicens. Simile eſt regnum cœloꝝ. Decem uirgi *Pręter tēpus.*
nibus que ornantes lampadas ſuas exiuerunt obuiam ſponſo & ſponſę & que ſe
cuntur. Nam quinq; fatuę quod pręter horam uenerant reiectę ſunt: propter-
ea inquit. Vigilate quia neſcitis diem neq; horam. Et multa alia in hanc ſenten-
tiam dicta: Apoſtolum quoq; prophetam adducentem teſtem audiamus. Tem-
pore inquit accepto audiui te & in die ſalutis adiuui te. Ecce nunc dies ſalutis. Itē
dum tempus habemus operemur bonum. Siquid uero deeſt. Dauid quoq; remi
niſcamur dicti. Propter hoc ait orabit ad te omnis ſanctus in tempore oportuno
Et Salomonis dicentis. Omnia bona in tēpore ſuo. Pręter perſonam uero in ue-
teri teſtamento legimus Filiis Core adcidiſſe. Qui audientes contra fas ſacerdo *Pręter pſonā*
tium eis inconceſſum attingere ob iram dei in terrę latus uiui ruerunt. Demum
ab ipſo domino inſtruimur: Perſonarum rationem habere oportere. Dum ait:
Non ſum miſſus niſi ad oues que perierunt Iſrael. Et ad Cananeam. Non eſt
bonum ſummere panem filiorum & dare canibus: Pręter rem ſiue ab re. Quan- *Pręter rem.*
do dicta factis aut oſtentatio rei nō reſpondent. Siue pro aliis alia: Adulterina p
ueris & ſinceris: & mala p bonis redduntur: ut in lege ueteri qn̄ ſacrificium ex pu-
ris & immaculatis offerri mandatur: non ex his tribuitur. Ipſe dominus in Iudę
os ait. Bene prophetauit de uobis Eſaias. Populus hic me labiis honorat cor au-
tem eorum longe eſt a me. Apoſtolus item Conſcientię Iudęorum teſtimoniū
adfert. Tantum eos damnat opinionis officii: & iuſtitię differentię. Sic enim
ſcribit. Zelum quidem fidei habent minime tamen agnoſcunt. Ignorantes
enim Dei Iuſtitiam & propriam ſtatuere querentes a Dei iuſtitia excide-
runt: Quamobrem idem oſtendit Apoſtolus ſe illis contraria feciſſe.

Chriſti cauſa inquit omnia nugas arbitratus ſum : omnia ut ſtercora putaui ut Chriſtum lucrifacerem ut inueniar in ipſo non meam habens iuſtitiam : ſed per fidem Ieſu Xpi ex deo iuſtitiam agnoſcere & que ſecuntur. Pręter modũ ſeu mẽſuram. Quando peccamus nos monet dominicũ pręceptum ueteris caritatis mẽſuram interpolans ac corrigens. Scriptum eſt enim amabis proximum tuũ. Ego autem dico. Diligite inimicos ueſtros. Item Maiorem ac caritatem nemo habet q̃ ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Item ſi non abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquam ſcribarum & phariſeorum non intrabitis in regnum cœlorꝫ. Ordinem uero reꝵ in benefactis non ſeruamus qñ prima cum ſecundis & ſecunda ac tertia cũ primis confundimus. Vt qñ caritatis ordo prępoſterus fuerit ut plus ignotus quam notus & familiaris ceteris paribus diligatur. Quando corpus pro prium plus alterius anima. Quando a conſiliis priuſquam a mandatis dei uiam exordimur. Nam ei qui dixit ab adoleſcentia ſua ſe dei mandata cuſtodiiſſe dñs addidit. Vnum tibi deeſt. Si uis perfectus eſſe uende omnia & ſequere me. Quis nam ei qui nihil eoꝵ que iuſſa ſunt faciat: Secundum hoc arduum ſtatim ſuaſerit Sequere me. Nam ante hoc plura ſuadenda. Mandata prius obſeruet. Deinde ut uendat omnia: poſtremo ut tollat crucem ſuam & ſequatur dominum: Multi namq; philoſophi bonis ceſſerunt. Non tñ propria ſe uoluntate priuauerũt/ nec Chriſtum propterea ſecuti ſunt. Ex quo palam eſt quod non ſatis benefacere niſi ordine fiat ut ait apoſtolus. Omnia ſecundum modum & ordinem fiant. Poſtremo qñ pręter finem rectum: honeſtum aliquid agimus ut ad humanam poti us quam dei gloriam: iure a domino damnamur. His demum dicitur. Receperunt mercedẽ ſuam. Eadem ſunt in cauſa qui odio uel amore. Ira auaritia aliaue alia libidine potiuſq̃ dei amore incenſus res geſſerit preclaras nec ſolum labore mercede priuantur: ſed pœnę ac futuro iudicio remanent obnoxii. Quos & dominus clarius notat qum ait. Multi uenient in illa die dicentes. Domine domine in nomine tuo prophetauimus? nonne dęmonia eiecimus & tecum comedimus & bibimus & in plateis noſtris docuiſti? Tunc reſpõdebo illis. Diſcedite a me neſcio uos operarii iniquitatis. Ex his itaq; ac ſimilibus palam eſt & uirtutem & dona recepta & mandata ſeruata omnia facile peritura ſi eo propoſito fineq; quem deus iuſſit omnino carebunt. Ex quo Paulus ait. Siue editis ſiue bibitis ſiue quid aliud agitis. Omnia in gloriam domini noſtri Ieſu Chriſti facite : qua contempta charitas tollitur: hac demum ſublata nihil eſt reliqui etiam ſi cętera adſint. Vnde ait. Si linguis loquar hominum & angelorum caritatem non habeam factus ſum ſicut ęs ſonans aut cymbalum tinniens & quę ſecuntur. Alibi rurſus idem clarius adfirmat. Si hominibus inquit placerem Chriſti ſeruus

Pręter modũ

Pręter ordieꝫ

Pręter finem

non eſſem.Si ueteris teſtamenti teſtimonia queris audi Moſem.Amabis domi/
num deum tuum ex toto corde tuo ex tota anima tua & proximum tuum ſicut
te ipſum.In his enim duobus tota lex pēdet & prophetę adſtipuletur & apoſto/
lus.Plenitudo legis inquit eſt dilectio . Quod autem intelligas beneficientes ſi
aliud quam deum reſpexerint non ſolum laboꝝ meritis excidere ſed ęterno ſup
plicio fore obnoxios Clamat Moſes dicens Maledictus homo q non manet in
his oibus que ſcripta ſunt in libro hoc. Dauid etiam. Si iniquitatem meditabor
in corde meo nō exaudiet dn̄s & alibi rurſus.Ibi trepidauerunt timore ubi non
erat timor.Item dn̄s diſſipat oīa oſſa eoꝝ qui hoībus placēt.Multa ergo diligen/
tia opus nō ſolum in cauendis malis ſed his bonis obſeruādis que conamur.Ne
pręter modū eoꝝ que ſcripta ſunt aut dicta faciamus.Vt nō ſolū ſtudioꝝ & ui/
giliaꝝ nr̄aꝝ pręmia nō amittamus ſed ne in ęternas pœnas ac minas incidamus

QVOMODO EX APOSTOLI SENTENTIA CVM OPERIBVS INFRVCTVOSIS NON SIT COMVNICANDVM.

INiquus eſt quidem omnis qui legem omni ex parte minime obſeruat
uel qui unum tm̄ neglexerit mandatum.Vnum inquam quamuis mi
nimum ſi deſideratur in lege:tota excidiſti lege.Quod enim pene fcm̄
eſt non eſt factum:Qui autem pene uiuit non uiuit:ſed interiit.Et pene ingredi
ens non eſt ingreſſus.Sicut ille quinqꝫ fatue uirgines . Sic & pene cuſtodiens le/
gem/nō cuſtodiit ſed iniquus eſt.Quāobrem tutiſſimū fuerit hos fugere q deum
non timent:nec legem eius aut mandata ſeruare curant.Credendumqꝫ apoſtolo
dicenti. Siquis frater Moechus exiſtimatus uel auarus aut ebrius ſeu maledicus/
aut alieni appetens.Cum hoc ne cibū ſumite.Ob hec.n.inqt uenit ira dei in fi
lios diffidētię.Et rurſus. Abſiſtite ab oī fratre nō ordine ac bene nec ſecūdum tra
ditiōem q̄ a nobis accepit ambulante.Et alibi multotiēs ſimiliter. Quoniam igi
tur non comunicare cum operibus infructuoſis ab eodem apoſtolo iubemur/Id
quomodo uitemus:quomodo ue in erroris alieni ſotietatem incidamus a ſacris
uoluminibus trifariā edocemur.Aut.n.re peccatis alienis adſentimur ut in puer
biis dr̄.Veni nobiſcū & cōica ſanguinē.Apud ſepe ſtolū uero.Cōſortes nos inqt
oēs caritatis exn̄tes & cōicātes mecū i tribulatiōe.Cōicat.n.iſtructus atqꝫ iſtitutus
in ſermone cū eo qui inſtruit atqꝫ inſtituit in oībus bonis.Ex quo humanus au/
ditor ęque fere ac docēs meritoꝝ eſt pticeps.Sic rurſus in malis qū cōtrarioꝝ ea/
dē ſit diſciplia.Dauid ēt dicti reminiſcamur.Si uidebas furē currebas cū eo/& cū
adulteris portiōez tuā pōebas.Sedēs aduerſus frēz tuū pōebas ſcādalū:hec feciſti

Not.tripliciter malis alienis adſentimur.

& tacui:exiſtimaſti quod ero tui ſimilis Arguam te & ſtatuam contra faciem tu am.Secundus uero modus quando propoſito tantum atqꝫ animo adſentimur: unaqꝫ in eodem ſumus actu/dum crimen alterius uel abſentis uel quãdoqꝫ igno ti mente probamus.Contra hos loquitur propheta. Veh uobis qui dicitis bonũ malum & malum bonum. Amarum dulce & dulce amarum.Dicimus enim dũ etiam taciti probamus.Tertium genus eorum qui nec re nec animo quidem cul pam probant alienam.Attamen ſeu negligentia quadam ſeu inepta uerecundia: ſiue etiam timore/amore uel alia quauis inexcuſabili cauſa repreſſi.Eos quos aut uerbis aut factis modiſue aliis caſtigare aut compeſcere debuerunt omnino pre terire. Quo ſane errore apoſtolus Corinthios notare uidetur.Non enĩ lux iſtis cum hoc faceret : Nec operam dediſtis ut e ueſtri medio ſepareretur . Modicum namqꝫ fermentum totam maſſam corrumpit . Igitur cauendum & omni ſtudio nobis inuigilandum:recta mente:ſincerøqꝫ animo mandata quemadmodum de us iubet ex omni parte ſeruare : maximeqꝫ illud animaduertendum ne proximi contaminati contagione modis quos ſupra narrauimus : prauis ac infructuoſis operibus comunicemus.Sic tandem Apoſtoli pręceptum diligẽter ſeruabimus: & a domino diligentię pręmium adſequentes illud audire merebimur.Euge ſer ue bone & fidelis quia in pauco fuiſti fidelis ſupra multa te conſtituam . Intra in gaudium domini tui.

FINIS.

¶Regiſtrum huius Operis:

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.ſ.t.u.x.y.z.&.ꝯ.ꝶ. A.B.C. Omnes ſunt terni.

¶Impręſſum Romę apud Iacobum Mazochium Romanę Achademię
Bibliopo.Anno.M.D.XV.Die.XV.Menſis Septembris.
Triumphante diuo Leone X.Pontifice ma
ximo.Anno eius tertio.